THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM
SACRARUM.

THESAURUS
ANTIQUITATUM SACRARUM

COMPLECTENS

SELECTISSIMA CLARISSIMORUM VIRORUM OPUSCULA,

IN QUIBUS

VETERUM HEBRÆORUM MORES

LEGES, INSTITUTA, RITUS SACRI, ET CIVILES ILLUSTRANTUR:

OPUS

Ad illustrationem utriusque Testamenti, & ad Philologiam sacram, & profanam utilissimum, maximeque necessarium.

VOLUMEN VIGESIMUM.

AUTORE

BLASIO UGOLINO.



VENETIIS

MDCCLVII.

APUD JOANNEM GABRIELEM HERTHZ, ET SEBASTIANUM COLETTI.

SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.



ALBERICO ARCHINTO
CARDINALI
BENEDICTO XIV. P. O. M.
A SECRETIS
ET S. R. E. PROCANCELLARIO.

BLASIUS UGOLINUS
FELICITATEM.

ETSI *multæ & singulares*, EMINENTISSIME PRINCEPS, *Francisco Benalio agendæ mihi sint gratiæ, quod ejus opera factum sit, ut* ANTIQUITATES SACRÆ, *quas ex vetustissimis Hebræorum fontibus illustrandas exornandasque suscepi, adversus eam, qua sive* *tem-*

temporum, sive hominum injuria, immerito conflagrarunt, invidiam, Præstantissimorum Virorum auspiciis atque autoritate munirentur, tamen maximæ & immortales habendæ mihi sunt, quod suis officiis tuam illis gratiam & studia compararit, quibus munitiores & ornatiores in publicam lucem prodire possent; cum probe videam, quantum ex tuo præsidio ac dignitate illis præsidii ac dignitatis impartiri possit: Illud tamen quammaxime dolendum mihi fuit, quod præceperis, ut in hac epistola modestiæ tuæ ratio omnis haberetur, veritus, ne a me ea commemorarentur, quæ tantopere ab omnibus celebrata sunt. Quid enim mihi acerbius, aut molestius contingere unquam potuit, quam ut ea, quæ ab omnibus commendata sunt, mihi uni commendare non liceat? Prætereundum itaque silentio mihi erit genus, regno, imperiis, opibus, vetustate, pietate, doctrina, rerum domi belique gestarum magnitudine, non in Italia solum, sed in tota ferme Europa nobilissimum. Non erunt mihi commemoranda (ut vetus, & recens gentis tuæ a me prætereatur gloria) quæ JOSEPHUS *patruus tuus Legatus Venetiis, & in Hispania, quæ Cardinalis, quæ Archiepiscopus Mediolani præclare gesserit; quamvis extent, extabuntque ad omnium hominum, & omnium sæculorum memoriam tanti Viri, quem præ ceteris tuis Majoribus imitandum exprimendumque suscepisti, quamplurima & præclarissima pietatis, doctrinæ & beneficentiæ in tota Insubria monumenta: Utinam saltem liceret ea commemorare, quæ abs Te Legato in Etruria, Uratislavia, & in Sarmatia, in*

tan-

tanta rerum ac temporum difficultate tanta cum laude gesta sunt ! Quantum Pontifici , quantum Regi , quantum Senatui , quantum universo Regno pro tua pietate & prudentia , Sarmatica illa tua Legatio probata , & collaudata fuit : Praetereunda mihi quoque erit Praetura illa tua Urbana , quae pro tua vigilantia atque aequitate tantopere celebrata est. Non dicam, quae fuerit eo die quo Cardinalis creatus es , omnium ordinum , praesertim bonorum laetitia , qui pro tanta in Te unum collata dignitate omnes sibi gratulati sunt : Dicerem , si paterere , tanta Te floruisse doctrinae & prudentiae fama , ut praeteritis iis , qui gratia atque aetate anteibant , BENEDICTO XIV. *Pontificum omnium , quos adhuc vidimus , aut meminimus , pietate & sapientia Optimo , Maximoque , unus dignus viderere , qui difficillimis hisce temporibus , sibi adesses a secretis , & consiliis , quibus universae Ecclesiae dignitati , & Orbis terrarum saluti atque incolumitati consulatur ; Procancellarii amplissimo , atque honorificentissimo munere , quod in tanto ambitu & prehensatione , Tibi non solum non petenti , sed ne cogitanti quidem tanta cum dignitate demandatum est , quanta integritate & splendore perfungaris , etsi per Te mihi dicere non liceat , tamen nemo est , qui non dicat , & admiretur : Liceat mihi saltem , quoniam ea quae abs Te tanta cum laude gesta sunt , commemorare non licuit , Tibi commendare* ANTIQUITATES SACRAS , *quae dignae sunt , quas pro tua pietate & beneficentia tuendas , exornandasque suscipias . Sanctae illae sunt ; vetustate , praestantia , utilita-*

te ,

te, & *Divina*, *qua celebrantur origine*, *atque autoritate*, *præ ceteris commendantur*; *Jamdiu a Palæstina*, *ubi Theocratia*, *regno*, *templo*, *sacerdotio tantopere celebratæ sunt*, *extorres errantesque*, *patere in tuis Ædibus*, *ubi tanta cum liberalitate & splendore ceteræ literæ exceptæ & excultæ sunt omnes*, *a longo errore conquiescere*, & *diversari*: *His unis fac ne desint tua præsidia*, *quæ abs Te maxima & amplissima ceteris omnibus affuere*. *Permagni mea intererit* EMINENTISSIME PRINCEPS *cum ad operis dignitatem*, *tum ad animi constantiam*, *Tibi hæc mea studia commendari*, *qui omnium bonorum judicio*, *atque omnium gentium prædicatione commendaris*: *Vale*.

BLA-



BLASIUS UGOLINUS

LECTORI.

QUÆ in Codice Sacro memorantur, de *Angulo*, de *Spicilegio*, de *Manipulo prætermisso*, de *Anno septimo*, de *Heterogeneis*, de *Primitiis*, de *Decima prima*, & *secunda*, de *Placenta* ex massa sacerdoti separanda, de *Primitivis fructibus*, de *Præputio arborum* ceterisque terræ fructibus, ex vetustissimis Hebræorum fontibus (quos unos post Scripturam Philologi sacri adeundos perlustrandosque censuere, quamvis a paucis adiri, & perlustrari liceat) omnia in hoc volumine illustrata Tibi damus: Postremos quinque Tractatus de *Decima prima* & *secunda*, de *Placenta* ex massa sacerdoti separanda, de *Præputio arborum*, & de *Primitivis fructibus* ex *Gemara Hierosolymitana*, cujus interpretatio omnes adhuc tantopere deterruit, illustrandos curavimus: Cum de Templo, & sacerdotio satis superque dictum sit, ratio & rerum ordo postulat, ut in iis, quæ proxime consequentur, voluminibus disserendum videatur de *Synagogis* & earum ministris, de *Scholis*, & *Academiis*, de *Sectis*, ex quibus tres præcipue celebrantur, de Judæorum, & finitimarum gentium, sc. *Phœnicum*, *Ægyptiorum*, *Syrorum*, *Assyriorum*, *Chaldæorum*, *Babyloniorum*, *Persarum*, & *Arabum Idololatria*, ex qua tanquam ex fonte *Græcorum* & *Romanorum* Theologia derivata est.

IN-

INDEX
OPUSCULORUM,

Quæ in hoc volumine continentur.

AD-



ADDITAMENTA AD TRACTATUM

De Benedictionibus

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק ראשון

א   מאימתי קורין את שמע בערבית משעה שבני אדם נכנסין לאכול פיתן בערבי שבתות דברי רבי מאיר וחכמים אומרים משעה שהכהנים זכאין לאכול בתרומתן סימן לדבר צאת הכוכבים ואף על פי שאין ראיה לדבר זכר לדבר חציים מחזיקים ברמחים מעלות השחר עד צאת הכוכבים . רבי שמעון אומר פעמים שאדם קורא אותה שתי פעמים בלילה אחת קודם שתעלה עמוד השחר ואחת משיעלה עמוד השחר ונמצא יוצא ידי חובה של יום ושל לילה.

CAPUT PRIMUM.

I. Quando legunt Audi vespera? A tempore quo ingrediuntur homines ad comedendum suum panem in vesperis Sabbathorum: Verba R. Meir: Et sapientes dicunt: A tempore, quo sacerdotes possint edere suas separationes: Signum hujus rei est exitus auroræ usque ad egressum stellarum. Licet non sit rei demonstratio, tamen est rei monimentum: *Dimidia pars eorum sumebant lanceas ab adscensu auroræ, usque ad egressum stellarum*. R. Simeon dicit: Aliquando homo legit ipsum sc. *Audi* duabus vicibus in nocte, semel antequam adscendat columna auroræ, atque iterum, postquam adscendit columna auroræ; & deprehenditur, quod satisfaciat debito diei, & noctis.

II. Ra-

ב רבי אומר ארבע משמרות הוי הלילה עונה אחת מעשרים וארבע לשעה והעת אחת מעשרים וארבע לעונה והרגע אחת מעשרים וארבע בעת. רבי נתן אומר שלש אשמורות בלילה שנאמר ראש האשמורת התיכונה אין תיכונה אלא שיש לפניה ולאחריה.

ג מאימתי קורין את שמע חברו בשחרית אחרים אומרים כדי שיהא מכירו ברחוק ארבע אמות ומכירו מצותה עם הנץ החמה כדי שיהא סומך גאולה לתפלה ונמצא מתפלל ביום אמר רבי יהודה פעם אחת הייתי מהלך אחר רבי עקיבא ואחר רבי אלעזר בן עזריה והגיע זמן קרית שמע כסבורה אני שנתיאשו מלקרות אלא שעוסקין בצרכי צבור קריתי ושניתי ואחר כך התחילו הן וכבר נראתה חמה על ראש ההרים.

ד החתנין וכל העוסקין במצות פטורין מקרית שמע ומן התפלה ומן התפילין שנאמר בשבתך בביתך פרט לעסוקין במצות. מעשה ברבי ישמעאל ורבי אלעזר בן עזריה שהיו שרויין במקום אחד והיה רבי ישמעאל והיטה רבי אלעזר זקוף והגיע זמן קרית שמע ונזקף רבי ישמעאל והיטה רבי אלעזר אמר לו רבי ישמעאל מה זה אלעזר אמר לו ישמעאל אחי אומרת לאחד מפני מה זקנך מגודל אמר להם יהיה כנגד המשחיתים אני שהייתי זקוף היטתי אתה שהייתה מוטה זקפתה אמר ליה אתה היטיתה כדברי בית שמאי אני נזקפתי לקיים דברי בית שמאי אני נזקפתי לקיים דברי בית הלל דבר אחר שלא יראו התלמידים ויקבעו כדברך הלכה לדורות.

ה למה אמרו אחת ארוכה ואחת קצרה מקום שאמרו להאריך אינו רשאי לקצר לקצר אינו רשאי להאריך לחתום אינו רשאי שלא לחתום שלא לחתום אינו רשאי לחתום לפתוח בברוך אינו רשאי שלא לפתוח בברוך שלא לפתוח בברוך אינו רשאי לפתוח בברוך לשוח אינו רשאי שלא לשוח שלא לשוח אינו רשאי לשוח.

II. Rabi dicit: Quatuor sunt vigiliæ noctis: עונה est una ex quatuor & viginti partibus horæ, & עת est una ex quatuor & viginti partibus עונה, & רגע est una ex quatuor & viginti partibus עת. R. Nathan dicit: Tres sunt vigiliæ noctis. Dictum est enim: *Caput vigiliæ mediæ*. Non erit media, nisi sibi fuerit altera anterior, & altera posterior.

III. Quando legant Audi mane? Alii dicunt: Quando ejus socius ab se distet quatuor cubitos, & eum agnoscat: Ejus præceptum est, ut legatur, quando scintillat sol, ut orationi sit proxima redemtio; & deprehenditur, quod oret interdiu. Dicit R. Jehuda: Aliquando incedebam post Rabi Akiba, & post R. Eliezer ben Azaria, cum advenisset tempus legendi Audi, mihi visi sunt neglexisse lectionem; at occupati erant in rebus quæ necessariæ erant cœtui; legi, & studui; & deinde ipsi inceperunt, & jam videbatur sol super summitates montium.

IV. Sponsi, & omnes qui occupati sunt in præceptis, liberi sunt a lectione Audi, & ab oratione, atque a Thephilin: Dictum est enim: *Quando quieveris in domo tua*: Excludit sponsos: *Et quando incesseris per viam*: Excludit qui occupati sunt in præceptis: Narratur de R. Ismael, & R. Eliezer ben Huria, qui habitabant in uno loco. R. Ismael recumbebat; & R. Eliezer ben Huria erectus stabat; Cum advenisset tempus lectionis Audi, R. Ismael erectus stetit, & recubuit R. Eliezer: Dixit illi R. Ismael: Quid est hoc Eliezer? Respondit illi: Ismael frater mi: Si dicant alicui: Cur barbam tuam nutris? Respondit illis: Contra eos, qui eam destruunt: Ego qui erectus stabam, recubui; tu qui recumbebas, erectus stetisti: Dixit illi: Tu recubuisti juxta verba scholæ Schammai; ego erectus steti ad observandum verba scholæ Hillel: Alia expositio: Ne videntes discipuli statuerent juxta verba tua constitutionem in generationibus.

V. Cur dixerunt alteram prolixam, & alteram brevem? Ubi dixerunt esse producendum, non licet abbreviare; ubi abbreviandum, non licet producere: Ubi est absolvendum, non licet nisi absolvere, ubi non est absolvendum, non licet absolvere; Ubi est incipiendum in benedicto, non licet nisi incipere in benedicto; ubi non est incipiendum in benedicto, non licet incipere in benedicto: Ubi est incurvandum, non licet nisi se incurvare, ubi non est incurvandum, non licet se incurvare.

ו אלו ברכות שמקצרין בהן המברך על הפירות ועל מצות ברכת הזמן וברכה אחרונה שבברכת המזון. אלו ברכות שמאריכין בהן ברכת תענית וברכות של ראש השנה וברכות יום הכפורים מברכות של אדם נכר אם בור הוא אם תלמיד חכם הוא. אלו ברכות שאין חותמין בה המברך על הפירות ועל המצות בברכת הזמן וברכה אחרונה שבברכת המזון רבי יוסי הגלילי היה חותם בברכה אחרונה שבברכת המזון ומאריך בה.

ז אלו ברכות שפותחין בהן בברוך כל הברכות כלן פותחין בברוך חוץ מן הברכה הסמוכה לשמע וברכה הסמוכה לברכה אחרת שאין פותחין בהן בברוך. אלו ברכות ששוחין בהן ברכה ראשונה תחלה וסוף ובמודים תחלה וסוף והשוחה בכל ברכה וברכה מלמדין אותו שלא ישחה ואין עונין עם המברך רבי יהודה היה עונה עם המברך קדוש קדוש קדוש יהוה צבאות מלא כל וברוך כבוד יהוה ממקומו כל אלו היה רבי יהודה אומר עם המברך.

ח מזכירין יציאת מצרים בלילות. אמר רבי אלעזר בן עזריה הריני כבן שבעים שנה ולא זכיתי שתאמר יציאת מצרים בלילות עד שדרשה בן זומא שנאמר למען תזכור את יום צאתך מארץ מצרים כל ימי חייך ימי חייך הימים כל ימי חייך הלילות אלו דברי בן זומא חכמים אומרים ימי חייך העולם הזה כל ימי חייך להביא לימות המשיח אמר להם בן זומא לחכמים ומי מזכירים יציאת מצרים לימות המשיח הרי הוא אומר לכן הנה ימים באים נאם יהוה ונומר אמרו לו לא שתעקר יציאת מצרים ממקומו אלא שתאמר יציאת מצרים מוסף על המלכיות ומלכיות עקר ויציאת מצרים טפילה כיוצא בו ולא יקרא שמך

VI. Istæ sunt benedictiones, quæ sunt abbreviandæ: Siquis benedicat super fructibus, & super præceptis, & super benedictione temporis, & super novissima benedictione, quæ recitatur in cibo: Istæ sunt benedictiones, quæ sunt producendæ, benedictio jejunii, & benedictio principii anni, & benedictio diei expiationum: Ex benedictionibus hominis cognoscitur utrum sit stultus, an discipulus sapiens. Istæ sunt benedictiones, in quibus non sunt conclusiones: Si quis benedicat super fructibus, & super præceptis, & super novissima benedictione, quæ recitatur in cibo. R. Jose Galilæus absolvebat in benedictione novissima, quæ recitatur in cibo, & in ea producebat.

VII. Istæ sunt benedictiones, quarum initium est: *Benedictus*; Omnium benedictionum initium est: *Benedictus*, excepta benedictione, quæ proxima est Audi, & benedictione, quæ prope sit aliam benedictionem, in quibus non incipiunt: *Benedictus*: Istæ sunt benedictiones, in quibus est incurvandum; in prima benedictione *in* principio, & in fine; & in benedictione, quæ incipit; *Confitemur*: In principio, & in fine: Et qui se incurvat in singulis benedictionibus illum docent, ne se incurvet; Neque respondent cum illo, qui benedicit: R. Jehuda respondebat cum illo, qui benedicebat: *Benedictus, benedictus, benedictus Deus exercituum implens omnia, & benedicta sit gloria Dei ab loco ejus*: Hæc omnia R. Jehuda recitabat cum benedicente.

VIII. Memorant exitum Ægypti in noctibus: Dicit R. Eliezer ben Huria: Ecce quasi eram septuaginta annorum, neque probavi recitandum esse exitum Ægypti in noctibus, donec exposuit ben Zoma: Dictum est enim: *Ut recorderis diem exitus tui ex terra Ægypti cunctis diebus vitæ tuæ; diebus vitæ tuæ*: Isti sunt dies: *Cunctis diebus vitæ tuæ*. Istæ sunt noctes: Ista sunt verba ben Zoma. Et sapientes dicunt: *Diebus vitæ tuæ*: Istud est hoc seculum: *Cunctis diebus vitæ tuæ*: Ad includendum dies Messiæ: Respondit ben Zoma sapientibus: Num memorabitur exitus Ægypti in diebus Messiæ? Atqui ita scriptum est: *Ecce dies veniunt, in quibus &c.* Dixerunt illi: Non abolebitur ab loco suo exitus Ægypti sed memorabitur exitus Ægypti ut additamentum imperiis, & imperia erunt fundamentum, & exitus Ægypti accessorium: Huic simile dictum est: *Et non vocabitur nomen tuum amplius Jacob*: Non eo quod avellatur no-

עוד יעקב לא שתעקר שם יעקב ממנו
אלא שתהא שם יעקב מוסף על ישראל
ישראל עקר ויעקב טפלה ביוצא בו אל
תזכרו ראשונות אל תזכרו ראשונות אלו
על מלכיות וקדמוניות אל תתבוננו אלו
על מצרים . הנני עושה חדשה עתה
תצמח הלא תדעה אלו מלחמת גוג משל
למה הדבר דומה לאחד שהיה מהלך
בדרך ופגע בו זאב וניצל הימנו והיה
מספר מעשה הזאב חזר ופגע בו ארי
וניצל הימנו והיה מספר מעשה ארי ופגע
בו נחש וניצל הימנו שכח מעשה שניהם
והיה מספר מעשה נחש כך ישראל צרות
אחרונות משכחות את הראשונות .

ט ביוצא בו שרי אשתך לא
תקרא את שמה שרי כי שרה שמה
בתחלה היא שרי לעמה עכשיו היתה שרה
לכל האומות העולם שנאמר כי שרה שמה .
ביוצא בו לא יקרא עוד שמך אברם והיה
שמך אברהם . בתחלה הרי אתה אב לכל
אדם ולבסוף הרי אתה אב לכל העולם
שנאמר כי אב המון גוים נתתיך אף על
פי שחזר וקרא אברהם אברם אינו לגנאי
אלא לשבח ליהושע הושע אינו לגנאי
אלא לשבח הוא אברם עד שלא נדבר עמו
הוא אברם משנדבר עמו הוא הושע עד
שלא נכנס לגדולה הוא הושע משנכנס
לגדולה .

י משה משה אברהם אברהם
יעקב יעקב שמואל שמואל כלן לשון חיבה
לשון זירוז הן עד שלא נדבר עמהן והן הן
משנדבר עמהן הן הן עד שלא נכנסו
לגדולה הן הן משנכנסו לגדולה . כיוצא
בו ויהי בשלם סכו וכי מה ראה
הקדוש ברוך הוא להחזיר לה שם הראשון
לפי שהוא אומר על אפי ועל חמתי היתה
לי העיר הזאת למן היום אשר בנו אותה
עד היום הזה להסירה מעל פני יכול אף
עכשיו הרי היא בחימה תלמוד לומר ההר
חמד אלהים לשבתו הרי הוא בחמדה
ובתאוה מלמד שכפר לה חורבתה שאין

nomen Jacob ab eo, at erit nomen Jacob additamentum Iſraeli; Iſrael erit fundamentum, & Jacob acceſſorium: Huic ſimile dictum eſt: *Non recordabimini priorum: Non recordabimini priorum:* Hoc eſt jugum regnorum: *Et antiqua non conſiderabitis:* Hoc eſt jugum Ægypti. *Ecce ego facio novum; modo florebit, & non cognoſcetis:* Hoc eſt bellum Gog & Magog: Cuinam hoc ſimile eſt? Simile eſt alicui, cui incedenti per viam occurrat lupus, & ab eo incolumis evadat & ipſe narret factum lupi; iterum ſibi occurrit leo, & ab eo incolumis evadit & narrat factum leonis, ſibi occurrit ſerpens, & ab eo incolumis evadat, obliviſcitur factum utriuſque, & narrat factum ſerpentis: Similiter in Iſraelitis noviſſimæ afflictiones faciunt ut obliviſcantur priorum.

IX. Huic ſimile dictum eſt: *Sara uxor tua non vocabitur nomen ejus Sarai, ſed Sara erit nomen ejus:* Ab initio erat princeps ſuo populo, nunc erit princeps cunctis nationibus mundi; Dictum eſt enim: *Sed Sara erit nomen ejus:* Huic ſimile dictum eſt: *Non vocabitur amplius nomen tuum Abram; & erit nomen tuum Abraham:* Ab initio ecce tu eras pater cunctis hominibus, & in fine ecce eris pater univerſo mundo: Dictum eſt enim: *Quia patrem multitudini gentium dedi te:* Licet iterum vocet Abraham Abram, non eſt in dedecus, ſed in laudem: Joſue Oſſea, non eſt in dedecus, ſed in laudem: *Abraham ille eſt Abram.* Priuſquam eum eo loqueretur (Deus) erat ipſe Abram, poſtquam cum eo locutus eſt: *Ipſe eſt Oſſea:* Priuſquam comparavit dignitatem, erat ipſe Oſſea poſtquam comparavit dignitatem.

X. *Moſe Moſe, Abraham Abraham, Jacob Jacob, Samuel Samuel*, omnes ſunt phraſes amoris, phraſes alacritatis: Priuſquam cum illis loqueretur, ipſi iidem illi erant; poſtquam cum illis locutus eſt, ipſi iidem illi erant; priuſquam compararent dignitatem, ipſi iidem illi erant, ac poſtquam compararunt dignitatem: Huic ſimile dictum eſt: *Et fuit in Salem tabernaculum ejus:* Cur vidit Deus, ut illi memoraret ejus primum nomen? Quia dictum eſt: *Contra meum furorem, & contra meam iram fuit mihi civitas iſta ab die, quo ædificarunt ipſam, uſque ad diem iſtum ad diruendam a facie mea:* Crederem vel hoc tempore quod ſit in furore? Idcirco dictum eſt: *Montem deſideravit Dominus in quietem ſuam:* Ecce in eodem deſiderio & cupiditate eſt: Docemur, quod pro ipſa expiaverit ſuum ipſius excidium; Etenim

שכינה חוזרת עד שתעשה הרי שנאמר הר הטוב הזה והלבנן ויהי בשלם סוכו מצינו כשהיא שלם קרויה הרי שנאמר אברהם שם המקום יהוה יראה וגו' ויקרא ואומר זכור יהוה לבני אדום אימתי משנעקרו יסודותיה מסנה האומרים ערו ערו עד היסוד בה.

פרק שני

א הקורא את שמע צריך להזכיר יציאת מצרים באמת ויציב רבי אומר צריך להזכיר בה מלכות אחרים אומרים צריך להזכיר בה מכת בכורות וקריעת ים סוף. הקורא את שמע צריך שיכוין את לבו רבי אחאי משום רבי יהודה אם כיון לבו בפרק ראשון אף על פי שלא כיון את לבו בפרק אחרון יצא.

ב הקורא את שמע למפרע לא יצא וכן בהלל וכן בתפלה וכן במגלה. הקורא את שמע וטעה והשמיט בה פסוק אחד לא יחזור ויקרא את הפסוק בפני עצמו אלא מתחיל באותו פסוק וגומר עד סוף וכן בהלל וכן במגלה וכן בתפלה. הנכנס לבית הכנסת ומצאן שקראו חציית וגמר עמהן לא יחזור ויקרא מראשה עד אותו מקום אלא מתחיל מראש וגומר עד סוף וכן בהלל וכן בתפלה וכן במגלה. הקורא את שמע וטעה ואינו יודע היכן טעה חוזר לראשה. טעה באמצע הפרק חוזר לראש הפרק טעה בין כתיבה ראשונה לאחרונה חוזר לכתיבה ראשונה.

ג כותבי ספרים תפילין ומזוזות מפסיקין לקריית שמע ואין מפסיקין לתפלה רבי אומר כשם שאין מפסיקין לתפלה כך אין מפסיקין לקריית שמע רבי חנינא בן עקיבא אומר כשם שמפסיקין לקריית שמע כך מפסיקין לתפלה. אמר רבי אלעזר ברבי צדוק כשהיה רבן גמליאל ובית דינו ביבנה היו עסוקין בצרכי צבור לא היו מפסיקין שלא להסיע מלבן.

ד הכתף אף על פי שמשאו על כתפו הרי זה קורא אבל בשעה שפורק

nim Divinitas in illam non revertetur, nisi quando fuerit reædificata: Dictum est enim: *Montem bonum istum & Lebanon: & fuit in Salem tabernaculum ejus:* Deprehenditur, quod quando vocata fuit Salem Abraham vocaverit nomen loci: *Deus videbit &c.* Et dictum est: *Recordare Domine filiorum Edom:* Quando? Quando *avellentur fundamenta ab ea, dicent: Aperite, aperite usque ad fundamentum in ea.*

CAPUT II.

I. QUI legit Audi, necesse est ut memoret exitum Ægypti in benedictione, quæ incipit: *Verus & bonus:* Rabi dicit: Memoranda sunt in ea imperia; & alii dicunt: Memoranda sunt in ea plagæ primogenitorum, & fissio maris Suph. Qui legit Audi, necesse est, ut disponat cor suum: R. Achai dicit nomine R. Jehuda: Si disponat cor suum in primo capite, licet non dsponat cor suum in capite novissimo, satisfacit debito.

II. Si legat Audi inverso ordine, non satisfacit debito, & similiter in Hallel, & in oratione, & in Megillah: Si legens Audi erret & intermittat unum versiculum, non leget iterum versiculum seorsim, sed incipiet ab ipso versiculo, & absolvet usque ad finem & similiter in Hallel, & in Megillah, & in oratione: Si ingrediens in domum congregationis, deprehendat, qnod dimidium legerint, absolvet cum illis; non iterum leget a principio usque ad ipsum locum, at incipiet ab initio, & absolvet usque ad finem, & similiter in Hallel, & in oratione, & in Megillah: Si legens Audi erret, & ignoret, ubi erravit, repetet a principio: Si erret in medio capite, repetet a principio capitis; si erret inter scripturam primam & ultimam, repetet a prima scriptura.

III. Scribentes libros legis, Thephilin, & Mesusot, cessant in lectione Audi, at non cessant in oratione. Rabi dicit: Sicut non cessant in oratione, ita pariter non cessant in lectione Audi. R. Cbanina ben Akiba dicit: Sicut cessant in lectione Audi, ita pariter cessant in oratione. Dicit R. Eliefer bar R. Zadoch: Quandiu fuit Raban Gamaliel & ejus Synhedrium in Jabne, quando erant occupati in rebus, quæ necessariæ erant cœtui, non cessabant, ne eorum mens alienaretur.

IV. Bajulus, licet ejus onus sit super ejus humeris, tamen leget; at quando exonerat, & onerat, non leget, quia ejus

ומועט לא יקרא לפי שאין לבו מתכוין ב״ז בין ובין כך לא יתפלל שעה שיפרק. פועלין קורין בראש האילן ומתפללין בראש הזית או בראש התאנה. ושאר כל האילנות יורדין למטה ומתפללין. בעל הבית בין כך ובין כך יורד למטה ומתפלל. פועלין קורין את שמע ומברכין לפניה ולאחריה אוכלין את פיתן מברכין לפניה ולאחריה ומתפללין שלש פעמים שמנה עשרה אבל אין מורידין לפני התיבה.

ה השושבינין וכל בני החופה פטורין מן התפלה ומן התפלין כל שבעת הימים חייבין בקריאת שמע. רבי שילה אומר חתן פטור וכל בני החבורה חייבין קברו את המת ועמדו בשורה שורה הרואה את הפנימית פטורה ושאינה רואה את הפנימית חייבת. רבי יהודה אומר אם אין שם אלא שורה אחת העומדים שם לשם כבוד חייבין לשם אבל פטורין. ירדו להספד הרואין את הפנימית פטורין ויש אומרים ושניים להם. ושאין רואין את הפנימית חייבין. הספד וכל העוסקין בהספד מפסיקין לקרית שמע ואין מפסיקין לתפלה מעשה שהפסיקו רבותינו לקרית שמע ואין מפסיקין לתפלה.

ו בעל קרי חולה שנתן עליו תשעה קבין מים הרי זה קורא אבל אינו מוציא את הרבים ידי חובתן עד שיבא בארבעים סאה רבי יהודה אומר ארבעים סאה מכל מקום. הזבין והזבות והנדות והיולדות מותרין לקרות בתורה ולשנות במשנה במדרש בהלכות ובאגדות ובעלי קריין אסורין בכולן. רבי יהודה אומר אבל שונה הוא בהלכות הרגילות ובלבד שלא יציע את המשנה בעל קרי שאין לו מים לטבול הרי זה קורא את שמע ואינו משמיע לאזנו ואינו מברך לפניה ולא לאחריה דברי רבי מאיר וחכמים אומרים קורא את שמע ומשמיע לאזנו ומברך לפניה ולאחריה.

ז אמר רבי מאיר פעם אחת היינו יושבין לפני רבי עקיבא בבית המדרש והיינו קורין את שמע ולא היינו משמיעים לאזנינו מפני קסדור אחד שהיה עומד על הפתח אמר לו אין שעת הסכנה

ejus mens non est disposita: Sive hoc sive illo modo non orabit, nisi prius exoneret. Operarii legunt in summitate arboris, & orant in summitate oleæ, aut in summitate ficus; at in reliquis cunctis arboribus, descendunt, & orant: Paterfamilias sive hoc sive illo modo, descendet & orabit. Operarii legent Audi, & benedicent antea & postea: Si comedant panem suum, benedicent antea & postea, & orabunt tribus vicibus, & recitabunt octodecim benedictiones, at non facient eos descendere ante arcam.

V. Paranymphi, & omnes filii thalami nuptialis liberi sunt ab oratione, & a Thephilin cunctis septem diebus, at obligantur ad lectionem Audi. Rabi Sila dicit: Sponsus absolvitur, & omnes socii tenentur; Si sepeliant mortuum, & consistant in serie, series quæ respicit interius absolvitur, si non respiciat interius tenetur: R. Jehuda dicit: Si ibi non sit nisi series una, qui ibi consistunt causa honoris, tenentur, si causa luctus, absolvuntur: Si descendant ad plangendum, qui respiciunt seriem interiorem absolvuntur; & alii dicunt; & secundi post illos; & qui non respiciunt seriem interiorem, tenentur. Plangens, & omnes qui occupati sunt in planctu, cessant a lectione Audi, at non cessant in oratione; Narratur, quod cessarint sapientes nostri in lectione Audi, & in oratione.

VI. Qui seminis nocturni casum passus & ægrotus super quem effundantur novem Kabi aquarum, poterit legere, at non liberat alios a debito, nisi quando ingrediatur in lavacrum quadraginta satorum. R. Jehuda dicit: Omnino debent esse quadraginta sata. Seminiflui, & seminifluæ, & puerperæ liberæ sunt a lectione legis & studio Misna, & Medras, constitutionum, & Agadoth. Et qui casum nocturnum seminis passi sunt, interdictum est in omnibus. Rabi Jehuda dicit. At poterit legere in constitutionibus consuetis, dummodo non studeat in Misna: Qui seminis nocturni casum passus est, si non habeat aquas ad lavandum, poterit legere Audi, at non audiet ejus auris; & non benedicet antea & postea: Verba R. Meir: Et sapientes dicunt: Poterit legere Audi, & audiet ejus auris, & benedicet antea & postea.

VII. Dicit Rabi Meir: Aliquando sedebamus coram Rabi Akiba in Academia, & legimus Audi, & non audit nostra auris propter apparitorem, qui constitebat in porta: Respondit illis;

ראית הרי שהיה עומר בשרח ערום או
עושה סלאכתו ערום הרי זה סכסה את
עצמו כתבן ובקש ובכל רבר וקורא אף
על פי שאמרו אין שבחו של אדם להיות
יושב ערום זה סכסה עצמו בתבן ובקש
ובכל רבר וקורא אף על פי שאמרו
כשברא הקדוש ברוך הוא את ׳האדם לא
בראו ערום שנאמר בשומו ענן לבושו
וערפל חחולתו ענן לבושו זה השפיר ערפל
זה השליא הרי שהיתה מטפחת של בגר
ושל עור חגורה לו על מתניו הרי זה
קורא . בין כך ובין כך לא יתפלל עד
שיכסה לבו.

ח לא יכנס אדם את ראשו
לתוך קובו ויקרא את שמע ואם היתה
אפרוסות תגורה לוסכפנים הרי זה מותר.
שנים ישנים בטלית אחת אינן רשאין
לקרות את שמע . אלא זה מתכסה
בכסותו וקורא וזה מתכסה בכסותו וקורא
ואם ׳היו בניו ובני ביתו קטנים הרי זה
מותר . קטן שיכול לאכל כזית פורשין
מצואתו ומימי רגליו ארבע אמות . אין
פורשין אלא משל אדם ומשל כלבים
בזמן שנותן לתוכן עורות . גרף של רעי
ועביט של מי רגלים עמו בבית הרי זה
מרחיק ארבע אמות וקורין שלפני המטה
נותן לתוכו מים כל שהו וקורא ואם לאו
לא יקרא. רבי זכאי אומר אם נתן לתוכו
רביעית מים יקרא ואם לאו לא יקרא.

ט רבן שמעון בן גמליאל אומר שלפני
המטה לא יקרא שלאחר המטה יקרא
רבי שמעון בן אלעזר אומר אפילו כל
הבית כלו כעשר אמות וגרף של רעי מונח
לתוכו לא יקרא עד שיכניסנו או יניחנו
תחת המטה . לא יכנס אדם במבואות
המטונפות ויקרא את שמע ולא עוד
אלא כשהוא קורא הרי זה מפסיק עד
שיצא מרשות כל אותו מקום ויקרא לא
יעמוד אדם ויתפלל וצריך לנקביו שנאמר
הכון לקראת אלהיך ישראל . לא יטיל
את המים במקום שמתפלל אלא אם כן
מרחק ארבע אמות . יכסו או נבלעו הרי
זה מותר.

י הנכנם לבית המרחץ מקום
שבני אדם עומדין לבושין יש שם מקרא
ותפלה ואין צריך לומר שאילת שלום .
נותן את תפליו ואינו צריך לומר שאינו

lis: Tempus periculi non eſt probatio: Si ſtet in agno nudus, aut ſaciat opus nudus, ſe ipſum teget palea, & ſtramine, & quavis re, & leget; licet dixerunt, non eſſe decorum homini, ut ſedeat nudus, ſed ſe teget palea, & ſtramine, & quavis re, & leget; licet dixerunt: Quando creavit Deus S. B. hominem, non creavit nudum. Dictum eſt enim: *Quum poſui nubem tegumentum ejus, & tenebras principium ejus: Nubem tegumentum ejus:* Hæc eſt mola: *Et tenebras:* Hæc eſt ſecundina. Si habeat linteum panni, & pellis, præcinget ſibi lumbos ſuos, & leget: Sive hoc ſive illo modo, non orabit, donec tegat pectus ſuum.

VIII. Non introducet homo caput ſuum in tabernaculum ſuum, ut legat Audi; Si vero ſuerit ſeparatio; & cingat ſe intus, tum licebit: Si duo dormiant in uno linteo, non licebit legere Audi; At iſte ſe teget, tegumento ſuo, & leget, & ille ſe teget tegumento ſuo & leget; at ſi ejus filii, & ejus domeſtici fuerint parvuli tum licebit: Si puer poſſit comedere quantitatem olivæ, removebunt illum ab ejus ſtercore, & urina quatuor cubitos: Non eſt recedendum niſi ab excrementis hominis, & canum, quando in illis reponunt pelles: Scaphium excrementi, & matula urinæ ſi fuerit ſecum in domo, removebit quatuor cubitos, & legent; Si fuerit ante lectum, injiciet quantuluncunque aquarum, & leget, ſi minus, non leget. R. Zachai dicit: Si in illud injiciat quartarium aquæ leget, ſi minus, non leget.

IX. Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Si fuerit ante lectum, non leget, ſi poſt lectum, poterit legere. R. Simeon ben Elieſer dicit: Vel ſi domus pateat decem cubitos, & ſcaphium excrementi in illa ſit, non leget, niſi prius introducat, & reponat ſub lecto: Non ingredietur homo in introitus inquinatos, ut legat Audi. Et præterea ſi legat, ceſſabit, donec egrediatur de poteſtate totius illius loci, & tum leget: Non conſiſtet homo ad orandum, quando ſibi ſit neceſſitas naturalis: Dictum eſt enim: *Præparare in occurſum Dei tui Iſrael*. Non minget in loco ubi orat; ſed recedens quatuor cubitos ſi urinam tegat, aut abſorbeatur, tum licebit.

X. Si ingrediatur in balneum in loco, ubi homines induti conſiſtunt, ibi licebit legere, & orare, & non eſt neceſſe, ut dicatur, quod liceat ſalutem dicere, & induere Thephilin; & non eſt neceſſe ut dicatur, quod liceat exuere

The-

חולץ את תפליו. מקום שבני אדם עומדין לבושין וערומין יש שם שאילת שלום ואין שם מקרא ותפלה ואינו חולץ את תפליו ואינו נותן לכתחלה. מקום שבני אדם עומדין ערומין אין שם שאילת שלום ואין צריך לומר מקרא ותפלה וחולץ את תפליו ואינו צריך לומר שאינו נותן. הלל הזקן אומר אל תראה ערום אל תראה לבוש אל תראה עומד אל תראה יושב אל תראה שוחק אל תראה בוכה שנאמר עת לבכות ועת לשחוק וגו'.

פרק שלישי

א כשם שנתנה תורה קבע לקרית שמע כך נתנו חכמים קבע לתפלה מפני מה אמרו תפלת השחר עד חצות שכן תמיד של שחר קרב עד חצות. רבי יהודה אומר עד ארבע שעות שכן תמיד של שחר קרב והולך עד ארבע שעות, ומפני מה אמרו תפלת מנחה עד הערב שכן תמיד של בין הערבים קרב עד הערב. רבי יהודה אומר עד פלג המנחה שהרי תמיד של בין הערבים קרב והולך עד פלג המנחה. ומפני מה אמרו תפלת הערב אין לה קבע שהרי אברין ופדרים קרבין והולכין כל הלילה. ומפני מה אמרו תפלת מוספין כל היום. שהרי קרבן מוספין קרב והולך כל היום. רבי יהודה אומר עד שבע שעות שהרי קרבן של מוסף קרב והולך עד שבע שעות.

ב ואיזו היא מנחה גדולה משש שעות ומחצה ולמעלה וכמה הוא פלג המנחה אחד עשרה שעות חסר רביע. תפלת הערב אין לה קבע רבי יוסי אומר עת נעילת שערים. אמר רבי אלעזר בר יוסי אבא היה מתפלל עם נעילת שערים. המתפלל תפלת המוספין בין משקרב תמיד של שחר בין עד שלא קרב תמיד של שחר יצא.

ג רבי יהודה אומר אם שגורה תפלתו בפיו סימן יפה הוא לו ואם לאו סימן רע הוא׳

Thephilin: Ubi homines consistunt in- duti, & nudi, ibi licet salutem dicere; at ibi non licet legere, neque orare, neque exuere Thephilin, neque indue- re de industria: Ubi homines consistunt nudi, ibi non licet salutem dicere; ne- que est necesse ut dicatur, quod non liceat legere, & orare, & exuere The- philin; & non est necesse ut dicatur, quod liceat induere: Hillel senior dice- bat: Ne videaris nudus, neque videaris indutus, ne videaris stans, neque vi- dearis sedens, ne videaris ridens, neque videaris lugens: Dictum est enim: *Tem- pus lugendi, & tempus ridendi.*

CAPUT III.

I. Sicut lex statuit tempus stabile pro lectione Audi, ita pariter statue- runt sapientes tempus pro oratione: Cur dixerunt, quod oratio matutina possit recitari usque ad meridiem? Quia sacrificium juge matutinum poterat of- ferri usque ad meridiem. R. Jehuda di- cit usque ad quatuor horas, quia sic offerri poterat sacrificium juge matuti- num usque ad quatuor horas: Et cur dixerunt, quod oratio Mincha possit recitari usque ad vesperam? Quia sic sacrificium juge vespertinum poterat offerri usque ad vesperam. R. Jehuda dicit usque ad dimidium tempus obla- tionis Mincha, quia sacrificium juge ve- spertinum offerri poterat usque ad di- midium tempus oblationis Mincha: Et cur dixerunt, quod orationi vespertinæ non sit tempus statutum? Quia mem- bra & adipes poterant offerri tota no- cte. Et cur dixerunt, quod oratio ad- dititia possit recitari toto die? Quia sa- crificium addititium poterat offerri toto die: R. Jehuda dicit usque ad septimam horam; quia sacrificium addititium po- terat offerri usque ad septimam horam.

II. Quænam est Mincha magna? Ab sexta hora cum dimidia & ultra: Et quantum erat dimidium tempus Min- cha? Undecim horæ, minus quarta par- te: Orationi vespertinæ non est statu- tum tempus: R. Jose dicit: Recitabitur quo tempore clauduntur portæ. Dicit R. Eliezer bar R. Jose. Pater meus ora- bat in claudendis portis. Si recitet ora- tionem addititiam, sive postquam fuerit oblatum sacrificium juge matutinum, sive antequam offeratur sacrificium ju- ge matutinum, satisfacit debito.

III. R. Jehuda dicit: Si expedita sit oratio in ore suo, est optimum signum, si minus erit illi malum signum: Et ipse quoque dicebat; Qui placet crea- turis

שרוח הבריות נוחה הימנו רוח המקום נוחה הימנו וכל שאין רוח הבריות נוחה הימנו אין רוח המקום נוחה הימנו. כל שרוח עצמו נוחה הימנו בשלו סימן יפה לו. אין רוח עצמו נוחה בשלו סימן רע לו. בן עזאי אומר כל שלקה בגופו מפני חכמתו סימן יפה לו. כל שלקה בחכמתו מפני גופו סימן רע לו. הוא היה אומר כל שנטרפה דעתו מפני חכמתו סימן יפה לו וכל שנטרפה חכמתו מפני דעתו סימן רע לו.

ד המתפלל צריך שיכוין את לבו. אבא שאול אומר סימן לדבר תכין לבם תקשיב אזניך. אמר רבי יהודה כשהיה רבי עקיבא מתפלל עם הצבור היה מקצר בפני כולן כשהיה מתפלל בינו לבין עצמו היה אדם מניחו בצד זה ובא ומצאו בצד אחר מפני הכרעות והשתחואות שהיה עושה. יכול יתפלל כל היום כולו כבר פירש דניאל וזימנין תלתא ביומא הוא בריך על ברכוי. יכול יתפלל לכל רוח שירצה תלמוד לומר וכוין פתיחן ליה בעיליתיה נגד ירושלם. יכול משבא לגולה תלמוד לומר כל קבל דהוה עביד מן קדמת דנא. יכול יהא משמיע קולו בתפלתו פירש בחנה וחנה היא מדברת על לבה. יכול יהא כוללן כבת אחת פירש דוד ערב ובקר וצהרים ערב זו תפלת ערבית. בוקר זה תפלת שחרית וצהרים זו תפלת מנחה.

ה יכול שיאל הוא צרכיו ואחר כך מתפלל ויסתלק פירש שלמה לשמע אל הרנה ואל התפלה רינה זו רינה וכן הוא אומר רננו צדיקים ביהוה תפלה זו בקשה. אין אומרים דבר אחר אמת ויציב אבל אומרים דבר אחר תפלה אפילו כסדר וידוי יום הכפורים.

ו היה מהלך במקום סכנה וליסטים מתפלל קצרה איזו היא תפלה קצרה רבי אליעזר אומר עשה רצונך בשמים ותן נחת ליראיך בארץ והטוב בעיניך עשה ברוך שומע תפלה. רבי אלעזר ברבי צדוק אומר שמע צעקת עמך ישראל ועשה מהרה בקשתן ברוך שומע תפלה. אחרים אומרים צרכי עמך ישראל

iuris, & ſpiritus Dei in eo ſibi placet, & qui non placet creaturis, ſpiritus Dei in eo ſibi non placet; & qui ſibi ſuis operibus placet, eſt optimum ſignum; & qui ſibi non placet ſuis operibus, eſt malum ſignum. Ben Azai dicebat: Qui vapulat in corpore ſuo propter ſuam ſapientiam eſt optimum ſignum; & qui vapulat in ſua ſapientia propter corpus ſuum eſt malum ſignum: Ipſe quoque dicebat: Cujus mens conturbatur propter ſuam ſapientiam, eſt optimum ſignum; at cujus ſapientia conturbatur propter ſuam mentem eſt malum ſignum.

IV. Qui orat neceſſe eſt, ut diſponat cor ſuum. Aba Saul dicit; Signum rei eſt; Dirigebatur cor eorum, audiet tua auris. Dicit R. Jehuda: Quando Rabi Akiba orabat eum cœtu, abbreviabat; Quando orabat inter ſe & ipſum ſolum, homo illum deſerebat in altero, & veniens eum offendebat in altero latere propter incurvationes, & adorationes, quas faciebat: Crederem, quod liceat orare toto die? Jam expoſuit Daniel: *Tribus vicibus in die genuflectebat*. Crederem, quod poſſit orare in quo latere ſibi libuerit? Idcirco dictum eſt: *Et feneſtræ erant apertæ ipſi e regione Hieruſalem*. Crederem ita feciſſe poſtquam abductus eſt in captivitatem? Idcirco dictum eſt: *Sicut & antea facere conſueverat*. Crederem, quod faceret audire vocem ſuam in oratione? Exponitur in Anna: *Et Anna loquebatur in corde ſuo*. Crederem, quod omnes una vice poſſit comprehendere? Expoſuit David: *Veſpera, & mane, & meridie. Veſpera*: Hæc eſt oratio veſpertina: *Mane*: Hæc eſt oratio matutina: *Et meridie*. Hæc eſt oratio Mincha.

V. Crederem, quod peteret quæ ſibi neceſſaria ſunt, & oraret, & deinde abiret? Expoſuit Salomon: *Ad audiendum canticum, & orationem: Canticum*: Hoc eſt canticum: Atque ita dictum eſt: *Cantate Juſti Domino: Orationem*. Hæc eſt petitio: Nihil dicunt poſt orationem vel juxta ordinem confeſſionum diei expiationum.

VI. Si incedat in loco periculi, & latronum, poterit breviter orare: Quænam eſt oratio brevis? R. Elieſer dicit: Fac voluntatem tuam in cœlo, & da quietem timentibus te in terra, & quod placet in oculis tuis fac; Benedictus qui exaudit orationem. R. Elieſer bar Rabi Zadoch dicit: Qui audis clamorem populi tui Iſrael, fac feſtinanter eorum petitiones; Benedictus, qui exaudit orationem: Alii dicunt: Neceſſitates populi

מרובין ודעתן קצרה יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו שתתן לכל אחד ואחד צרכיו ולכל גויה וגויה כדי מחסורה ברוך שומע תפלה . אמר רבי אלעזר בר צדוק אבא היה מתפלל תפלה קצרה בערבי שבתות ומאהבתך יהוה אלהינו . ועל הכוס אומר אשר קדש את יום השבת ואינו חותם.

ז כבוד יום כבוד לילה כבוד יום קודם לכבוד לילה . אם אין לו כוס אחד קדושת היום קודמת לכבוד יום ולכבוד לילה. לילי שבתות ולילי ימים טובים יש להם קדושת היום על הכוס ויש להם הזכרת היום בברכת המזון . שבת וראש חדש וחולו של מועד ויום טב יש בהם הזכרת היום בברכת המזון ואין להם קדושת היום על הכוס. לא הזכיר גבורות בתחיית המתים ולא שאל גשמים בברכת השנים מחזירין אותו . לא אמר הבדלה בחונן הדעת אומרה על הכוס . ואם לא אמר מחזירין אותו.

ח כל שאין בו מוסף כגון חנוכה ופורים ערבית שחרית ומנחה מתפלל שמנה עשרה ואומר מעין המאורע. בהודאה ואם לא אמר מעין המאורע מחזירין אותו. וכל שיש בו מוסף כגון ראש חדש וחולו של מועד שחרית ומנחה מתפלל שמנה עשרה ואומר קדושת היום בעבודה רבי אלעזר אומר בהודאה ואם לאו מחזירין אותו ובמוספין מתפלל שבע ואומר קדושת היום באמצע. שבת ויום הכפורים מתפלל שבע ואומר קדושת היום באמצע . רבן שמעון בן גמליאל ורבי יוחנן בן ברוקה אומר כל מקום שמתפלל שבע אומר קדושת היום באמצע ויום טוב של ראש השנה שחל בשבת בית שמאי אומר מתפלל עשר ובית הלל אומר מתפלל תשע . יום טוב שחל להיות בשבת בית שמאי אומר מתפלל שמנה ואומר של

tui Israel multæ sunt, & eorum scientia imperfecta est; Sit beneplacitum in conspectu tuo Domine Deus noster, ut tribuas singulis, quæ necessaria sunt, & singulis creaturis, ea, quæ sibi deficiunt; Benedictus, qui exaudit orationem. Dicit R. Eliefer bar Zadoch: Pater meus recitabat orationem brevem in vesperis Sabbathorum: Propter amorem tuum Domine Deus noster. Et super calice dicebat: Qui sanctificavit diem Sabbathi: At non absolvebat.

VII. Honor diei & honor noctis, honor diei præcedit honorem noctis: Si sibi non fuerit nisi unus calix, sanctificatio diei præcedit honorem diei, & honorem noctis; In noctibus Sabbathorum, & in noctibus dierum festorum est sanctificatio diei super calice, & commemoratio diei in benedictione alimenti. In Sabbatho, & in novilunio, & in diebus intermediis solennitatis, & in die festo est commemoratio diei in benedictione alimenti, at non est sanctificatio diei super calice. Si non memorasset potentias in benedictione resurrectionis mortuorum, & non petiisset pluvias in benedictione annorum; faciunt eum repetere: Si non dicat separationem in benedictione quæ incipit: Gratificans scientiam: Dicet super calice; si non dicat; faciunt eum repetere R. Jose dicit: Vel si non memoret fœdus in benedictione terræ; faciunt eum repetere.

VIII. Quocunque die sit oratio addititia, e. g. in Canuca, & in Purim vespera, & mane, & in Mincha recitabit octodecim benedictiones, & dicet compendium casus in confessione: Si vero non dixerit compendiu casus, faciunt eum repete-re. Quocunque die sit oratio addititia, e. g. in novilunio, & in die intermedio solennitatis, mane, & vespera, & in Mincha, recitabit octodecim benedictiones, & dicet sanctitatem diei in ministerio; Rabi Eliefer dicit in confessione; si minus, faciunt eum repetere; & in addititiis recitabit septem benedictiones, & dicet sanctitatem diei in media. In Sabbatho, & in die expiationum recitabit septem benedictiones & dicet sanctitatem diei in media. Raban Simeon ben Gamaliel, & Rabi Jochanan ben Beroka dicunt: Ubicunque recitat septem benedictiones, dicet sanctitatem diei in media: Et in die festo principii anni, qui incidat in Sabbathum, schola Schammai dicit: Recitabit decem; & schola Hillel dicit: Recitabit novem. In die festo, qui incidat in Sabbathum, schola Schammai dicit, recitabit octo, & recitabit

שבת בפני עצמה של יום טוב בפני עצמו ומתחיל בשל שבת . בית הלל אומר מתפלל שבע מתחיל בשל שבת ומסיים בשל שבת ואומר קדושת היום באמצע . רבי נתן אומר אף חותם ברוך מקדש את השבת וישראל והזמנים.

ט סומא ומי שאינו יכול לכוין את הרוחות מכוונים לבן לפני המקום ומתפללין שנאמר והתפללו אל יהוה. היה עומד בחוצה לארץ יכוין את לבו כנגד ארץ ישראל שנאמר והתפללו אל יהוה דרך ארצם . היה עומד בארץ ישראל יכוין את לבו כנגד ירושלם שנאמר והתפללו אל העיר הזאת . העומדים במקדש יכוונו את לבן כנגד בית קדשי הקדשים שנאמר והתפללו אל המקום הזה נמצאו עומדין לצפון פניהם לדרום העומדים בדרום פניהם לצפון . העומדים במזרח פניהם למערב . העומדים למערב פניהם למזרח ונמצאו כל ישראל מתפללין במקום אחד.

י לא יעמד על גבי מטה ולא על גבי כסא ולא על גבי ספסל ולא על גבי מקום גבוה ויתפלל שאין גבהות לפני המקום שנאמר ממעקים קראתיך יהוה אם היה זקן או חולה הרי זה מותר . היה רוכב על גבי החמור אם יש לו מי שיאחוז את חמורו ירד למטה ויתפלל ואם לאו ישב במקומו ויתפלל . רבי אומר בין כך ובין כך יתפלל במקומו ובלבד שיהא לבו מכוון . היה משכים לצאת לדרך נוטל שופר ותוקע לולב ומנענע מגילה וקורא בה ולכשיגיע זמן קרית שמע קורא . וכן מי שהיה משכים לשב בקרון או בספינה מביאין לו לולב ומנענע מגילה וקורא בה ולכשיגיע זמן קרית שמע קורא רבי שמעון בן אלעזר אומר בין כך ובין כך קורא קרית שמע ומתפלל.

יא היה עומד בסרטיא ובפלטיא הרי זה עובר פני חמור או בהמה אינו מפסיק . אמרו עליו על רבי חנינא בן דוסא שהיה עומד ומתפלל נשכו ערוד ולא הפסיק הלכו תלמידיו ומצאוהו מת על פי חורו אמרו אוי לו

tabit benedictionem Sabbathi feorfim, & recitabit benedictionem diei festi feorfim, & incipiet a benedictione Sabbathi: Et fchola Hillel dicit: Recitabit feptem, & incipiet a benedictione Sabbathi, & defioet in benedictione Sabbathi, & recitabit fanctitatem diei in media. Rabi Nathan dicit: Atqoe etiam abfolvet: Benedictus qui fanctificat Sabbathum, Ifrael, & folennitates.

IX. Cœcus, & qui non poffit ftatuere latera, diriget cor fuum coram Deo, & orabit: Dictum eft enim: *Et orabunt ad Dominum:* Si confiftat in locis extra terram, diriget cor fuum contra terram Ifrael: Dictum eft enim: *Et orabunt ad Dominum verfus terram eorum*. Si confiftat in terra Ifrael diriget cor fuum contra Hierufalem: Dictum eft enim: *Et orabunt verfus domum iftam:* Si confiftant in Hierufalem, dirigent cor fuum contra domum fanctitatum fanctitatum: *Et orabunt ad locum iftum*. Deprehenditur, quod confiftentes in aquilone convertant facies fuas ad auftrum, & confiftentes in auftro convertant facies fuas ad aquilonem, & confiftentes in oriente convertant facies fuas ad occidentem, & confiftentes in occidente convertant facies fuas ad orientem. Deprehenditur, qood omnes Ifraelitæ orent in loco uno.

X. Non confiftet neque fuper lecto, neque fuper fella, neque fuper fede, neque fuper loco edito, ut oret, quia non eft celfitudo coram Deo: Dictum eft enim: *De profundis clamavi ad te Domine:* Si fuerit fenex, aut ægrotus permittitur. Si equitat fuper afino, fi fibi fit qui apprehendat afinum, defcendet, ut oret, fi minus, ftabit in loco fuo, & orabit: Rabi dicit: Sive hoc five illo modo, orabit in loco fuo, dummodo dirigat cor fuum. Si mane confurgat, ut egrediatur ad iter, poterit fumere cornu, & clangere, palmam, & agitare, Megillah, & legere, & quando advenit tempus lectionis Audi, legat. Et fimiliter fi mane furgat, ut fedeat in curru, aut in navi, adducunt illi palmam, ut agitet, Megillah, ut legat, quando advenit tempus lectionis Audi, leget: R. Simeon ben Eleafar dicit: Sive hoc five illo modo, poterit legere Audi, & orare.

XI. Si confiftens in via, aut in platea, fi perrranfeat coram fe afinus, aut beftia, non ceffabit ab oratione. Dixerunt fapientes de R. Chanina ben Dofa, quod dum ftans oraret, eum momordit ferpens, neque ceffavit ab oratione; venientes ejus difcipuli, invenerunt illum mortuum in fuo foramine;

לאדם שנשכו ערוד אוי לו לערוד שנשכו לבן דוסא . אין עומדין להתפלל מתוך שיחה ולא מתוך שחוק ולא מתוך קלות ראש ולא דברים בטלים אלא מתוך דברים של חכמה וכן לא יפטר אדם מחברו לא מתוך שיחה ולא מתוך שחוק ולא מתוך דברים בטלים ולא מתוך קלות ראש אלא מתוך דבר של חכמה שכן מצינו בנביאים הראשונים שסיימו את דבריהם בדברי שבח ותנחומין .

יב הכותב את השם אפילו המלך שואל בשלומו לא ישיבנו . היה כותב חמשה שמות או ששה כיון שגמר אחד מהן משיב שאלת שלום . מקום שנהגו לומר ברכת אבלים בשלש אומר בשלש בשתים אומר בשתים אחת אומר אחת . מקום שנהגו לומר ברכת אבלים בשלש כולל את הראשונה בתחיית המתים וחותם בה מחייה המתים . שניה בתנחומי אבלים וחותם מנחם עמו בעירו . שלישית בגמילות חסדים ואינו חותם . המפטיר בבית עולמים אינו חותם .

יג שמנה עשרה שאמרו חכמים כנגד שמנה עשרה הזכרות שבהבו ליהוה בני אילים וכולל של מינין בשל פרושין ושל גרים בשל זקנים ושל דוד בירושלם ואם אמרו אלו לעצמן ואלו לעצמן יצא עונין אמן אחר ישראל המברך ואין עונין אמן אחר כותי המברך עד שישמע כל הברכה כלה .

פרק רביעי

א לא יטעום אדם כלום עד שיברך שנאמר ליהוה הארץ ומלואה הנהנה מן העולם הזה בלא ברכה מעל עד שיתירו לו כל המצות . לא ישתמש אדם בפניו ידיו ורגליו אלא לכבוד קונהו שנאמר כל פעל יהוה למענהו דבש תמרים ויין תפוחים וחומץ סתוניות מברכין עליה כדרך שמברכין על המוריים .

ב יין חי מברכין עליו בורא פרי העץ ונוטלין הימנו לידים נתן לתוכו מים

Dixerunt; Væ homini, quem momordit ſerpens: Væ ſerpenti, qui momordit ben Doſa: Non conſiſtunt ad orandum ſtatim poſt ſermonem, neque poſt riſum, neque poſt vanitates, neque poſt verba ſapientiæ: Et ſimiliter non abibit a ſocio ſuo ſtatim poſt ſermonem, neque poſt riſum, neque poſt vanitates ſed poſt ſermonem ſapientiæ; quia ſic deprehendimus in prioribus prophetis quod abſolverent eorum ſermones in rebus laudis, & conſolationis.

XII. Dum ſcribit nomen Divinum, vel ſi rex ei ſalutem dicat, non reſpondebit; ſi ſcribat quinque aut ſex nomina, poſtquam ſcripſerit unum ex illis, poterit reddere ſalutem. Ubi ſolent tres recitare benedictionem, tres recitant, ubi duo, duo recitabunt, ubi unus, unus recitabit: Ubi ſolent tres recitare benedictionem lugentium, comprehendet primam in reſurrectione mortuorum, & abſolvet in ea, ubi dicitur: Vivificans mortuos: ſecundam in conſolatione lugentium, & abſolvet in ea, ubi dicitur: Conſolans populum ſuum in ſua civitate. Tertiam in beneficentia; at non abſolvet: Si abeat a domo ſeculorum, non abſolvet.

XIII. Octodecim benedictiones, de quibus dixerunt ſapientes, contra octodecim memorias, quæ deprehenduntur in *Pſalmo* XXIX. Poterit includere memoriam hæreticorum in benedictione Phariſæorum, & memoriam proſelytorum in benedictione ſeniorum, & memoriam David in benedictione Hieruſalem; & ſi recitet iſtas ſeorſim, & illas ſeorſim, ſatisfacit debito: Reſpondent amen poſt Iſraelitam benedicentem; at non reſpondent amen poſt Cuthæum benedicentem, niſi audiat integram benedictionem.

CAPUT IV.

I. Nihil homo guſtabit antequam benedicat. Dictum eſt enim: *Domini eſt terra, & plenitudo eius:* Si quis utilitatem percipiat ex mundo ſine benedictione, prævaricatur, priuſquam ſibi permittuntur omnia præcepta: Non utetur homo facie, manibus & pedibus ſuis niſi ad honorem creatoris ſui: Dictum eſt enim: *Cuncta operatus eſt Dominus propter ſeipſum*. Propter mel palmarum, & vinum malorum, & acetum uvarum hybernarum benedicunt, ſicut benedicunt ſuper muria.

II. Super vino puro benedicunt: Creans fructum arboris. Et licet cum eo lavare manus; quando in illud injecerit

מברכין עליו בורא פרי הגפן ואין נוטלין היסנו לידים דברי רבי אליעזר וחכמים אוסרים אחר זה ואחד זה מברכין עליו בורא פרי הגפן ואין נוטלין היסנו לידים . הביאן לפניו מיני תרגימא מברך עליהן בורא מיני ביסנין . על הזרעים הוא אומר בורא מיני זרעים על הרשאים הוא אומר בורא מיני רשאים ועל הירקות הוא אומר בורא פרי האדמה . רבי יהודה אומר ברוך מצמיח האדמה ברברו רבי מאיר אומר אפילו ראה את הפת ואמר ברוך שברא את הפת זו כמה נאה פת זו הרי זו ברכתה אפילו ראה תאנים ואמר ברוך שברא תאנים הללו כמה הן נאות זו הן ברכתן. רבי יוסי אומר כל המשנה ממטבע שטבעו חכמים בברכות לא יצא. רב יהודה אומר כל שנשתנה מברייתו ושנה ברכתו יצא.

ג הכוסס חיטין מברך עליהן בורא מיני זרעים . אפאן ובשלן בזמן שהפרוסות קיימות מברך עליהן המוציא לחם מן הארץ ושלש ברכות. אין הפרוסות קיימות מברך עליהן בורא מיני מזונות ומברך ברכה אחת מעין שלש אחריהן . הכוסס האורז מברך עליה בורא פרי האדמה אפאן ובשלן אף על פי שהפרוסות קיימות מברך עליהן בורא מיני מזונות ואין מברך עליהן כלום אחריו זה הכלל כל שתחלתו המוציא מברך אחריו שלש ברכות.

ד ביצד סדר הסעודה אורחין נכנסין ויושבין על גבי ספסלים ועל גבי קתדראות עד שיכנסו כולן נכנסו כולן ונתנו להם לידים כל אחד ואחד נוטל ידו אחד מזגו להם את הכוס אחד ואחד מברך לעצמו הביאו להם פרפריות כל אחד ואחד מברך לעצמו . עלו והסיבו ונתנו להם לידים אף על פי שנטל ידו אחת ניתן לשתי ידיו מזגו להם את הכוס אף על פי שבירך על הראשונה מברך על השנייה . הביאו לפניהם פרפריות אף על פי שבירך הראשונה מברך על השנייה . ואחד מברך לכולן . הביאו לאחר שלש פרפריות אין לו רשות ליכנס.

cerit aquam benedicunt: Creans fructum vitis: At cum eo non lavant manus: Verba R. Eliefer; & ſapientes dicunt: Tam hoc quam illo modo, benedicunt: Creans fructum vitis: Neqne eum eo lavant manus. Si afferanr coram eo ſpecies tragematum, benedicet ſuper illis: Creans ſpecies placentarum. Super ſeminibus dicet; Creans ſpecies ſeminum: Super herbis teneris dicet: Creans ſpecies herbarum tenerarum: Et ſuper oleribus, dicet: Creans fructus terræ. Rabi Jehuda dicit: Benedictus, qui facit germinare terram: Juxta ejus verba. R. Meit dicit: Vel ſi videat panem, & dicar: Benedictus qui creat panem iſtum; quam pulcher eſt hic panis: Hæc erit ejus benedictio; Vel ſi videat ficos, & dicat: Benedictus, qui creavit hos ficos: Quam pulchri ſunt iſti fici: Hæc eſt eorum benedictio: Qui immutar formam, quam ſtatuerunt ſapientes in benedictionibus, non ſatisfacit debito. R. Jehuda dicit: Quod mutatum eſt ab ſua creatione, ſi immutet ejus benedictionem, ſatisfacit debito.

IV. R. Simeon dicit: Si in foſſa plantetur, ut poſtulat conſuetudo, aut circumagatur ſicut columbarium rotundum, non erit foſſa: Vinea ſi inordinate plantata ſit, ſi in ea poſſint dirigi tres contra tres, erit vinea, ſi minus non erit vinea. Contigit hoc factum, & venientes conſuluerunt Raban Gamaliel, qui reſpondit illis. Exite & quærite ex Joſe ben Gulai, qui peritiſſimus eſt in conſtitutionibus vineæ; Abeuntes ab eo quæſierunt: Reſpondit illis. Si in ea poſſunt dirigi duæ contra tres, erit vinea, ſi minus, non erit vinea.

V. R. Simeon dicit: Si vinea plantetur in ſpatio minori quatuor cubitis, aut majori octo cubitis erit vinea. Si vinea plantetur, ut poſtulat conſuetudo, & ſeries una ab ea exeat, quando metitur, attribuet vineæ quatuor cubitos, & ſeriei quatuor palmos; Si plantetur, ut poſtulat conſuetudo, & vites exteriores appareant interiores, quando metitur intus, attribuet vineæ quatuor cubitos, & vitibus ſex palmos.

VI. Si vitis plantetur in ripa, attribuent illi cultum ſuum; ſemina & herbæ ſi plantentur in ripa, attribuent illis cultum ſuum. Si duo ſint agri, alter altero ſuperior, ſi in inferiori plantetur vinea, & in ſuperiori plantetur vinea, feret ſuperiorem, donec perveniat

התחתונה העליונה נטועה כרם והתחתונה אין נטועה כרם זורע את התחתונה ואת המדרגה עד שמגיע לעקר גפניה.

ז נפן שנטיעה בנקע עמוק עשרה ורוחב ארבעה נותנים לה עבודתה למטה פחות מכן נותנים לה עבודתה למעלה. חריץ שעובר בכרם עמוק עשרה ורוחב ארבעה רבי אליעזר אומר זורעים בתוכו שלשה זירעונים אחד מכאן ואחד מכאן ואחד באמצע רבי אליעזר בן יעקב אמר נראים דברי רבי אליעזר בחריץ מבורץ.

ח הניטע ירק בכרם או המקיים הרי זה מקדש ארבעים וחמש גפנים אימתי בזמן שנטועות על ארבע ארבע או על חמש חמש היו נטועות על שש שש או על שבע שבע הרי זה מקדש שש שש עשרה אמה לכל רוח ענלות לא מרובעות רבי שמעון בן אלעזר אומר תוקע בארץ ומודד שש עשרה אמה לכל רוח ענולות לא מרובעות מפני שנראות בקרן טבלה רבי שמעון בן יהודה אומר משום רבי אליעזר בר שמעון הזורע וביערתו הרוח לאחריו מותר מפני שהוא אונס סיערתו הרוח לפניו אסור.

ט בעל הבית שקיים ירקות שדה בכרם אסור לו ואסור לכל ארם אחר מכל מקום שקיים ירקות שדה בכרם אסור לו ומותר לכל אדם. הלשישות והלביצין והברכוייר והבולפסין והכרכום והקינרא והחמיתא והתלמירת והסיארת והאיזוב יהקירנית והקשואים והדלועים והאבטיחים והפלפפונות ופול המצרי מיני זרעים הרי הם בלאים בכרם האירוס והקיעים ושושנת המלך מיני זרעים ואינם בלאים בכרם רבי דוסתאי בן יהודה אומר מיני רשאים הרי הם מיני בלאים החשיפה והאיטם והנמי וכל הנרלים באפר מיני רשאים הרי הם בלאים בכרם הקנים והחבין והוורד והאטרין מין אילן ואינם בלאים.

י זה הכלל כל המוציא מעיקרו הרי זה ירק וכל שאין מוציא עליה מעיקרו הרי זה אילן החצב רבי ישמעאל אומר בלאים וחכמים אומרים אין בלאים רבי

ad fundamentum inferioris; si in superiori plantetur vinea, at in inferiori non plantetur vinea, feret inferiorem, & ripam, donec perveniat ad radices vitium.

VII. Si vitis plantetur in fossa profunda decem, & lata quatuor palmos, attribuunt illi cultum suum ad inferiorem partem, si fuerit hoc minus, attribuent illi cultum suum ad superiorem partem: Fossa per vineam transiens si sit profunda decem, & lata quatuor palmos; R. Eliesor dicit: Licet in ea serere tres species seminum, alteram hinc & inde alteram, & in medio alteram; R. Eliesor ben Jacob dicit; Videntur probabilia verba R. Eliesor in fossa profunda.

VIII. Si plantet olus in vinea, aut conservet, is sanctificat quinque & quadraginta vites: Quando satæ fuerint quaternæ quaternæ, aut quinæ quinæ, si vero satæ fuerint senæ senæ, aut septenæ septenæ, ecce sanctificat sedecim cubitos ad singula latera rotunda, non quadrata: R. Simeon ben Eliesor dicit; Figet in terra, & metietur sedecim cubitos ad singula latera rotunda, non quadrata, quia assimilarentur angulo tabulæ. R. Simeon ben Jehuda dicit nomine R. Eliesor bar Simeonis; Si serat, & ventus dispellat post eum, erit licitum, quia coacte operatur; si ventus ante se dispellat, erit vetitum.

IX. Si paterfamilias conservet olera agri in vinea, erit sibi vetitum, & omnibus erit vetitum; si alius ex omni loco conservet olus agri in vinea, sibi est vetitum, & est licitum cunctis hominibus. Leksiciot, & Labezin, & Barchijar, & Bulpasin (*incognitæ mihi, & reliquis lexicographis herbæ*) crocus, & carduus sativus, & Chamita, & Telamith, & folium, & hyssopus, & origanum, & cucumeres, & cucurbitæ, & pepones, & melopepones, & faba Ægyptia, sunt species seminum, & sunt heterogenei in vinea; Iris, & hedera, & lilium regium sunt species seminum, at non sunt heterogenea in vinea. Rabi Dostai ben Jehuda dicit: Species folii erunt species heterogeneorum: Calscipha, atque Etam, & juncus, & cuncta quæ nascuntur ex terra, sunt species folii, & sunt heterogenea in vinea: Cannæ, & rosa, & rhamni sunt species arboris, & non sunt heterogenei in vinea.

X. Hæc est regula generalis. Quod producit ex radice, est olus, & quod non producit folia ex radice est arbor: Hedera, Rabi Ismael dicit, est heterogenea; & sapientes dicunt; non est hetero-

טרפון אומר אין כלאים וחכמים אומרים כלאים אמר רבי טרפון אם כלאים בכרם תהא כלאים בזרעים ואם אין כלאים בזרעים לא תהא כלאים בכרם צלף בית שמאי אומרים כלאים ובית הלל אומרים אין כלאים אלו ואלו מודים שחייב בערלה.

פרק רביעי

א רבן גמליאל ובית דינו התקינו שיהו מרחיקים ארבע אמות מעקר גפנים לגדר העושה מחיצה לכרם גבוה עשרה ורחבה ארבעה בטל ארבע אמות שבכרם. העושה מחיצה לגפן עמוקה עשרה ורחבה ארבעה בטל ששה טפחים שבגפן בכל עושים מחיצה באבנים ובמתצלות בקשים ובקנים ובקולחות אפילו שלשה חבלים זה לסעלה מזה וזה למעלה מזה ובלבד שלא יהא בין קנה לחברו שלשה טפחים כדי שיכנס הגדי.

ב רבי אליעזר אומר חריץ שהעבירו על גבי הריפון והרי הריפון כמחיצה ובלבד שלא יהא בינו לבין חבירו כמלואו. רבי יהודה אומר חריץ שהעבירו על גבי קנים והרי קנים כמחיצה צריך שלא יהא בין קנה לחברו שלשה טפחים כדי שיכנס הגדי רבי יוסי אומר אם היו קנים מרוקרנין ועשה להם פאה מלמעלה מותר.

ג נמצאת אומר שלש מרות במחיצה כל שפחות משלשה צריך שלא יהא בינו לחברו שלשה טפחים כדי שלא יכנס הגדי וכל שהם שלשה משלשה עד ארבעה צריך שלא יהא בינו לבין חברו כמלואו כדי שלא יהו פרוצות בבניין היו יתרות על הבניין אף כנגד הבניין אסור כל שהם ארבעה מארבעה ולמעלה צריך שלא יהא בינו לבין חברו כמלואו כדי שלא יהא פרוץ כעומד אם העומד כפרוץ כנגד העומד מותר כנגד הפרוץ אסור אם היה עומד מרובה על הפרוץ אף כנגד הפרוץ מותר ובלבד שלא תהא פירצה

terogenea; Lupulus, dicit R. Tarphon, non est heterogeneus; & sapientes dicunt: est heterogeneus. Dicit R. Tarphon; si sit heterogeneus in vinea, erit heterogeneus in seminibus; si non sit heterogeneus in seminibus, non erit heterogeneus in vinea. Capparis, schola Schammai dicit, est heterogenea, & schola Hillel dicit: non est heterogenea: Ambo conveniunt, quod obligetur ad præputium.

CAPUT IV.

I. Raban Gamaliel & ejus Synhedrium statuerunt, ut removerent quatuor cubitos ab radice vitium propter sepem. Qui facit sepem vineæ altam decem, & latam quatuor palmos, abolet quatuor cubitos qui sunt in vinea: Si faciat maceriem viti profundam decem & latam quatuor palmos, abolet sex palmos, qui sunt in vinea: Quavis re licet facere maceriem, lapidibus, mattis, & paleis, & cannis, & caulibus, vel tribus funiculis, altero alteri imposito, & altero altero imposito, dummodo non sit inter alteram & alteram cannam spatium trium palmorum, qua possit ingredi hœdus.

II. R. Elieser dicit: Si aquæductum traduxerit super stipites, ecce stipites erunt sicut maceries, dummodo non sit inter alterum & alterum spatium suæ plenitudinis: R. Jehuda dicit: Si fossam traduxerit super cannas, cannæ erunt sicut maceries, & necesse est, ut non sit inter cannam & cannam spatium trium palmorum, qua possit ingredi hœdus. R. Jose dicit. Si cannæ fuerint impares, si faciat illis angulum ad superiorem partem, erit licitum.

III. Deprehenditur quod dicas tres esse proprietates in macerie; quod est minus tribus palmis necesse est, ut non sint inter alterum & alterum tres palmi, ne possit ingredi hœdus; & quod habet tres, & a tribus ad quatuor, necesse est ut non sit minus inter alterum & alterum sua plenitudine, ne foramina in ædificio sint majora ædificio; atque etiam quod est e regione ædificii, vetitum est quantuluncunque; Si sint quatuor & a quatuor & ultra necesse est ut non sit spatium inter alterum & alterum juxta ejus plenitudinem, ne sit foramen sicut consistens, si consistens sit sicut foramen, e regione consistentis, erit licitum, e regione foraminis, erit vetitum: Si consistens superet foramen, vel e regione foraminis erit licitum, dummodo foramen non sit majus de-

יתרה על עשר אמות אם היו סרוקרנין ועשת להם פיאה סלסעלה אפילו יתרה על עשר אמות מותר.

ד כל מחיצה שעשויה שתי ואין עשויה ערב ערב ואין עשויה שתי הרי זו מחיצה רבי יוסי ברבי יהודה אומר אין מחיצה אלא עד שתהא עשוית שתי וערב מעשה שהלך רבי יהושע אצל רבי ישמעאל בכפר עזין והראהו גפן שמודלה על מקצת תאנה אמר לו מה אני להביא זרעו תחת המותר אמר לו מותר שאין אדם מבטל תאנתו מפני גפנו העלה משם לבית הסנינים והראהו גפן שמודלה על מקצת קורה ובו כרת של שקמה ובו קורות הרבה אמר לו תחת קורה זו אסור והשאר מותר שאני רואה שכל קורה וקורה באילן אילן בפני עצמו רבי ישמעאל בן אלעזר אומר אם היה מפציע בין קורה לחברתה באלן אילן אחר:

ה אילו חן פסקי חריץ חריץ שחרב אמצעו ונשתיירו בו חמש גפנים מכאן וחמש גפנים מכאן אם אין שם שמנה אמות לא יביא זרע לשם שמנה אמות ועיר נותנים לו עבודתו וזורע את המותר כמה היא ועוד אחד מששה טפחים באמה.

ו העושה מחיצה לכרם גביה עשרה ואין רחבה ארבעה לא ביטל את ארבע אמות שבכרם. העושה מחיצה לגפן גבוה עשרה ואין רחבה ארבעה לא בטל ששה טפחים שבגפן זמורה של גפן שהיתה מודלה על גבי תבואה אפילו היא מאה אמה כל הגפן כולה אסורה היא ופירותיה תבואה שנטעה תחת הגפן מחזיר ואינו מקדש הגפנים והירקות שנוטין לתוך הגפן אבא שאול אומר רבי עקיבא אומר יחזיר ובן עזאי אומר יכפר.

ז היו שרשין יוצאין בתוך ארבע אמות שבכרם הכל מודים שיעקור שרשי פיאה יוצאין בתוך ארבע אמות שבכרם אפילו למטה משלשה טפחים מותר. המבריך את הגפן בארץ אם אין על גביו עפר אלא כל שהו מותר לזרוע מכאן ומכאן ואסור לזרוע על גביו הבריכה שבסלע אף על פי שאין עפר על גביו אלא שתי אצבעות מותר לזרוע על גבה דברי

decem cubitis. Si ſint cannæ impares, & faciat illis angulum ad ſuperiorem partem, vel ſi fuerit majus decem cubitis, erit licitum.

IV. Si maceries facta ſit ad formam ſtaminis, & non ad formam ſubtegminis, ſi ad formam ſubtegminis, & non ad formam ſtaminis, erit maceries. R. Joſe bar R. Jehuda dicit: Non eſt maceries, niſi quando facta ſit ad formam ſtaminis & ſubtegminis: Narratur quod ſe contulerit R. Jehoſua ad Rabi Iſmael in vicum Azin, & viderit vitem erectam ſuper partem ficus, dixit illi: Quid erit, ſi inferam ſemen ſub reſiduo? Reſpondit illi: Licitum eſt; quia nemo abolet ficum ſuum propter ſuam vitem: Deduxit inde illum ad Bet-Amaganim, eique oſtendit vitem erectam ſuper parte tigni, in quo erat ſycomori, & in eo erant multa tigna; Dixit illi: Sub hoc tigno eſt vetitum, & reliquum erit licitum; quia ego puto, quod ſingula tigna in arbore ſint arbor ſeorſim: R. Iſmael ben Eliefer dicit: Si findatur inter alterum & alterum tignum, erunt ſicut una arbor.

V. Hæc interrumpunt; foſſa, ſi foſſa exſiccata ſit in medio, & reliquæ ſint in ea quinque vites hinc, & inde quinque vites, ſi ibi non fuerit ſpatium octo cubitorum, ibi non injiciet ſemen; ſi ſit ſpatium amplius octo cubitis, & priuſquam illi attribuat cultum ſuum, ſi ferat, licitum eſt: Quantum erit amplius? Unus ex ſex palmis in cubito.

VI. Si faciat maceriam altam decem palmos, at non faciat latam quatuor, non abolet quatuor palmos, qui ſunt in vinea: Si faciat maceriem viti altam decem palmos, at non ſit lata quatuor, non abolet ſex palmos, qui ſunt in vite. Si palmes vitis erectus ſit ſuper ficu, licet ſit altus centum cubitos, tota vitis erit vetita, & ejus fructus: Proventum, qui plantatus ſit ſub vite, invertet, at non ſanctificabit; Vites & olera, quæ pendent in vite, Aba Saul dicit, Rabi Akiba dicit; invertet; & ben Azai dicit: Abradet.

VII. Si radices egrediantur in quatuor cubitis, qui ſunt in vinea, omnes conveniunt, quod ſint eradicandæ; Si radices anguli egrediantur in quatuor cubitis, qui ſunt in vinea, licet intra tres palmos, licitum eſt. Si propaget vitem in terra, ſi non ſit ſuper eam terram niſi quantalacunque, licitum eſt ſerere hinc inde, at eſt vetitum ſerere ſuper propagine; Si in petra, licet non ſit terra ſuper ea, niſi duorum digitorum, licitum eſt ſerere ſuper illa. Verba

רבי מאיר רבי יוסי אומר שלש אצבעות רבן שמעון בן גמליאל אומר בית שמאי אומרים עשר אמות ובית הלל אומרים ששה טפחים.

ח תבואה שהשרישה הרי זו אסורה ומקדשת ומתקדשת גפנים שהשרישו הרי אלו אסורים ומקדשים אבל אין מתקדשים עד שיעשו כפול הלבן מקצתם עשו כפול הלבן ומקצתם לא עשו את שעשו כפול לבן אסורים ואת שלא עשו כפול הלבן מותרים.

ט המעביר עציץ נקוב בכרם אם הוסיף מאתים אסור אבל אין מתקדש עד שיניחנו תחת הגפן רבי שמעון אומר אין בין עציץ נקוב לשאינו נקוב אלא הכפר זרעים בלבד.

פרק חמישי

א כלאי הכרם מותרים משום גזל ופטורים מן המעשר כלאי זרעים אסורים משום גזל וחייבים במעשרות.

ב סוס שילדה מין חמור מותר עם אמו ואם היה אביו חמור אסור עם אמו. חמור שילדה מן הסוס מותר עם אמו אם היה אביו סוס אסור עם אמו רחל שילדה מן עז מותר עם אמו אם היה אביו עז אסור עם אמו עז שילדה מן רחל מותר עם אמו אם היה אביו רחל אסור עם אמו ואין קרב לגבי מזבח.

ג בוי מטילין עליו שני חומרים אין קושרין את הסוס לא לצדי הקרון ולא לאחר הקרון ולא את הלפרקים לגמלים רבי מאיר מתיר אם היו מסייעין בירידה ובעלייה הכל מודים שהוא אסור. לא יקשור סוס לפרד ופרד לחמור וחמור לערור מפני שמגהגין זה את זה אם עשה כן רבי מאיר מחייב וחכמים פוטרין.

ד רבי יהודה אומר בני סוסה ובני חמורה באחד אוסרים זה את זה וחכמים אומרים כל הפרדות מין אחד הם אסיה הבבלי אומר אסור לרכוב על גבי פרדה מקל וחומר ומה אם במקום שמותר ללבוש שני חלוקות באחד הרי הוא אסור בתערובתן מקום שאסור לנהוג שתי בהמות

ba R. Meir: R. Joſe dicit: Tres digiti: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Schola Schammai dicit: Decem cubiti; & ſchola Hillel dicit: Sex palmi:

VIII. Si proventus radices egerit, vetitus eſt, & ſanctificat, & ſanctificatur: Vites ſi radices egerint, ſunt vetitæ, & ſanctificant, at non ſanctificantur, donec fiant inſtar fabæ albæ; ſi pars fiat inſtar fabæ albæ, & pars non fiat inſtar fabæ albæ, quæ factæ ſint inſtar fabæ albæ, ſunt vetitæ, & quæ non factæ ſint inſtar fabæ albæ, ſunt licitæ.

IX. Si traducat vas hortenſe perforatum in vineam, ſi addat 200. eſt vetitum, at non ſanctificatur, niſi ponat ſub vite: R. Simeon dicit: Non eſt diſcrimen inter vas hortenſe perforatum & non perforatum, niſi ut diſponat ſemina duntaxat.

CAPUT V.

I. HEterogenea vineæ ſunt licita reſpectu rapinæ, & abſolvuntur a decima: Heterogenea ſeminum ſunt vetita reſpectu rapinæ, & obligantur ad decimas.

II. Si equa pariat ſpeciem aſini, licitus eſt cum matre ſua, ſi vero ejus pater fuerit aſinus, eſt vetitus cum matre ſua; Si aſina pariat ex equo, licitus eſt cum matre ſua, ſi ejus pater fuerit equus, vetitus eſt cum matre ſua. Si ovis pariat ſpeciem hœdi, licitus eſt cum matre ſua, ſi ejus pater fuerit hœdus, eſt vetitus cum matre ſua; ſi capra pariat ſpeciem ovis, licitus eſt cum matre ſua; ſi ejus pater fuerit agnus, eſt vetitus cum matre ſua, neque offertur ſuper altare.

III. In Cavi aggravarunt duas conditiones: Non licet vincere equum ad latera currus, neque poſt currum, neque aſinos Lydiæ cum camelis; Rabi Meir permittit: Si opem ferant in diſcenſu, & in adſcenſu, omnes conveniunt, quod ſit vetitum. Non licet vincire equum cum mulo, neque mulum cum aſino, neque aſinum cum onagro, quia ſe tegunt inter te; ſi ita faciat, R. Meir obligat; & ſapientes abſolvunt.

IV. R. Jehuda dicit: Filii equæ, & filii aſinæ ſimul, ſunt inter ſe vetiti; & ſapientes dicunt: Omnes mulæ ſunt una ſpecies: Hiſci Babylonius dicit: Vetitum eſt equitare ſuper mula argumento a minori ad majus: Si ubi licet induere ſimul duas ſubuculas, vetita eſt earum miſcella, ubi vetitum eſt ducere duas beſtias, non erit æquum, ut ſit

ve-

אינו דין שיהא אסור בתערובתן אסרו לו הרי הוא אומר והרכבתם את שלמה בני על הפרדה אשר לי והורדתם אותו אל גיחון אמר להן אין משיבין מתקוע אמרו לו הרי הוא אומר ויעש דוד הישר בעיני יהוה ולא סר מכל אשר צוהו רק בדבר אוריה החתי.

ה כלב מין חיה רבי מאיר אומר מין בהמה מה הפרש בין רבי מאיר וחכמים אוסרים אלא שהכותב חייתו לבנו רבי מאיר אומר כתב לו כלב וחכמים אומרים לא כתב לו כלב הכותב בהמתו לבנו רבי מאיר לא כתב לו כלב וחכמים אומרים כתב לו כלב כלב כופרין מן חיה.

ו הירודין והנעמות הרי הם כעופות לכל דבר שאין בהמה טמאה יולדת מן טהורה ולא טהורה מן טמאה ולא גסה מן רקה ולא רקה מן גסה ולא אדם מן בולן ולא בולן מן אדם כל שיש ביישוב יש במדבר הרבה יש במדבר שאין ביישוב כל שיש ביבשה יש בים הרבה יש בים שאין ביבשה אין מי חולדה בים.

ז החוסם את הפרה והמנהיג את הכלאים פטור אין לך שהוא חייב אלא תנוהג והמנהיג בלבד.

ח צמר הגמלים וצמר הרחלים אסור במה דברים אמורים בזמן שטרפן זה בזה והביא פשתן ביניהם ושרף אבל העושה חלוק שכולל צמר הגמלים וכולל צמר הארנבים וארג בו חוט אחר של צמר בבגד זה וחוט אחר פשתן בבגד זה אסור בגד שיש בראשו אחר כלאים לא יתכסה בצד השני אף על פי שהכלאים מונח בארץ.

ט חלוק של צמר שנפרש ופירשו בחוט של פשתן ושל פשתן שנפרש ופירשו בחוט של צמר אם תופרן אסורים משום כלאים ויוצאין בהן בשבת. לובש אדם שתי חלוקות זו על גב זו אף על פי שפונדתו חגורה עליו מבחוץ ובלבד שיתן את המשיחה ויקשור בה בין כתיפיו.

י בלארי נשים אין בהן משום כלאים ואם תופרן מקבלות את הטומאה ואסורות משום כלאים מטפחות תיבה

vetita earum miscella? Responderunt illi: Atqui dictum est: *Et imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon*. Respondit illis: Non licet discere ex imperio: Dixerunt illi: Ecce dictum est: *Et fecit David rectum in oculis Domini, & non declinavit ab omnibus quæ præceperat ei, excepto casu Huriæ Herbæi.*

V. Canis est species feræ, R. Meir dicit: species animalis: Quodnam est discrimen inter R. Meir, & sapientes? Hoc tantum: Si quis testamento scriberet feras suas filio suo; R. Meir dicit; Non scripsit canem; & sapientes dicunt: Scripsit illi canem; Si testamento scribat filio suo sua animalia; R. Meir dicit: Non scripsit illi canem; Et sapientes dicunt: Scripsit illi canem: Canis pagorum est species feræ.

VI. Dracones, & ululæ sunt omnino sicut volucres; quia bestia immunda non parit ex munda neque munda ex immunda, neque crassa ex minuta, neque minuta ex crassa, nec homo ex quavis re, nec quævis res ex homine: Quod invenitur in loco habitato, invenitur in deserto; multa sunt animalia in deserto, quæ non inveniuntur in loco habitato: Quod deprehenditur in arida, deprehenditur in mari, multa sunt animalia in mari, quæ non sunt in arida, excepta mustela maritima.

VII. Qui capistrat vaccam, & copulat heterogenea, absolvitur: Non est tibi qui teneatur nisi qui ducit, & facit ducere duntaxat.

VIII. Lana camelorum, & lana ovium vetita est. De quo hæc dicta sunt? Quando eas inter se miscuerit, & inter eas injecerit linum, & miscuerit; At si faciat subuculam commixtam ex lana camelorum, & lana leporum, & texat filum unum lanæ in hac veste, & filum unum lini in altera veste, est vetitum. Si in una extremitate vestis sit miscella, non se teget altera extremitate, licet deponat miscellam in terra.

IX. Si indusium laneum separetur, & connectatur filo lineo, & si indusium lineum separetur, & connectatur filo laneo, si ea consuat, sunt vetita respectu heterogeneorum & licet cum illis egredi in Sabbatho. Licet induere duo indusia, alterum alteri impositum, licet cingulo extrinsecus præcingatur, dummodo ponat funiculum, & se vinciat inter humeros.

X. In linteo muliebri non est ratio heterogeneorum, si consuat, recipiunt immunditiem; & sunt vetita respectu heterogeneorum; In linteis arcæ non est ratio

אין בהן משום כלאים מטפחות ידים ומטפחות ספרים ומטפחות ספוג אין בהן משום כלאים רבי אליעזר אוסר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר רבי אליעזר מתיר וחכמים אוסרין.

יא לא יתן את המרדעת על כתפו אפילו להוציא עליה את הזבל ורבי אלעזר ברבי שמעון מתיר בגד שאבד בו כלאים לא ימכרנו לגוי ולא יעשנו מרדעת לחמור רבי שמעון בן אלעזר אומר לא יעשה הימנו אימרא המפורסמת אבל יעשה הימנו תכריך למתים.

יב עיפו של צמר שנתנו בפשתן מותר עשה שני ראשין נגר אחד אסור צמר שנתנו בפשתן להיות אורג עליו הרי זה אסור שבשעה שהיה לנזה היה ניטות אמר רבי שמעון בן אלעזר למה נקרא שמו שעטנז מפני שמליז את אביו שבשמים עליו.

יג רבי חנניה בן גמליאל אומר לא יקשור סרק של צמר ושל פשתן לחגור בו את מתניו אף על פי שהרצועה באמצע תפוקריות והציפה אין בהן משום כלאים ואם תפרן מקבלים טומאה ואסורים משום כלאים פשתן שצבעו בחרת לא יסכרנו לגוי ולא יעשנו אימרא לפשתן המפורסמת בברים ובכסתות הרי זה מותר.

יד איספלנית מלוגמה ורטיה אין בהן משום כלאים המת והבהמה והאוהלין והאכסלו והאסטמא וקלע ואילת ובגדי כהנים ובגדי כהן גדול אין בהם משום כלאים בגדי כהן גדול היוצא בהם למדינה חייב ובמקדש בין לשרת ובין שלא לשרת פטור מפני שהן ראוין לעבודה.

ratio heterogeneorum; in linteis manuum, & in linteis tonſorum, & in linteis abſterſionis non eſt ratio heterogeneorum. Rabi Elieſer prohibet: Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: R. Elieſer permittit, & ſapientes prohibent.

XI. Non licet imponere humeris ſuis clitellas, vel ad efferendum fimum; At R. Elieſer bar R. Simeonis permittit. Veſtem, in qua perdita ſint heterogenea, non veodet gentili, neque faciet clitellas aſino; R. Simeon ben Elieſer dicit: Non faciet ex ea fimbriam manifeſtam, at licet ex ea facere involucrum mortnis.

XII. Signum lanæ ſi inſeratur in lino, licitum eſt; Si faciat duas extremitates in uno latere, eſt vetitum; Si lanam ponat in lino, quo tempore velit texere ſuper eo, vetitum eſt; etenim quo tempore diſcindit, neit. Dicit R. Simeon ben Elieſer: Cur vocatur שעטנז? Quia eum deridet ejus pater qui eſt in cœlis.

XIII. Rabi Chananjah ben Gamaliel dicit: Non colligabit ſegmentum laneum, & lineum, ut lumbos præcingat, licet ſit lorum in medio. In lino pectinato, & in lana excuſſa non eſt ratio heterogeneorum; ſi ea conſuat, recipiunt immunditiem, & ſunt vetita reſpectu heterogeneorum: Si linum infecerit colore nigro, non vendet gentili, neque faciet fimbriam lino manifeſtam; in culcitris & pulvillis eſt licitum.

XIV. In unguentis, malagama, & emplaſtro non eſt ratio heterogeneorum. In mortuo, in beſtia, in tentoriis, & in caniſtris, in ornamento capitis muliebri, & in funda, & in veſtibus ſacerdotum, & in veſtibus ſummi ſacerdotis non eſt ratio heterogeneorum; Si ſummus ſacerdos egrediarur cum veſtibns ſuis in provinciam, tenetur; & in ſanctuario ſive tempore miniſterii ſive extra tempus miniſterii abſolvitur, quia conveoientes ſunt miniſterio.



ANTIQUITATUM JUDAICARUM

LECTORI STUDIOSO

S. P. D.

JOH. CONR. HOTTINGERUS.

I*Nter subsidia illa, per quæ ad exactam & quantum fieri potest perfectam Sacrarum Literarum expositionem pervenitur*, Philologia Sacra, *hoc est*, Linguæ Sacræ, *&* Antiquitates Judaicæ, *maxime præcipuum est; constat enim eos qui harum scientia erant imbuti, semper solidiores S. Codicis Interpretes & Commentatores exstitisse; Etenim ad ejus genuinum sensum eruendum, tam* linguarum, *quibus conscriptus, quam* rituum *populorum, quibus concreditus erat, notitiam necessario requiri, quis inficiabitur? Id quod etiam Illustris* Hugo Grotius Tract. de J. B. & P. Prolegom. *hisce prodidit verbis:* Ad percipiendum librorum, ad Antiquum (*quidni & ad Novum?*) foedus pertinentium, sententiam non parum conferre nobis possunt Hebræi scriptores, ii maxime, qui & sermones & mores patrios habuere cognitos. Magnus *per Philologiam* Theologus J. Coccejus Præfat. ad Tract. Sanhedrin & Maccoth, *hæc referens, addit:* Traditiones vero humanæ πατροπαράδοτοι, unde nisi ex Doctrina Judæorum peti possunt? Hæc autem pertinent sive ad pleniorem legis Mosaicæ, qua ritualis, qua judicialis & moralis intelligentiam: sive ad exoticarum legum illustrationem, sive ad lumen historiarum de rebus Judaicis, sive, quod maximum est, ad confirmationem Historiæ Evangelicæ, ubi plurima Judaici moris, legum & traditionum mentio est. *Et qui vel legem Mosaicam reliquosque V. T. libros, vel plurima Novi loca Judæorum ritualibus non consultis, dextre explicabit, ne is mihi Magnus erit Apollo. An non omnes de Levitico cultu traditæ leges, sive loca sacra, sive personas sacras, sive res sacras, sive tempora sacra concernentes, typicæ & umbratiles a Christianis imo etiam antiquioribus Judæis habentur, quibus totum salutis mysterium adumbratum, unde liquido constat Jesum ἀρχηγὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν, heri hodie & in secula fuisse, esse & fore semper eundem; quomodo autem antitypi ad typum vera relatio, nisi prius typi sensus literalis in propatulo sit, ostendi potest? Unde vero ille, nisi ex Judæorum ritibus cognoscitur? Ut nunc nihil de Evangelistarum &*

Apo-

Apostolorum, Pauli præsertim, allusionibus ad Judaicos ritus refertissimis scriptis, dicam. Verum si omnem Judaicarum Antiquitatum in explicanda Sacra Scriptura usum ac necessitatem describere vellemus, contra præfationis leges peccaremus; neque id adeo opus est, quum jam a Viris doctis passim demonstrata veritas sit.

Atque idem, nisi admodum fallimur, ex hoc, quem Tecum, B. L. communicamus, de Decimis Judæorum Commentario Philologico patebit, in quo omnia de Decimis in utroque tam V. quam N. instrumento exstantia loca, hactenus aut male intellecta aut plane intacta relicta, ex authenticis Judaicorum Ictorum scriptis explicare atque illustrare sategimus. Postquam enim vidimus Decimandi ritus parce admodum & minus recte hactenus fuisse descriptos, eo magis nostras vires circa eos tentare & ignotos in lucem proferre lubuit, sic ut persuasi simus, nos qualicunque hac opera, iis, qui Antiquitatibus Sacris aliquem honorem habent, rem haud ingratam fecisse & inde quandam (vereor ne improbe dicam) in nos gratiam redundaturam speramus. Exstant quidem, præter eos qui in S. Codicem commentati sunt, aut qui Judæorum Sacra in compendiis tradiderunt, quales sunt Sigonius & Cunæus de Republica Hebræorum ab Johanne Nicolai notis illustrati, Goodvvinus in Mose & Aharon prius Reizii, postea Reverendi Patruelis Joh. Henrici Hottingeri, S. S. Theol. & Antiqq. Jud. in Academia Marburgensi Professoris notis & pluribus accessionibus auctus, atque nuperrime Clarissimus Relandus in accuratissima Antiquitatum Hebræarum delineatione, aliosque, passim varia Eruditorum de hac materia scripta. Illustris Scaliger pauca de ea congessit, quæ in ejus Opusculis Posthumis reperiuntur; Eum Cl. Sixtinus Amama secutus est, qui Commentariolum de decimis Mosaicis Franeq. An. 1618. edidit, sed ferme nihil præter jam a Scaligero prolata habet, qui idcirco a Cl. Guisio, autor humi repens a Scaligeri ore pendens, nimis inique vocatur, Vir alias de Philologia Sacra bene meritus: utriusque vero Tractatus Bibliis Criticis edit. Francof. & Amstelod. post Deut. XXVI. inserti sunt. In Anglia, ubi olim acriter de Decimarum jure disputatum est, Cl. Seldenus vernacula lingua de Decimis tractatum edidit, quem Celebris hujus seculi Criticus Johannes Clericus latinitate donavit, suisque in Pentateuchum Commentariis inseruit. In Germania a Cl. Frischmutho, Quenstedio, Varenio de Decimis Judæorum Dissertationes editæ sunt. Et hi quidem sunt Auctores hancce materiam explicantes, qui ad notitiam meam pervenerunt; sed omnes simul juncti; præterquam quod idem ferme dicant, pluresque eosdem committant errores, vix unum atque alterum folium explent, sic ut Lectori harum rerum cupido satisfacere haud possint. Videntur sane Laudati Viri, non satis Judæorum scripta consuluisse, sine quibus tamen in hoc studii genere nihil solidi dici potest: hinc est, quod sæpius contra eorum sententias disputandum fuerit; sed certe non eo animo, ut eorum eruditioni, quæ totum permeavit literatum orbem, quicquam derogaremus, quod nimis temerarium esset, sed solo veritatis studio factum esse ingenue profitemur, neque id, nisi bonitate causæ freti; facere ausi fuissemus; firmiter enim propositum nobis erat, nihil quicquam de hoc themate, nisi quod idoneis & luculentis testimoniis probari poterat, asserere; An autem id fideliter a nobis præstitum, B. L. judicet. Methodo tali, qualem pro tractanda materia maxime concinnam putavimus, usi sumus. Animus quidem primitus erat Celeberrimi Judæorum Icti Maimonidis Tractatum de Decimis ex vastissimo ejus opere, quod יד חזקה manus fortis inscribitur, Latina veste indutum, notisque illustratum publici juris facere, cujus etiam translationem a capite usque ad calcem confecimus, sed animi mutati ratio non una erat; nam præterquam, quod laudatus Rabbinus multa, ubi de rebus decimandis agit, de variis arborum & terræ fructibus, herbis oleribus in Palæstinæ solo procretis, maximamque partem nobis ignotis, vel difficulter cognoscendis, congesserit, quæ sine damno ignorari possunt, ut sic labor noster ferme inutilis fuisset; multis quoque de variis in rebus dubiis decimandis casibus disputavit, non majoris utilitatis: Insuper si solum juxta Maimonidem commentarium nostrum conscripsissemus, plurima Themata, quæ ad Decimandi ritus cognitu necessaria, silentio prætereunda fuissent, neque juxta hunc tractatum, vel de Patriarcharum, vel Pauperum, vel Animantium decimis (de quibus idem ille alibi tractat) dicendi occasio fuisset, quum tamen hæc capita omnia prolixissime executi fuerimus, pro instituti nostri ratione de omnibus Decimis apud Judæos consuetis agendum erat, sed post multos alios Maimonide ubique in subsidium vocato.

Id unicum adhuc superest, ut Tuum, Erudite Lector, de labore nostro benevolum rogitemus judicium; si quæ in iis deprehendes, quæ applausum tuum merebuntur,

tur, eris cur nobis gratulemur; errores, quorum idoneis rationibus convictus ero, lubentissime emendabo, etenim in rebus, quæ per antiquitatem obliteratæ, tam lubricis & ætate ad errandum nimis prona, vix evitandæ sunt hallucinationes, sed errare humanum est, neque quid humani a me abesse puto. Agnosces saltem animum ad sacra *hæc* studia *promovenda intentum, qui Tuo applausu ad alta non parum excitabitur. Quod jam opella nostra Viris, ad quorum manus ea pervenit, non displicuerit, quod nunquam optare ausi sumus, quorum etiamsi laudes supra merita nostra esse sciamus, institutum tamen ipsis probari, vehementer gaudemus, etenim*

> Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Momos, quos somno Patre natos Hesiodus testatur, qui quidem ipsi nihil faciunt quam cæterorum hominum opera reprehendere, non curamus, iis enim non scripsimus. Neque etiam timemus, eos qui, aut erga studia, aut personam nostram invidiæ oestro punguntur, bene scientes, invidiam virtutem, ut umbram corpus, sequi, &

> Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
>
> Virtutem posuisse Deos sudore parandam.

Vale, Erudite Lector, nostrisque laboribus fave.

JOH. CONR. HOTTINGERO,

VIRO ERUDITISSIMO,

HADRIANUS RELANDUS

S. P.

Quam mihi misisti descriptam typis partem Commentarii Tui de Decimis Judæorum, longe mihi fuisse gratissimam non est quod dubites. Uti enim omnes illos, qui commodis rei literariæ inserviunt, quocunque in argumento operam collocent, singulari amore complecti soleo, ita illos a me reliquis præferri haud mirandum est, qui illis studiis illustrandis & promovendis se tradunt, quæ me potissimum delectant. Si in horum numerum te referam & hoc eximium industriæ tuæ specimen, nec a vero quicquam alienum dixero, aut quod modestiam tuam offendere merito queat. Argumentum elegisti, quod uti ad intelligentiam Sacrarum Tabularum nemo inficias iverit esse utilissimum, ea cura qua Tua est, elaboratum videre, diu desideravit orbis eruditus. Frustra id expectatum fuit ab iis, qui ad res plurimas, easque diversi generis, pertractandas animum adpulerunt, nec tantum sibi concesserunt otii, quantum necesse est, ut accurate per singulas irent: Quod si vel maxime illis contingeret, crediderim fore, ut ipsius vitæ humanæ brevitas filum operis non pertexti abrumpat, & fatalis hora speratum terminum antevertat. Quis ille unus est, qui omnes ritus & consuetudines veterum Hebræorum, & quæ eo spectant explorata habet; qui prisca gentis Judaicæ monumenta perlegit universa, eaque est memoria, ut quæ usu veniunt animo suo præsentia sistat opportune; qui tot linguarum & dialectorum orientis peritus est, quot requiruntur ad Intellectum codicum ab Hebræis conscriptorum; qui & rationis temporum & positionis locorum gnarus est; qui judicio valet, ut vera a falsis, certa ab incertis distinguat; cui denique, ut alia prætercam, & tempus & otium, & valetudo & omnia reliqua suppetunt, quemadmodum ei suppetere debent, cui nihil in ullo argumento erit obscuri, nihil ignoti? Hæc quum superare vires unius hominis videantur, nihil magis optandum est, quam nunc hos nunc illos certam scribendi materiam eligere, & huic totos se tradere, ut eam, quantum fieri poterit, exhauriant, & quæ eo faciunt colligant, collecta ad examen vocent, & luci publicæ exponant, ut junctis operis hoc ædificium exstruatur, & tum nostræ ætati tum venturæ præstemus rem utilem. Quod quidem quoties tentatur ab hominibus haud ineptis, mirum non est, sæpe virorum clarorum errores insignes detegi, qui obiter de aliqua re egerunt, non attendentes ad om-

omnia, ad quæ attendi oportuisset, quibus æquum est veniam aliquam concedere, ob alias animi dotes, & monumenta doctrinæ, quibus rem literariam ornarunt. Hac quicunque incedit via, fieri nequit, quin bene mereatur de literis, laudemque & gloriam consequatur, non inanem illam, quæ vulgus titillat, quamque sectari hominem Christianum fas non est, sed quæ, ex virtute nata, recte factorum comes est fidissima.

Ista Te manent præmia, Doctissime Hottingere, qui egregium hoc argumentum de Decimis Judæorum singulari diligentia illustrasti, atque edito hoc doctrinæ Tuæ atque ingenii specimine orbi noscendum das, quid a Te olim sperari debeat. Fontes ipsos adire maluisti, quam hinc inde quædam corradere, & male consutas lacinias, pannosve aliorum Auctorum in lucem denuo protrahere. Non multum sane præstare is valet in Antiquitatibus Hebraicis, qui vetustissimos Gentis Israeliticæ codices, Misnam videlicet & Gemaram, veteresque Rabboth & Midraschim, Zohar, Siphre & qui iis pares sunt, negligit aut contemnit. Qui aut Judæorum odio, aut sua ductus ignorantia, ab his se abstinet, nec cogi se patitur, ut in istis desudet, a quo cogitur ad scriptionem? Nosti me patrocinium quidem omnium rerum, quæ in Pandectis Judaicis leguntur, suscepisse nunquam, non esse tamen adeo iniquo adversus Judæos animo, ut illis negatum velim, quod Græcis, Romanis, Persis, & quibus non, plena manu concedimus; scilicet ita censeo, quum Hebræi de Rebus patriis testantur, nec Religionis aut sensus de Deo interest, testenturne hoc vel illo modo, neque aut sanæ rationi aut indubitatis aliarum gentium testimoniis ea quæ memoriæ produnt adversa sunt, fidem ipsis esse habendam: atque ita quemadmodum Romanis scriptoribus adsentior, Capitolii aut Amphitheatri alicujus formam describentibus, pari jure credendum esse Judæis, qui Templum Hierosolymitanum delinearunt. Quod nisi in auxilium advocemus Judæorum scriptores, quam jejuni sunt libri Christianorum, qui de Sacrificiis verbi gratia, aut Sacerdotibus agunt? E contrario si Judæorum traditionibus utimur, quanta lux affunditur plurimis locis Veteris Instrumenti? Quam plana redduntur illa, quæ lectorem vel maxime attentum intricant & impeditum tenent? Ipse commentarius hic tuus sententiæ nostræ veritatem probat clarissime, quod quoties deprehendo non possum non summa voluptate affici, tum quod & Sacer Codex hac ratione illustretur, & alii incendantur amore nostrarum literarum, tum quod adeo dignam nomine Hottingeriano sobolem in te agnoscam. Perge itaque hoc pede Doctissime Hottingere, & me, si quem alium, tuis conatibus favere plurimum, & Te amare scito. Scribebam Trajecti Batavorum a. d. XXI. Februarii CIↃ IↃ CCXII.

JO-

JOHANNIS CONR. HOTTINGERI
COMMENTARIUS PHILOLOGICUS
DE DECIMIS JUDÆORUM.

EXERCITATIO PRIMA.

De Etymologia diversarum vocum quibus Decimæ appellantur.

A R G U M E N T U M.

More recepto præmittitur explicatio vocum. Hebræorum מעשר *est a* עשר decem, *quod etiam ex aliis pluribus linguis observatur. Verbi* עשר decimare *duplex significatus. Voces* Chaldaicæ *&* Rabbinicæ. ארגונא *&* הלך *Esr.* IV. 13. *Vocabula* Græca δέκατον *&* ἐπιδέκατον. *An non* ἀπαρχή *sumatur* pro Decimis. *Verbum* δεκατόω *&* ἀποδεκατόω *idem significat quod Hebræorum* עשר. Latinorum Decima *&* Decuma; *quæ voces non confundendæ cum* voce Decimatio; *quæ quid & apud quos in usu fuerit, explicatur.* Numerus denarius *observatur ut sacer & mysticus, quam in rem adducuntur loca ex Mischna Tractatu* Pirke Avoth, Pirke R. Eliefer *&* Philone Judæo.

I. VEterum Judæorum de *Decimis* leges ac constitutiones, tum ex *Sacris Literis*, tum ipsorum *Hebræorum pandectis*, Philologicis aliquot Exercitationibus exposituro, initium ab ipsis *nominibus*, quibus tam ab utriusque quam aliis scriptoribus insigniuntur, faciendum mihi esse, arbitraturus sum. Quamvis autem parum vel nihil illis insit difficultatis; tamen, quum a plerisque fieri consueverit, & omnino congruens videatur, quam rem tradituri sumus, ejus primo *nomen* aperire; rem supervacaneam me facturum nullatenus putavi, si quædam de vocum, quibus *decimæ* diversimode exprimuntur, significatione præmitterem, unde appareat, quid *Decimarum* nomine, de quibus tractaturi sumus, dictum velimus. Δεῖ δὲ πρῶτον, τὸ τῆς φωνῆς σημαινόμενον ἐξετάζειν εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν.

II. Nomen *Hebræum*, quo scriptores sacri *Decimas* indigitant, est מעשר, quoque solo, ad eas proprie significandas utuntur: hoc autem vocabulum מעשר a Radice עשר *decem* notante, descendere, pueris notum est; & inde quoque verbum עשר *decimare* derivandum. Quod enim quidam illud a עשר cum *schin*, quod *divitem esse* significat, quia nempe numerus denarius perfectus sit & dives, deducendum volunt, cum re minus convenire putamus; sunt enim hic literæ *schin* & *sin*, quamvis id alias non raro fiat, non permutandæ & confundendæ. Solent quidem Judæi per *paranomasiam* quandam dicere עשר תעשר *decima ut ditescas*; illius fundamentum quærunt in loco Deuter. XIV. 22. Sic enim *R. Obadias de Bartenora* ad Mischnicum Tractatum *Pirke Avoth* c. III. §. 13. ad verba מעשרות סייג לעושר *decimæ sunt sepimentum pro divitiis*; hunc in modum ludit: עשר תעשר עשר בשביל שתתעשר *quia* (Deut. XIV. 22.) *scriptum est* עשר תעשר *igitur decimato ut ditescas*. Sed hæc per allusionem, Judæis admodum frequentem, & non ut inde vocis מעשר origo arcessenda sit, dicuntur; quod vel inde patet, quia plerique scriptores Judæi, & ipse quoque *Bartenora* alibi, utramque vocem עשר תעשר de exacta *decimarum* solutione intelligunt, quamvis quoque sint qui eas de duplici *decimarum* specie, *prima* nempe & *secunda*, alii aliter explicent. Magis itaque convenit vocem מעשר derivare a עשר *decem*. Eadem derivatio in ceteris quoque orientalibus & occidentalibus linguis obtinet: Ita Arabum معشار *decima pars, quæ decimando colligitur est a* عشر *decem*: Græcorum δέκατον a δέκα *decem*; Latinorum *decima* a *decem*, Gallorum *dismes* a *dix*: ab Italorum *dieci* est (quod ipsum Latinum) *Decima*: Anglorum *Tenth* a *Ten*: Belgarum *Tiendem* a *Tien* & Germanorum Zehenten a Zehen descendit, nihil enim aliud *decimæ* significant, quam cujuscunque rei decimam partem. De verbo autem עשר *decimare*, observandum, illud habere significationem reciprocam, denotat enim tum *decimas solvere*, tum eas *accipere*. Loco ex Deuteronomio supra citato notat *solvere decimam*. Sic etiam Deut. XXVI. 12. dicitur כי תכלה לעשר את כל מעשר *si absolvisti decimare* i. e. persolvere *omnem decimam*,

niam . In hoc quoque significatu עשר occurrit Nehem. x. 38. 39. ubi tum *decimarum* , quas populus Levitis, tum & earum, quas Levitæ sacerdotibus solvere tenebantur, mentio fit: forte quod v. 39. legitur, sacerdotes seu filii Aaronis הלוים בעשר, intelligi quoque posset sacerdotes a Levitis accepturos *decimas* : saltem , hoc verbum hanc etiam (*accipere* nempe *decimas*) habere significationem, facile ex 1. Sam. VIII. 15. 17. colligi potest: ibi enim inter futuri Regis jura quoque refertur. quod Rex populum יעשר *decimaturus* , hoc est, *decimas* tam frugum terræ quam bestiarum *accepturus sit* .

III. Chaldæos *Decimas* significant voces מעשר & מעשרא etiam חד מן עסרא Ita ubi Genes. XIV. 20. de Abrahamo extat : ויתן לו מעשר מכל *Et dedit ei* (Melchisedeco) *decimas de omnibus*: *Targum* transtulit ויהב ליה חד מן עסרא מכלא *Et dedit illi unum ex decem de omnibus* . Alias occurrit quoque מעשר ut Deut. XXVI. 12. ית כל מעשר עללותך *omnem decimam frugum tuarum* . Sic etiam מעשרא: ut Num. XVIII. 25. מעשרא מן מעשרא *decima eu decima* , quod aliquando scribitur cum *samech* עסרא sic enim frequenter Hebræorum ש *schin*, cum *samech* Chaldæi permutare solent: *Mischnici* & alii Judæorum doctores , Hebræam vocem מעשר ubique ferme servarunt . Ita in primo *Mischnæ Seder* , זרעים seu de *Seminibus* inscripto , duo integri Tractatus , sub titulis מעשר & מעשר שני extant : in quibus Doctores omnia , quæ ad modum *Decimas* hasce solvendi pertinebant , exacte descripserunt . Sed *Magnus Buxtorfius in Lexic. Thalmud* ad vocem ארן p. 225. producit Glossatorem, qui vocem ארנונא explicat per עשורי *decimas* , cui quoque synonymam vocem הלך quæ Esr. IV. 13. occurrit , Gemaristæ faciunt . Sic enim in *Gem. Baba Bathra fol.* VIII. 1. explicatur : הלך זו ארנונא hoc est , הלך idem est quod ארנונא , quæ vox a nominato Glossatore exponitur , de עשורו תבאורו והבהמירו *decima proventuum & bestiarum* . Verum hæc vox ארנונא, etiam observante *R. Nathan* in Lexico suo *Aruch* dicto, non specialiter *decimas*, sed in genere *vectigalia* annuosque alios reditus significat ; quod ex eo ipso patet , quia eam cum הלך synonymam faciunt , quæ , saltem loco ex *Esra* citato , de *Decimis* Mosaicis nullatenus intelligi potest, sed certo tributorum genere (trium enim ibi mentio fit) quod Judæi , Regi *Artbasasie* tum temporis solvere tenebantur . Non ergo videtur aliam vocem Hebræam *Decimas* , quam מעשר præcise denotare .

IV. Ad Græcas voces , quibus *Decimæ* notantur , pergimus . Sunt autem illæ δεκάτη , δέκατον , ἐπιδέκατον , quæ omnes a voce δέκα descendere liquidum est ; illa ipsa videtur derivata a verbo δέχομαι , quia nempe omnes numeros capit denarius. Hinc *Interpretes Alexandrini* , vocem מעשר varie vertunt: ut δεκάτη Genes. XIV. 20. Levit. XXVII. 30. Deut. XII. 6. δέκατον, Levit. XIV. 10. & passim alibi. ἐπιδέκατον Num. XVIII. 21. Deut. XVI. 23. 28. Amos IV. 4. Sed cum Deut. XXVI. 12. occurrat ἐπιδέκατον & δεύτερον ἐπιδέκατον , fuerunt , qui vocem ἐπιδέκατον non simpliciter *decimam*, sed *decimam* aliquam *addititiam* & δεύτερον ἐπιδέκατον alias adhuc *decimas super addititias* significare putabant ; verum hoc ideo a Viris quibusdam Doctis effictum est, ut ex Græca hujus loci versione , firmum aliquod haberent argumentum, quo probarent, *Decimas Pauperum* fuisse peculiarem decimarum speciem, præter primam & secundam solutam, de quo tamen infra , ubi de Pauperum decimis agetur, prolixius differemus, & speciatim hunc locum vindicabimus . Certa loca , ubi vox ἐπιδέκατον (ut id breviter præmoneamus) in *Alexandrina*, vulgo LXX. Virali dicta , *versione* occurrit , conferenti , oppido patebit, eam ibi esse promiscui usus , & de quibus *decimis* usurpari . Notat etiam *Suidas* ἐπιδέκατον pro δέκατον , ut ἐπιπέμπτον pro πέμπτον poni . An autem dicti *Interpretes Alexandrini* , loco Deut. XII. 6. vocem מעשרות verterint per ἀπαρχὰς , uti id putat *Cl. Kircherus in Concordant. Bibl. Græcor* . adhucdum dubito , quamvis verosimilius mihi videatur per ἀπαρχὰς ibi intelligi תרומות quarum quoque l. c. mentio fit & vocem מעשרות ab ipsis omissam , vel Græcam lapsu temporis vel incuria excidisse . Vel an forte ibi per ἀπαρχὰς tam *Thrumas* quam *Decimas* exprimere voluerunt ? Videtur quidem *Philo Judæus* , voce ἀπαρχὴ ad significandas *decimas* usum fuisse: sic enim ille in libro περὶ τ̃ μετονομαζομένων seu *de Nominum mutatione* p. m. 1704. edit. Francof. infit: ἔστι δὲ καὶ ἀπαρχῆς ἀπαρχὴ ὁ ἑκατοστὸς λόγος οἱ Λευῖται τοῖς ἱερωμένοις ἀπάρχονται . Λαβοῦσι γὰρ αὐτοῖς τὰς δεκάτας παρὰ τοῦ ἔθνους , καθάπερ ἀπὸ κτημάτων οἰκείων τοῖς ἱερεῦσι δεδόναι ὡς δεκάτην λόγων ὅρον . *Præterea primitiarum primitia sunt centesima portio , quam Levitæ sacris operantibus tribuunt . Nam cum decimas perciperent* (Levitæ) *a gente , injunctum est veluti a propriis possessionibus , sacerdotibus*

bus quasi decimam rationum sacram concedere. *Philonem* hic per ἀπαρχῆς ἀπαρχὴν מעשר מן המעשר seu uti postea dicit, δεκάτην, quam Levitæ de suis a populo acceptis dabant Sacerdotibus, indigitasse liquidum esse videtur; Hinc ipse *Philo* etiam alibi utitur phrasi δεκάτας ἀπάρχεσθαι. Novi Testamenti Scriptores quoque voce δεκάτη utuntur. vid. Hebr. VII. 9. Inde est δεκατόω & ἀποδεκατόω, *decimo*, *decimas persolvo*: quod verbum æque ac Hebræorum עשר utramque tam activam quam passivam habet significationem. Notat nempe *decimas dare*: ut Math. XXIII. 23. ubi Christus Scribas & Pharisæos increpat, quod ἀποδεκατοῦτε *decimens* i. e. decimas de quibusvis olerum generibus persolvant. conf. Luc. IX. 42. Sic Luc. XVIII. Thraso ille Pharisæus gloriabundus exclamat: νηστεύω δὶς τοῦ Σαββάτου, ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι, *jejuno bis in septimana decimasque de omnibus quæ possideo persolvo*. Quo sensu hæc vox quoque apud *Alexandrinos*, *Josephum* & *Philonem* invenire est. Sed & illa ipsa *decimas exigere* denotat; sic Hebr. VII. 9. dicitur, accepisse Levitas præceptum ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν *decimandi populum*, hoc est, decimas accipiendi *a populo*; vel ut *Philo* supra locutus est λαμβάνειν τὰς δεκάτας παρὰ τοῦ ἔθνους. Sed hæc loca infra accuratius adhuc examinanda erunt, sufficiet ea hic ad eruendum vocum significatum adduxisse.

V. Latini voce *Decima* (quæ ipsa non aliunde quam a *decem* & hæc a Græcorum δέκα derivanda) vel etiam pluraliter *Decimæ*, id ipsum quod Hebræi vocabulo מַעֲשֵׂר exprimere solent; invenitur quoque apud Latinos Authores *Decumæ* scripta. *Decima* autem vox non confundenda cum alia Latina *Decimatio*, quæ plane alius est significationis, & de talibus *Decimis*, de quibus nobis imposterum sermo erit, proprie non usurpatur. Significat enim *sortitionem* aliquam *militarem*, cui milites aut propter fugam, & stationis malitiosam desertionem, vel seditionem, aliasque ob causas subjiciebantur: quando nempe plures ex militibus delinquebant, non statim omnes supplicio addicebantur, sed per quandam aggratiationis speciem aliqui tantum ex iis puniebantur & tales plerunque erant quinque *decimi*, novem servatis, & id vocarunt *decimationem*. Hic ritus apud Romanos præsertim in usu fuit & pervetustus esse fertur, quemadmodum apud *Suetonium*, *Tacitum* aliosque legi potest, neque etiam sequioribus temporibus erat ignotus. Quod si tamen juris vigorem Imperatori moderari lubebat, tum quandoque vel vicesimus vel centesimus supplicio afficiebatur, quem puniendi modum *Vicesimationem* & *Centesimationem* appellabant. Sed qui plura de his scire avet post *Rosinum*, *Dempsterum*, aliosque Romanarum Antiquitam scriptores, adeat prolixe quoque de hac militari sortitione differentem Cl. *Mauritium de sortitione veterum Hebræorum* c. XXXIII. §. 3. sq. p. 440. qui etiam iibdem pag. 451. hanc *Decimationem* bellicam pœnalem Hebræis usitatam fuisse negat, quandoquidem ejus in tota historia Judaica & bellorum populi Israel nulla fiat mentio: Aliud quidem *Decimationis* Neh XI. 1. vestigium invenitur, ibi enim ii, qui præter populi principes, Hierosolymam incolere poterant sorte delegebantur, ut nempe decima pars Hierosolymis, novem autem reliquæ in cœteris habitarent urbibus. Sed apud *Persas* hanc quoque *Decimationis* pœnam (non quidem ut militarem) in usu fuisse ex *Brissonio de Regno Persarum lib.* II. *edit. ult. Cl. Lederlini Argent. p.* 595. didicimus: Refert nempe ibi *Isdigerdem* Persarum Regem, Magos ob fallaciam & imposturam, qua ei illuserant *decimasse*; id quod *Socrates Historia Ecclesiast. lib.* VII. cap. VIII. scriptum reliquit: περιοργὴς ὢν γενόμενος ὁ βασιλεὺς, τὸ τῶν μάγων γένος ἀπεδεκάτωσε. *Vehementer iratus Rex Magorum gentem decimavit*.

VI. Ex his, quæ hactenus de vocibus diximus, liquet, quid *Decimarum* nomine intelligamus: nempe, illam legem divinam, qua Deus Israelitis, in terram promissam ingressis præcepit, ut decimam proventum suorum (etiam bestiarum) partem singulari modo & in peculiarem usum separarent. Non opus nunc erit hic multis inquirere, quare Deus præcise *decimam*, non majorem vel minorem partem, segregaret jusserit: sufficiet nobis scire, Deum pro summo suo jure, quod peculiariter ut Rex in populum Israeliticum habuit, ita præcepisse; nam circa hoc mysteria quærere, mihi certe non videtur operæ pretium, quærant illi qui mysticis numeris delectantur & qui otium ad ea quærenda habere putant. Solent quidem ipsi etiam Judæi *numerum denarium* sacrum habere & mysticum, quippe ad quem ex sacris literis multa ab ipsis referuntur, quorum prolixum catalogum *Mischnici Tract. Pirke Avoth c.* v. §. 1. *sqq.* tradunt, quem hic inserere non pigebit, qui hic est: בעשרה מאמרות נברא

נברא העולם עשרה דורות מאדם ועד נח עשרה דורות מנח ועד אברהם עשרה נסיונות נתנסה אברהם אבינו עשרה נסים נעשו לאבותינו במצרים ועשרה על הים עשר מכות הביא הקדוש ברוך הוא על המצריים במצרים ועשרה על הים עשרה נסיונות נסו אבינו את המקום במדבר שנאמר וינסו אותי זה עשר פעמים ולא שמעו בקולי עשרה דברים נבראו בערב שבת בין השמשות ונומר: *Decem verbis creatus est mundus : decem generationes fuerunt ab Adamo usque ad Noachum : decem item a Noacho usque ad Abrahamum . Decem tentationibus tentatus fuit Abraham pater noster: Decem signa facta sunt Patribus nostris in Ægypto & decem juxta mare : Decem plagas adduxit Sanctus Ille & Benedictus Deus super Ægyptios in Ægypto & decem juxta mare : Decem tentationibus tentarunt patres nostri Deum in deserto ; quemadmodum* (Num. XIV. 22.) *dicitur :* Et tentaverunt me jam decem vicibus & non audiverunt vocem meam . *Decem res creatæ fuerunt in vespera Sabbathi inter soles* &c. Hæc omnia plenius exposita videri possunt apud commentatores ad hunc locum tum Judæos *R. Mos. Ben Maimon.* & *R. Obad. de Bartenora*, tum Christianos *Cl. Fagium & Cl. Leusdenum* . Decantata quoque apud Judæos sunt miracula , quæ in Templo contigisse & decem fuisse confidenter tradunt. Sunt autem sequentia: לא הפילה אשה מריח בשר הקדש ולא הסריח בשר הקדש מעולם ולא נראה זבוב בבית המטבחים ולא אירע קרי לכהן גדול ביום הכפורים ולא כבו גשמים אש של עצי המערכה ולא נצחה הרוח את עמוד העשן ולא נמצא פסול בעומר ובשתי הלחם ובלחם הפנים עומדים צפופים ומשתחוים רוחים ולא הזיק נחש ועקרב בירושלם מעולם ולא אמר אדם לחבירו צר לי המקום שאלין בירושלם: *Nunquam abortivit mulier ab odore carnis , quæ erat in sanctuario ; eadem caro sancta nunquam fœtuit : nunquam visa est musca in domo mactationis : non accidit casus nocturnus fluentis seminis Pontifici Maximo in die Expiationis : Pluviæ non extinxerunt ignem super lignorum strue : non vicit ventus columnam fumi : non repertum est vitium in Gomer , neque in duobus panibus*, (Pentecostalibus) *neque panibus faciерum . Stabant coarctati & incurvabant se dilatati : non læsit unquam aliquem serpens vel scorpio Hierosolymis : nec dixit homo socio suo , angustior est mihi locus , quam ut possim pernoctare Hierosolymis .* Pirk. Avoth. cap. v. §. v. Hæc speciminis loco de *numero denario* Judæis sacro dicta sufficiant : plura videri possunt apud *R. Eliezer in Thes. Antiq. Sacr.* Tom. XX. *Pirke Avoth* cap. XIX. fol. 15. b. edit. 8. *Philo* etiam *Judæus* passim de numero denario allegorizat : *Libr. de Cong. Quær. Erud. Grat. pag.* 437. Δεκὰς ἀριθμῶν τῶν ἀπὸ μονάδος ἐστὶ τέρμα τελειότατον. *Denarius numerorum qui deinceps unitatem sequuntur perfectissimus est*. Et paucis interjectis : ὡς ἐκ πολλῶν διδασκόμεθα τὴν δεκάδος πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, καὶ τὴν τῆς ἐννέα ἀριθμοῦ πρὸς τὸ θνητὸν ἡμῶν γένος : ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀπὸ ζώων μόνων ἀπάρχεσθαι δεκάτας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὅσα ἐκ γῆς βλαστάνει διείρηται. *Ut ex multis discamus , quam familiaris Deo sit denarius , novenarius vero numerus mortali nostro generi : nec tantum animalium , verum etiam omnium terræ fructuum decimæ exiguntur* . Conferri etiam possunt quæ idem habet *Lib. de Nom. Mutat. p.* 1044. & 1704.

VII. Sed hæc de *Etymologia* vocum dicta sufficiunt. Nunc a vocibus ad ipsam rem pergemus , leges nempe de Judæorum *Decimis* accuratius consideraturi. Non ingratum autem lecturis fore confido , si quædam de *Decimarum Antiquitate* & quomodo eæ a Patriarchis, ante legem Sinaiticam , solutæ fuerint præfatus fuero : quod sequentis Exercitationis argumentum erit.

EXERCITATIO SECUNDA.

De Antiquitate Decimarum & quomodo Patriarchæ ante Legem Sinaiticam Decimas solverint.

ARGUMENTUM.

Decimæ *jam Patriarcharum ævo solutæ sunt . Primus fuit* Abraham *qui* Melchisedeco *dedit Decimas . Verba* , Et dedit ei Decimas *Genes.* XIV. 20. *ambiguum habent sensum quis Decimas dederit , sublatus tamen a Paulo , dicente* Abraham Melchisedeco *Decimas dedisse . Hebr.* VII. *De* Melchisedeco *qui scripserunt , laudantur Authores . Variæ de eo sententiæ ex* Epiphanii Panario *recensentur . Judæorum opinio , quod fuerit* Sem : *aliorum Doctorum sententiæ , probabiliter quidam statuunt* Melchisedecum *fuisse Regem Salemiticum* . Πρωτοτυπεία Melchisedeci *ex Mose & Paulo ; ex qua colligitur* Melchisedecum *ipsum fuisse* Christum. *De quibus rebus* Abraham *Decimas solverit : sententia* Calvini : *Dedit ex* spoliis *e bello deportatis ; quid* ἀκροθίνια. *Unde forte mos Gentilium , aliquam prædæ partem Diis suis consecrantium : afferuntur loca* 1. *Sam.* XV. 21. *Num.* XXX.

28. 29. 41. *Spoliorum quoque partem Israelitæ cedebant Regibus suis : quod tamen & quomodo Sacerdotibus prohibitum fuerit. Alter ex Patriarchis qui decimavit fuit* Jacobus. *An eas* Isaaco *ut primogenito & patrifamilias solverit. An ad jus primogenituræ quoque pertinuerit sacerdotium.* Semus *incertum est an fuerit primogenitus. Qua ratione & de quibus rebus* Jacobus *Decimas solverit. Quomodo decimaverit liberos suos.* Isaacum *decimasse Judæi colligunt ex Genes.* XXVI. 12. *quomodo ab iisdem primus decimasse dicatur. Historia & descriptio* Decimarum Patriarchalium *Judæorum, quæ rejicitur, ubi ex occasione adducitur origo quotidianarum precum. a Patriarchis accessita.*

I. Venerandam esse antiquitatem *Decimarum*, iis qui limina saltem Sacrarum Literarum salutarunt notissimum esse debet, quandoquidem eas, jam felici Patriarcharum *Abrahami* nempe & *Jacobi* ævo solutas fuisse, testantur : quamvis non desint, quibus earum solutionem, altius, inde nempe ab *Abelis* & *Caini* temporibus repetere placuit. Sed quum hujus neque vola neque vestigium in Sacra Scriptura reperiatur, hæc opinio auctoribus suis erit relinquenda. Tutius adeoque asseritur, *Abrahamum* victorem e bello Pentapolitano redeuntem, qui *Decimas* solverit, primum de quo certo constat, fuisse : Et hæc quoque fuit sententia R. Iehoschuæ fil. Korcha apud *R. Eliefer in Pirke* cap. XXVII. circ. fin. p. 27. 2. qui ita scribit: רבי יהושע בן קרחה אומר אברהם ההחיל ראשון לעשר בעולם לקח את כל מעשר כרום ועמירה וכל מעשר לוט בן אחיו ונתן לשם בן נח: *R. Jehoschua Ben Korcha dicit : Abraham primus incepit decimare in mundo ; accepit enim omnes Decimas Sodomitarum & Gomoritarum, & Decimas Lothi filii fratris sui, easque dedit Semo filio Noachi.*

II. Historia hujus solutionis *Decimarum* habetur Genes. XIV. 20. ubi, postquam *Melchisedek* Abrahamo benedixisset, legitur : ויתן לו מעשר מכל *Et dedit ei Decimas de omnibus*. Hic distinctius considerari merentur I. Persona cui, II. Res de quibus hæ *Decimæ* solutæ fuerint. De Persona *Decimas* accipiente, textus dicit : ויתן לו *& dedit ei*. Si hæc verba obiter tantum inspicimus, videri posset, tam *Melchisedecum* ab *Abrahamo*, quam *Abrahamum* ab *Melchisedeco* Decimas accepisse : saltem ita quosdam olim sensisse, atque hæc verba intellexisse, ac si *Melchisedecus* Abrahamo Decimas dedisset, auctor est *Vatablus* ad Genes. XIV. 20. Ambiguum quoque horum verborum sensum esse, nisi id clare Paulus decideret, ipse fatetur *Hieronymus in Epist. ad Evagrium* T. IV. citatus *Seldeno* in tractatu Anglico de *Decimis*, quem Latina veste indutum, suis in Pentateuchum Commentariis *Johannes Clericus*, Philosophiæ & Linguæ S. apud Remonstrantes Amstelodami Professor, inseruit: *Utrumque*, inquit *Hieronymus*, *intelligi potest & juxta Hebraicum, & juxta LXX. Interpp. quod & ipse acceperit Decimas spoliorum & Abrahæ dederit Decimas substantiæ ; quanquam Apostolus in Epistola sua ad Hebræos apertissime definiat, non Abraham suscepisse a Melchisedech Decimas divitiarum ejus, sed de spoliis hostium partem accepisse Pontificem.* Et omnino clara sunt Pauli verba Hebr. VII. 2. 4. dedisse Abrahamum, Melchisedecum vero accepisse manubiarum Decimas.

III. Animus mihi nunc non est, prolixum de *Melchisedeci* persona, quæ qualisque a variis habita fuerit commentarium congerere, neque etiam in falsarum, quarundam etiam fabulosarum sententiarum refutatione immorari, quandoquidem plaustra dissertationum a viris Doctis de *Melchisedeco* hucusque edita, unde hæc omnia peti possunt : Nam præter commentatores in *Genesin*, *Psalmos* & *Epistolam ad Hebræos*, in quibus Sacræ Scripturæ libris magni hujus Regis & Sacerdotis mentio fit, exstant quoque scripta Clarissimorum Virorum de *Melchisedeci* persona ex professo tractantia. Scripserunt de eo : *Cunæus*, in suis de Republica Hebræorum Libris : *Pauli*, Theologus Marburgensis : *Hottingerus*, avus noster desideratissimus, uterque in peculiaribus dissertationibus : *Molinæus*, in suo Vate : *Heideggerus* in Historia Patriarcharum : *Gaillardus*, in peculiari & prolixo satis tractatu, & alii bene multi ; apud quos, præter eam, quæ ipsis vera visa fuit sententia, cumulus quoque variarum sententiarum legi potest. Sed experti quoque sunt Viri illi Doctissimi, quam verum sit, quod de *Melchisedeco* Paulus ad Hebr. V. 11. jam pronuntiavit, nempe quod περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, *de eo multa nobis dicenda & quæ explicatu difficilia sunt* ; quæ & ratio sine dubio est, quod de eo inter Eruditos adhuc dum non conveniat, & tot sententiarum divortia, jam inde a primis Ecclesiæ incunabulis viguerint. *Epiphanius* jam aliquot in suo *Panario Lib.*

II.

11. *Hæresi.* LV. *ex edit. Petavii. Colon.* 1682. *p.* 468. quæ de *Melchisedecianis* inscribitur, recensuit: Ita meminit eorum, qui se *Melchisedecianos* appellari voluerunt, statuentium *Melchisedecum* fuisse μεγάλην τινὰ δύναμιν, *virtutem aliquam magnam*, eamque μειζότερον τοῦ Χριστοῦ φάσκουσι, *Christo ipso majorem dictitant:* refert dein *Melchisedecianos* quoque, *Melchisedeci* parentes, *Heraclam* quidem Patrem & *Astarath* vel *Asteriam* matrem, quamvis id expressis in scriptura verbis non exstet, statuisse vel effinxisse. Postmodum recenset sententiam *Hieracis*, qui *Melchisedecum* credidit εἶναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, διὰ τὸ ἀφωμοιωμένον, φησὶ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, *fuisse Spiritum Sanctum propterea, inquit, quod assimilatus dicatur Filio Dei*. Tertio loco *Epiphanius* nominat adque partes vocat *Samaritanos*, qui *Melchisedecum* νομίζουσι εἶναι τὸν Σήμ, *Semum esse arbitrantur*. Quarta sententia, quam *Judæorum* esse, *Epiphanius* dicit, defendit *Melchisedecum* δίκαιον μὲν εἶναι καὶ ἱερέα τοῦ ὑψίστου, ὡς ἔχει ἡ θεία γραφή. Διὰ δὲ τὸ υἱὸν εἶναι πόρνης, φασὶ, τὴν μητέρα αὐτοῦ μὴ γεγράφθαι, μὴ δὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ γινώσκεσθαι, *justum quidem fuisse & probum sacerdotemque Dei Altissimi, ut in sacris literis traditum, quod autem meretricis filius esset, ideo, dicunt, neque matris nomen esse scriptum, neque patris cognitum*. Sed miror unde hanc sententiam, tanquam a Judæis defensam, *Epiphanius* hauserit; constans ferme apud eos ea est, quam *Epiphanius Samaritanis* imputavit, *Melchisedecum* scilicet fuisse *Semum*. Et hanc antiquissimam Judæorum opinionem esse, ex utroque *Thargum*, *Jonathanis* & *Hierosolymitano* liquet, quorum ille *Melchisedecum* vocat שם בר נח *Semum Noachi filium*; hic autem שם רבה *Semum magnum*; *Raschius* eandem sententiam, in suis ad legem Commentariis, ex libro satis antiquo *Midrasch Agadah*, producit: consentit *R. Eliefer in Pirke* cap. VIII. pag. 8. 1. & cap. XXVIII. p. 27. 2. circa finem. Et *Abarbanel in Leg. fol.* XLVI. col. 2. dicit: והנה נקרא מלכי צדק כהן ומשרת לאל עליון על כל אלהים יתברך וכבר אמרו רבותינו זכרונם לברכה שהיה שם בן נח : *Et ecce vocatur Melchisedek sacerdos & minister Dei altissimi, qui super omnes Deos benedictus; & jam olim dixerant Doctores nostri b. m. eum fuisse Semum filium Noachi*. Semi quoque nomen Cabbalistæ in *Baal Turim* (ut videre est in *Bibliis Buxtorfianis*) excudunt per ראשי תיבות ex literis initialibus vocum מלך שלם, nempe ש ex שלם & ם ex מלך faciunt שם *Sem*. Verum non Judæi tantum sed & non pauci ex Christianis hujus sententiæ patronos se prodiderunt, quos recenset *Cl. Heidegg. Hist. Patriarch.* T. II. pag. 56. quibus addi potest *Cl. Lightfootus*, aliique ex Anglis. Sunt adhuc aliæ de *Melchisedeco* sententiæ; *Origenes* dicitur statuisse eum Angelum fuisse; *Athanasio* adscribitur, quod Melchisedecum fecerit filium *Meloki* nepotem *Salaad*, qui ex matre regina urbis *Salem* natus sit. *Arabes*, ut *Patricides* & *Elmacinus*, Melchisedecum Phalegi filium dixere. Sed piget tot variantes, falsas, ineptas recensere opiniones, restarent quidem adhuc aliæ, in quibus afferendis & exscribendis malumus supersedere, quam tædio esse; hanc enim provinciam viri supra a nobis laudati occuparunt. Vid. inprimis *Cl. Heidegg. l. c. p.* 42.

IV. Post has admodum improbabiles sententias, restant adhuc duæ, super quibus Viri Docti hoc præsertim sæculo acriter sunt digladiati. Una est eorum qui dicunt, fuisse *Melchisedecum* purum & merum hominem, Regulum urbis Salem, nomenque *Melchisedeci* esse regum Salemensium proprium, quemadmodum *Abimelech* Regum Philistæorum, *Pharao* Ægyptiorum, qui postmodum *Ptolomæi* vocati sunt, *Antiochus* Syrorum &c. *Salem* autem qualis fuerit urbs, inter ipsos non convenit; *Epiphanius* l. c. p. 469. Σαλὴμ δὲ ἡ πόλις ἐκαλεῖτο. Περὶ ἧς ἄλλος ἄλλως ἐξέδωκε καὶ ἄλλος ἄλλως. Οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν αὐτὴν νῦν Ἱερουσαλὴμ καλουμένην, ποτὲ δὲ Ἰεβοῦς λεγομένην. Ἄλλοι δὲ ἔφασαν, ἄλλην τινὰ Σαλὴμ εἶναι ἐν τῷ πεδίῳ Σικίμων, κατ᾽ ἀντικρὺ τῆς νυνὶ Νεαπόλεως καλουμένης. *Urbs autem vocabatur Salem, de qua aliter ab aliis traditum est. Ac nonnulli eam esse censent, quæ nunc Jerusalem olim Jebus vocabatur. Alii Salem alteram in agro Sicimitico esse putant, quæ Neapolim ex adverso respicit*. Posteriorum sententiæ subscripsisse fertur *Hieronymus*, qui urbem Salem *Melchisedeci* regiam, non Hierosolymam sed oppidum aliquod juxta Scythopolim fuisse contendit, quod usque hodie appellatur Salem, ibique Melchisedeci palatium ostendi. Communis tamen Doctorum sententia est, Salem eandem esse urbem, quæ postea Hierosolyma appellata fuerit; ipsi Hebræi passim ita sentiunt, quemadmodum & *Josephus de Bell. Jud. Lib.* VII. *cap.* 18. Atque ita Viri illi docti *Melchisedecum*, Regem Salemiticum vel Hierosolymitanum statuunt. Fuisse insuper eundem veri nominis Sacerdotem, qui donaria

& victimas offerendo, facerdotio functus fuerit, non fine ratione autumant. Honoratiffima itaque inter mortales *Melchifedecus* fuiffet perfona, qui Rex fimul & Sacerdos erat, quod duplex munus olim apud gentiles uni perfonæ collatum legitur; fic Trojani belli tempore regnabat. *Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique facerdos. Virg. Lib.* III. *Æneid.* ad quod diftichon *Servius: Sane majorum hæc erat confuetudo, ut Rex effet etiam facerdos vel Pontifex.* Hinc domus, in qua Pontifex habitabat regia dicebatur, docente eodem *Servio:* qui & fæpe notat, a *Virgilio* omnia jura facerdotalia tribui Æneæ. Conf. *Illuftr. Grotium ad Genef.* XIV. 18. *Cicero* quoque *Lib.* I. *de Divinat. Omnium*, inquit, *qui apud Veteres rerum potiebantur, iidem auguria tenebant: ut enim fapere fic divinare regale ducebant, ut teftis eft noftra civitas, in qua & Reges augures & poftea privati eodem facerdotio præditi, rempublicam religionum auctoritate rexerint.* Hæc igitur fententia cum non adeo infirmis nitatur argumentis, magni nominis invenit Patronos eam defendentes.

V. Altera ex probabilioribus eorum eft fententia, qui *Melchifedecum*, ipfum Salvatorem *Jefum Chriftum*, humana indutum forma, in qua patribus frequentiffime apparere folitus eft, fuiffe pertendunt: obfervarunt fcilicet viri quidam Docti, talia de *Melchifedeco* præfertim ab *Apoftolo Paulo*, qui in perfonæ hujus myfterio eruendo fatis prolixus fuit, prædicari, quæ in merum hominem cadere non poffint. Et certe fi verum fateri velimus, perfona illa, cui Abraham *Decimas* fpoliorum dedit, excellentiffima, & duplici munere regio nempe & facerdotali admodum illuftris erat, cujus tribus vicibus præter hunc locum, Pfalm. cx. & Hebr. VII. magna cum laude mentio injicitur. Vocatur מלכי צדק diciturque fuiffe כהן לאל עליון & מלך שלם id eft, interprete *Paulo* ad Hebr. VII. 1. 2. Βασιλεὺς δικαιοσύνης, καὶ βασιλεὺς τῆς εἰρήνης, καὶ ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου. *Rex juftitiæ & Rex pacis & facerdos Dei Altiffimi.* Erat itaque vir haud e multis, imo dicere licet, talis cui vix quifquam alius æqualis dici poterit. Hic autem *Melchifedek*, Abrahamo e clade redeunti obviam ibat, produxitque panem & vinum, ad Abrahamum acri certamine laffum & defatigatum, reficiendum, cui etiam fingulari modo benedixit. Ex hifce facile Abraham colligere poterat, eum, cum quo fibi res effet, fe utique majorem effe; dedit igitur ei *Decimas*: Nam fine controverfia ei qui minor eft, ab eo qui major eft benedicitur, atque hic quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt, illic autem is μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, *de quo teftimonium perhibitum eft quod vivat.* Hebr. VII. 7. 8. Et v. 4. Paulus fummam *Melchifedeci* excellentiam, præ Abrahamo indicaturus, admirabundus inquit: Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ Πατριάρχης, *Spectate vero quantus hic fuerit, cui Abrahamus etiam ille Patriarcha fpoliorum Decimas dedit.* Et profecto cui magis hæc *Decimarum* acceptio competebat, quam illi qui eft כהן לאל עליון *facerdos Dei Altiffimi?* quo refpectu etiam Abrahamum *Melchifedeco* Decimas dediffe, putat *Rafchi* Comment. ad Genef. XIV. 20. ויתן לו אברהם מעשר מכל אשר לו לפי שהיה כהן *Et dedit ei* (Melchifedeco) *Abraham Decimas de omnibus fuis, quia erat facerdos:* quamvis ille juxta communem Judæorum & quorundam etiam, ut fupra indicavimus, Chriftianorum opinionem *Semum* Melchifedeci nomine, fed falfo intelligat. Quis, inquam, majori jure has *Decimas* exigere poterat, quam is qui מלך צדק & מלך שלם *juftitiæ & pacis Rex eft?* Et quid æquius erat, quam ut Abrahamus, magno illi *Melchifedeco* Regi & Sacerdoti, cibo & potu ipfum refocillanti, illique benedicenti, aliquam fpoliorum partem in gratitudinis τεκμήριον exhiberet? Sic quoque *Philo Libr. de Cong. Quær. Erud. Grat. p.* 437. Abrahamum τὰς δεκάτας χαριστήρια τῆς νίκης ἀνατεθεικέναι, *Decimas iftas in gratitudinem victoriæ repofuiffe dicit.* Vel cui quæfo alii Abraham Decimas confecrare potuiffet, quam *Melchifedeco?* Bene *Aben-Efra* ad h. l. dicit, neminem, quam *Melchifedecum*, qui Decimas acciperet, tum temporis fuiffe dignum: Liceat nobis ejus verba aliorfum licet tendentia, noftra facere: ואברהם הוציא מעשר לכבוד השם שאין אדם ראוי לתתו לו כמלכי צדק *Et Abraham produxit Decimas ad honorandum numen, quandoquidem nullum inveniebat hominem cui daret Decimas, quam, qui folus dignus erat, Melchifedeco.*

VI. Sic ergo *Melchifedecus*, omnium qui tunc vixerunt mortalium, fi & ipfe mortalis dicendus fit, illuftriffimus fuit. Vix tamen hactenus a nobis impetrare potuimus, ut crederemus, eum quem hic fpoliorum fuorum Decimis Abrahamus honoravit, merum & non magis fuiffe quam hominem. Vel, an is qui neque Patrem neque matrem habet & con-

consequenter ἀγενεαλόγητος est, homo vocandus? An is, qui neque initium dierum nec finem vitæ habet mortalis dicendus? An is qui sacerdos manet εἰς τὸ διηνεκὲς & de quo testimonium perhibitum est ὅτι ζῇ, homo appellandus? Profecto diviniora hæc sunt, quam ut de mero homine prædicari possint. Quapropter non sine ratione putamus, hunc Melchisedecum adeo graphice ab Apostolo descriptum, eundem fuisse qui ab Esai. IX. 5. שר שלום *princeps pacis*, & Malach. IV. 2. שמש צדקה *sol justitiæ* vocatur; Jesum, inquam, ἀρχηγὸν salutis nostræ, qui Abrahamo ex hoc prælio reduci, in futuræ suæ incarnationis præludium, humana indutus forma apparuit, illi prælianti adstitit, eumque adjuvit, qui quoque reportatæ ab hostibus victoriæ, & inde secutæ pacis Author erat, qui adeo eximie Abrahamo benedixit: huic, inquam, spoliorum consecravit *Decimam*, quem βασιλέα τε τῆς εἰρήνης, Σαλήμ, τοῦτο γὰρ ἑρμηνεύεται, ἱερέα ἑαυτοῦ πεποίηκεν ὁ Θεός, οὐδὲν ἔργον αὐτοῦ προδιατυπώσας, ἀλλὰ τοιοῦτον ἐργασάμενος βασιλέα καὶ εἰρηναῖον καὶ ἱερωσύνης ἄξιον τῆς ἑαυτοῦ πρῶτον, *Regem Pacis, hoc est, Salem, sic enim interpretatur, sacerdotem sibi constituit Deus, non expresso aliquo merito, sed quia talem ipse fecerat Regem, & pacificum, primumque sacerdotio suo dignum*; ut *Philonis* verbis *Lib.* II. *Leg. Allegor. p.* 75. utar. Sed hæc sententia, quæ *Melchisedecum*, ipsum Christum esse statuit, non heri aut nudiustertius orta, sed jam *Epiphanii* tempore ventilata fuit, cujus patronos vocat *Catholicos*: Ita ille *Hæres.* LV. *de Melchisedecianis* dicit, quod νομίζουσι φύσει τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν ἰδέᾳ ἀνθρώπου τότε τῷ Ἀβραὰμ πεφηνέναι, *putent* (Melchisedecum) *fuisse filium Dei, qui se Abrahamo humana specie videndum præbuerit*. Quos, quamvis ipse *Epiphanius* aberrare putat, hoc non sine aliquo fundamento statuminasse arbitror, licet eorum argumenta *Epiphanius* non in medium producat. Neque etiam nobis, præter jam allatas plures proferre rationes, neque contra sententientium argumenta refutare, necessarium & instituti nostri esse putamus; prolixius hæc controversia tractatur a Viris Theologis nobiscum sentientibus, quales post eruditissimum ICtum *Cunæum*, sunt V. C. *Petrus Molinæus*, *Altingius* & *Gaillardus*; qui non frustra consulentur.

VII. Postquam hactenus satis, vereor ne quid nimis, de persona, quæ *Decimas* ab Abrahamo accepit, disseruimus; sequitur nunc, ut videamus Res, de quibus eas Abrahamus solverit. Generaliter eæ in Textu exprimuntur ויתן לו מעשר מכל: *Et dedit ei Decimas de omnibus*: ad quæ verba hunc in modum commentatur *Calvinus*: *Incertum tamen est spoliorumne Decimas, an donorum quæ domi possidebat, obtulerit. Sed quia verisimile non est liberalem fuisse de alieno & prædæ decimam partem largitum esse: potius conjicio desumtas fuisse decimas ex propriis ejus facultatibus. Quanquam non admitto, quotannis fuisse solutas, ut quibusdam placet: potius meo judicio, semel illi dicavit hoc munus, ut summum Dei sacerdotem agnosceret: nec potuit de manu, ut ajunt, in manus tradere sed solennis fuit nuncupatio, cujus paulo post secutus est effectus*. Hactenus ille. Sed miror quomodo hæc tanto Viro excidere potuerint, potueritque asserere, Abrahamum *Decimas* non ex spoliis, sed propriis solvisse facultatibus, cum id adeo diserte *Paulus* ad Hebr. VII. 4. dicat, Patriarcham hunc decimasse, ἐκ τῶν ἀκροθινίων. Videtur quidem vox ἀκροθίνια esse generalis & notare etiam qualescunque frugum *primitias*. *Erasmus* eam dictam putat a tangendis summis, vel ab ἄκρον *summum* & θὶν *acervi* frumentorum & hordei, quasi τὰ ἄκρα τοῦ θινός *summitates acervi*, quod primitiæ ex acervi summitate, sumebantur; hinc etiam *Interpretes Alexandrini* Hebræum תרומה per ἀκροθίνια transtulerunt. Verum in specie ἀκροθίνια significare *primitias manubiarum*, multis productis exemplis ostendit *Stephanus*. Ita apud *Xenophontem Cyropæd. Lib.* VII. Πρῶτον μὲν τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δοριαλώτου τῆς πόλεως οὔσης, ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς καὶ τεμένη ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. *Primum vocatis magis, quia bello capta urbs esset, jussit, ut Diis spoliorum primitiæ & delubra seligerentur*. Et eo sensu hæc vox ab Apostolo quoque sumitur, nempe de decima prædæ a Regibus deportatæ parte, quam *Melchisedeco* Abrahamus dicavit. Hinc eam *Josephus Antiq. Lib.* I. *cap.* X. vocat δεκάτην τῆς λείας. Et *Chrysostomus*, *Seldeno* l. d. citatus, *Homil.* XII. *in Epistol. ad Hebr.* eodem modo intellexit: ἀκροθίνια, inquit, τὰ λάφυρα λέγεται; i. e. ἀκροθίνια *spolia vocantur*. *Sulpitius* quoque *Severus Hist. Sacr. Lib.* I. *Decimam prædæ fuisse*, ait: quod & *Hieronymo* probatur, qui eas decimas spoliorum, prædæ & victoriæ appellat: plura ex patribus collegit *Seldenus in curis secundis*, Tractatus sui de *Decimis*.

VIII. Procul dubio ad imitationem *Abrahami*, ex spoliis sacerdoti Dei Altissi-

tissimi decimantis, etiam gentiles ex spoliis bello captis, Diis suis partem aliquam consecrare sueverunt. *Apollini* id factum fuisse testatur *Florus Lib.* 1. *cap.* XII. *pag.* 53. edit. Freinshem. *Ea denique*, inquit, *visa est prædæ magnitudo, cujus Decimæ Apollini Pythio mitterentur: universusque populus Romanus ad direptionem urbis vocaretur.* Et hunc morem omnium Gentium de præda Decimam Deo dare vetustissimum fuisse, dicit *Illustris Grotius ad Hebr.* VII. 2. 4. Conf. eumdem de *J. B. & P. Lib.* III. *c.* VIII. & *Dougtæi Analecta ad Genes.* XIV. 20. p. 16. *Saubertum de Sacrificiis.* Cap. XXIV. p. 560. edit. Cren. Vestigium quoque hujus consecrationis ex spoliis videri potest 1. Sam. XV. 21. Ubi Saul in delicti sui excusationem, Samueli iram Dei propter inobedientiam annuntianti, inter alia respondit. *Accepit ergo populus de præda illorum greges & armenta, præstantissimum illius anathematis* לזבח יהוה אלהיך בגלגל *ad sacrificandum Domino Deo tuo in Gilgale.* Ergo & tum Israelitæ de optimo prædæ, ab Amalecitis deportatæ partem aliquam sacram facere voluerunt. Similiter quoque jam antea pars prædæ a Midianitis reportatæ, Deo consecrata, quæ dein sacerdotibus oblata fuit. Num. XXXI. 28. 29. 41.

IX. Equidem apud Judæos consuetum fuisse, ut aliqua spoliorum pars Regi cederetur, patet ex *Misna Sanhedr. cap.* II. §. 4. ומוציא למלחמה הרשות על פי ב״ד של שבעים ואחד ופורץ לעשות לו דרך ואין ממחין בידו דרך המלך אין לה שיעור וכל העם בוזזין ונותנין לפניו והוא נוטל חלק בראש: *In bellum arbitrarium educit ex sententia consilii magni septuaginta & unius virorum; diruit nemine intercedente, faciendi itineris causa: via regia æstimationem non habet: Totus populus spolia hostibus detracta ipsi* (*Regi*) *offert, unde ille partem capiat primus.* Quanta autem hæc pars fuerit docent *Maimon. & R. Obad. de Bartenora ad h. l.* נוטל מחצה מכל הבזה *sumit dimidiam omnium spoliorum partem:* sed distinctius definitur in *Gemara:* אוצרות מלכים למלך ושאר ביזה שבוזזין מחצה למלך ומחצה לעם: *Thesauri regii ad regem pertinent: reliquorum autem spoliorum dimidia pars iterum Regi, altera autem dimidia pars populi est.* Sed Sacerdotibus ac Levitis partem de præda accipere vetitum fuisse tradit *Maimon. in Hilc. Jobel.* c. IV. 10. hisce verbis: כל שבט לוי מוזהרין שלא ינחלו בארץ כנען וכן הן מוזהרין שלא יטלו חלק בביזה בשעה שכובשין את העירים שנאמר לא יהיה לכהנים הלוים כל שבט לוי חלק ונחלה עם ישראל חלק בבזה ונחלה בארץ וכן הוא אומר בארצם לא תנחל וחלק לא תהיה לך בתוכם בבזה וכן לוי או כהן שנטל חלק בבזה לוקה ואם נטל נחלה בארץ מעבירין אותה ממנו: *Tota tribus Levi monita est, ne hæreditatem capiat in terra Canaan: monita item est ne accipiat prædæ partem, dum subigunt urbes, Q. D. E.* (Deut. XVIII. 1.) Ne esto sacerdotibus Leviticis, toti tribui Leviticæ, pars & possessio cum Israele; *pars nempe in præda, & hæreditas in terra. Et sic quoque* (Num. XVIII. 20.) *dictum est:* In terra illorum ne habeto hæreditatem & pars ne esto tibi inter eos, *scil. de præda. Igitur Levita & Sacerdos, si prædæ partem accipiat, vapulat: si hæreditatem in terra, hanc illi adimunt.* Sed diversarum regionum diversa est ratio; quod ipse *Maimon. halach. sq. & Cl. Bekius* τοῦ ἐν ἁγίοις, in doctis ad eum Annotationibus fusius explicant, qui videri possunt.

X. Patriarcharum alter, qui bona sua decimasse legitur, *Jacobus* est, qui ידר נדר *votum nuncupavit*, quod si Deus ipsum in via sospitem & incolumem servaturus sit, de omnibus quæ Deus ipsi daturus, *decimam* soluturum: וכל אשר תתן לי עשר אעשרנו לך: Genes. XXVIII. 22. Dubio procul *Jacobus*, pio avi *Abrahami* vel etiam patris Isaaci facto motus, in debitæ gratitudinis signum, omnium quæ a Deo accepturus erat, *decimam* consecrare partem vovit. Heic iterum I. Personam, cui, II. Res, de quibus, hæc *Decima* soluta fuerit, singulatim perpendemus. Quod ad Personam attinet, sunt inter Eruditos, sacerdotium ante Mosaicam legem inter משפט הבכרה *Jura primogenitura* referentes, qui *Jacobum* votum suum de Decimis, Isaaco, familiæ tum temporis principi, primogenito ac proinde sacerdoti, solvisse putant: hinc etiam illi qui Melchisedecum Semum fuisse asserunt, Abrahamum ideo solvisse illi Decimas, quia Noachi erat, primogenitus, putant. Sed hæc omnia frustra dici, mihi videntur. Nam quod jure aliquo olim primogeniti, ceterorum fratrum vel totius familiæ nomine sacrificarint, quales postea ex tribu Levi, qui pro populo sacra fecerunt, electi erant, id non satis firmo stat talo; cum contrarium potius ex *Caini* & *Abelis*, cujus oblatio, licet natu minor fuerit, præ illa *Caini* multo Deo gratior erat, exemplis patet. Erant scilicet tum tempora adeo libera, ut nullus cultus, nulla sacrificia, vel ad certum locum vel

tem-

tempus, vel personam certam adstricta fuerint: quod si igitur primogeniti non fuerunt sacerdotes, quo jure decimæ ipsis solutæ dici possunt? si insuper, a temporibus posterioribus argumentari licet (& quare non liceret, cum ab iisdem dicantur, sacerdotes in primogenitorum locum successisse?) inveniemus *Decimas* ideo Levitis & Sacerdotibus a Deo concessas fuisse, quia nullam terræ habebant partem. An autem id de primogenitis Patriarcharum dici potest, eos non fuisse æque ac reliquos fratres paternorum bonorum hæredes? *Abel* de primogenitis sui gregis Genes. IV. 4. sacrificasse dicitur. An itaque decimis, quibus sustentarentur, opus habuerunt? sed ideo Decimæ a Deo institutæ fuerant, ut sacris ministrantes inde victum haberent. Solidum adeoque non est, quod quosdam arbitrari diximus, *Jacobum* decimas suas *Isaaco* ut primogenito adeoque sacerdoti, solvisse: accedit hisce, si sacerdotium tale penes primogenitos stetit, ipsum *Jacobum*, cui frater Esavus primogenituram vendidit, sacerdotem fuisse, & ita illum decimas pro se ipso solvisse, cum tamen expresse dicat se eas Deo suo soluturum: Quod ad alterum exemplum *Abrahami*, qui *Melchisedeso* vel *Semo* Decimas consecrarit, attinet, id infirmum nimis est: nam posito, quod tamen nullatenus concedimus, *Melchisedecum* fuisse *Semum*, nondum idcirco probatum est eundem fuisse Noachi primogenitum, cum certius videatur *Japhetum*, qui Genes. X. 21. הגדול *natu*, ut verti solet, *major* Semo dicitur, primogenitum fuisse; alia argumenta habent *Cl. Heidegg. Hist. Patriarch.* T. I. *Exercit.* XX. §. IV. *Cl. Meyerus in annotat. ad Seder Olam* p. 237. Ergo *Jacobus* nulli homini, nulli primogenito vel Sacerdoti *Decimas* soluit, verum ut ex textus connexione patet, eas soli Deo consecravit, ei nempe, qui ipsi bona concesserit, in gratiarum actionem, partem aliquam consecraturum, pie vovet: quod, quomodo a *Jacobo* factum putamus, statim dicemus.

XI. Quod ad Res, quæ Jacobus Deo se decimaturum vovit, eæ sunt מכל אשר תתן לי *de omnibus quæ dederis ipsi* Dominus. *Clericus* in notis ad *Seldenum de Decimis: Decimam*, inquit, *solvisse videtur Jacobus, mactando decimam partem sui pecoris in eo loco, nihil simplicius*. Verum hoc nimis simplex, vovit enim Jacob se decimas daturum מכל *de omnibus*, ergo non tantum de bestiis solvit; benedixit enim ei Deus adhuc insigniter terræ fructibus, de quibus dubio procul *Jacob* quoque decimam Deo partem consecravit. *Fl. Josephus* Ἀρχαιολογ. *Lib.* I. *cap.* XIX. Vocat δεκάτην πεπορισμένων *decimam eorum quorum sibi facta copia:* Verba ejus sunt: Εὐχὴν ποιεῖται θύσειν ἐπ' αὐτῶν ἂν κτησάμενος βίον ἀπαθὴς ἐπανίοι καὶ τῷ Θεῷ δεκάτην τῶν πεπορισμένων ποιήσεται. *Votum* (Jacobus *fecit, immolaturum se super eos* (lapides) *si superstes sine malo rediret, Deoque decimam partarum rerum daturum.* Verum harum *decimarum* solutio in eo potissimum constitisse videtur, quod *Jacobus*, decimam ex omnibus, quæ possidebat, Deo dicatam partem, tum in lautis & Eucharisticis institutis conviviis, more tum temporis solito, cum familia sua consumerit; tum etiam, quod tam ex frugibus terræ, quam animantibus sacrificia Deo obtulerit. Sed Judæi non tantum ad memoratas hasce species, sed etiam ad *liberorum* quoque *decimationem*, Jacobi votum extendunt. Qua autem ratione id factum fuerit, & quomodo *Levi* decimo loco ceciderit, præter alios Rabbinos nos docet *R. Becchai ad Genes.* XXVIII. & *Num.* XVII. וכן תמצא לוי בן יעקב שהיה עשירי בבנים שהרי כתיב וכל אשר תתן לי עשר אעשרנו לך אפילו מבניו נתן מעשר להקדוש ברוך הוא והעשירי הוא קודש וכן ויבדל אהרן להקדישו קדש קדשים ודרכו של רועה כשהוא מכניס צאנו לדיר ורוצה לעשרן שמוציאים אחד אחד ומי שנכנס אחרון יצא ראשון כך השבטים כשהתחיל למנות מבנימן שהוא אחרון יהיה לוי עשירי בבנים וכן תמצא בפרקי רבי אליעזר פרק שלשים ושבעה עשר לא עשר אלא לספרע התחיל מבנימן שבמעי אמו ועלה לוי קדש ליהוה ונומר: *Et sic invenies quod Levi filius Jacob, fuerit decimus in filiis suis; Q. S. E.* (Genes. XXVIII. 22.) Et omnia quæ dedisti mihi decimando decimabo Tibi. *Scilicet etiam ex filiis suis Deo decimam dedit: Decimæ autem sunt sacræ, Q. S. E.* (1. Chron. XXIII. 13. Et separatus est Aaron, ut sanctificaretur pro sancto sanctorum. *Hoc autem more pastoris factum est, colligentis oves suas in caulam, illas decimaturi; quasque deinde singulas emittit, & quæ postrema introiit, prima egreditur: Et sic tribus Israel, quas cum inciperet (Jacob) numerare, orsus est a Benjamin, qui natu erat ultimus, atque inter filios Jacobi decimus erat Levi. Idem quoque invenitur in Capitulis R. Eliezer cap. 37. Jacobum non aliter decimasse quam retrorsum, incipiendo a Benjamin cum adhuc esset in utero matris suæ, atque hoc modo ascendit Levi Deo sanctus*. Sed quum lex nullibi præcipiat decimare homines, idcir-

circo *Aben-Esra* ad Gen. XXVIII. 22. observat, hanc liberorum decimationem per דרך דרש *mystice* esse intelligendam; Verba ejus sunt: ולהוציא שם מעשר מכל אשר תתן לו ממון לתתו למי שהוא ראוי לקחתו לכבוד יהוה ולהיות לוי עשירי דרך דרש כי אין בתורה שיתן אדם מעשר בניו רק מעשר בקר וצאן ותבואה: *Ad offerendum illic Decimas ex omnibus quas dabis mihi divitiis, illi qui idoneus fuerit ad accipiendas in honorem Domini; Levi autem fore decimum est per mysticam quandam expositionem: non enim juxta legem homo liberos suos, sed nonnisi boves, oves & proventum decimare tenetur.* Et omnino nihil tutius asseritur, quam *Jacobum* in voto suo *decimas* ex animalibus & proventibus intellexisse, & eo, quo supra diximus modo, solvisse. Liceat id nobis verbis *Caietani*, citatis *Heidegg. Hist. Patr. T. II. p. 507.* illustrare: „Si quæras, inquit, cui sacerdoti dandæ erant istæ Decimæ, respondeo, nulli: sed in honorem Dei fuisse offerendas Deo juxta ritum tunc solitum: & quod erat consuetum comburebatur sacrificando, reliquum autem comedebatur, non tanquam cibus profanus, sed ut quid Deo oblatum: sicut mos erat offerentes ad sacrificandum, participes esse sacrificiorum & libaminum. Hucusque *Caietanus*.

XII. Produximus hucusque exempla, de quibus ex Sacris Literis certo constat, ante legem Mosaicam, *decimas* quoque fuisse solutas. Verum si Judæis credimus, præter Abrahamum & Jacobum, *Isaacus* puoque, ut patris sui fidei sic & operum hæres, decimasse dicendus est: colliguot id ex Genes. XXVI. 12. ויזרע יצחק בארץ ההיא וימצא בשנה ההוא מאה שערים ויברכהו יהוה: *Et seminavit Isaac in terra illa, & invenit illo anno centum mensuras, adeo benedixit ei Dominus.* Quia igitur hoc loco, centum mensurarum numerus sit expressus, ideo id factum fuisse dicunt, quia Isaacus decimas solverit: Ita *Raschi comment. ad h. l.* רבותינו אמרו אומר זה למעשרות היה: *Rabbini nostri dicunt, mensurasse* (Isaacum) *ut sint decimæ.* Vid. etiam *Abarbenel in Leg. fol.* LXIX. col. 2. Imo sunt, qui *Isaacum*, certo respectu primum fuisse, qui decimas solverit, autumant; *Maim. Hilc. Melachim cap.* IX §. 1. dicit יצחק הפריש מעשר *Isaacus* (primus) *separavit decimas.* Nempe *Isaacum* primum esse dicunt, qui velut ex lege seu instituto decimas dederit & quidem in terra Canaan, quia dicatur בארץ ההיא *in terra ista.* Abrahamum autem id sponte, Melchisedecum honorandi causa ex spoliis fecisse. Hunc in modum *R. Joseph Karo* Maimonidis mentem *in Cesepb Mischne* explicat, scilicet Abrahamum לא בתורה מעשר אלא לפי שכבדו מלכי צדק בהוצאת לחם ויין וברכו רצה לתת לו מעשר השלל אבל יצחק הוא הראשון שעישור סמנו לשם מעשר כפירש דרשת חכמים זכרונו לברכה ויזרע יצחק בארץ וגומר: *Dedisse decimas non ex lege, sed quoniam honoravit eum Melcisedek proferendo ei panem & vinum eique benedicendo, ideo voluit illi decimas prædæ dare; sed Isaac primus erat qui decimavit nomine decimarum, juxta expositionem sapientum f. m. ad locum:* Et seminavit Isaac in terra &c. Sed ex hoc loco nihil de *Isaaci* decimis colligi vel præsumi potest, cum tantum insignis Dei benedictio, per numerum hunc expressum indigitetur, quare etiam additur, *adeo benedixit ei Dominus*; quod prolixius etiam deducit *Abarbanel* l. c. quamvis negare nolimus, *Isaacum*, pio parentis exemplo edoctum, decimas quoque persolvisse; neque etiam improbabile nobis videtur, cum aliis doctis statuere, vovisse Jacobum pro se & posteris suis. Certius autem ex hactenus dictis asseri nihil potest, quam *decimas* Patriarcharum ævo solutas, & probabiliter *Aarahamo* coævas fuisse.

XIII. Superest adhuc, ut his quæ de Patriarcharum *Decimis* prolixius diximus coronidis loco, brevem earum ex mente Judæorum descriptionem, quales nempe illæ fuerint, & quomodo cum iis, quæ sequioribus temporibus, ab Israelitis terram Canaan ingressis solutæ fuerint, conveniant, addamus. Habetur illa in *R. Schimeonis Jalkut Thora fol.* XX. *col.* 2. ubi ita infit אבות הראשונים הפרישו תרומות ומעשרות אברהם הפריש תרומה גדולה הרימתי ידי אל יהוה ואין הרימה אלא תרומות כמאן דאמר והרימתם ממנו תרומת יהוה יצחק הפריש מעשר שני ויזרע יצחק בארץ ההיא וימצא מאה שערים והלא אין הברכה שורה לא על המדוד ולא על המשקל ולא המנוי למה מדדן בשביל לעשרן הלא הוא דכתיב ויברכהו יהוה יעקב הפריש מעשר ראשון הלא היא דכתיב וכל אשר תתן לי עשר אעשרנו לך: *Patriarchæ nostri separarunt Thrumas & Decimas: Abraham separavit Trumam magnam juxta id quod dicitur:* Elevo manum meam ad Dominum: *sed vox* הרימה *nihil aliud indigitat quam Thrumam*, Q. D. Elevate de his Thrumam Domino. *Isaac separavit decimas secundas, quandoquidem de illo dicitur:* Et seminavit Isaac in terra ista & invenit centum mensuras. *At benedi-*

ctio

ctio non est super eo , quod mensuratum vel ponderatum vel numeratum est : quare ergo mensuravit? propter Decimas ; & hoc id ipsum est quod dicitur : adeo benedixit illi Dominus. *Jacob separavit Decimas primas , juxta id quod scriptum est :* de omnibus quæ dabis mihi , reddam tibi decimas.

XIV. Hunc in modum historiam decimationis Abrahami , Isaaci & Jacobi Judæi referunt , cui in tantum fides adhibenda in quantum cum sacra pagina convenit , scilicet sanctos hosce viros , Abrahamum saltem & Jacobum *decimas* solvisse. An autem id eo , quo heic describitur , modo factum fuerit, non una causa est qua propter dubitamus : cum verosimile haud sit, tam specialem illos si quam habuerunt , ac postea per manum Mosis a Deo Israelitis lata est, de *Decimis* solvendis habuisse legem. Credibile insuper non est, jam tum temporis distinctionem inter Thrumam magnam; primam & secundam Decimam obtinuisse , quandoquidem tum Sacerdotes & Levitæ (ad quos Thruma & Decima prima ex tenore Legis pertinebant) ordinarii , qui ex reditibus hisce alendi erant, non dum exstiterunt: sic necdum locus aliquis certus, cultui divino alisque rebus sacris obeundis erat destinatus, qualis postea fuit Hierosolyma, ubi decimæ secundæ comederentur . Sed solent ita Judæi ultimam rituum suorum antiquitatem jactare : liceat nobis unicum exemplum, de quotidianis ipsorum precibus; quarum originem ab Abrahamo, Isaaco & Jacobo arcessunt, annectere. Traditio habetur in *Gem. Babyl. Beracoth f.* XXVI. *col.* 2. אברהם תקן תפלת שחרית שנאמר וישכם אברהם אל המקום אשר עמד שם ואין עמידה אלא תפלה שנאמר ויעמד פנחס ויפלל יצחק תקן תפלת מנחה שנאמר ויוצא יצחק לשוח בשדה לפנות ערב ואין שיחה אלא תפלה שנאמר תפלה לעני כי יעטף ולפני יהוה ישפך שיחו יעקב תקן תפלת ערבית שנאמר ויפגע במקום וילן שם ואין פגיעה אלא תפלה ואתה אל תתפלל בעד העם הזה תשא בעדם רנה ותפלה ואל תפגע בי *Abraham constituit preces matutinas, quoniam* (Genes. XXIX. 27.) *dicitur*: Surgens autem Abraham mane de loco ubi steterat ibi : *sed statio nihil aliud est , quam precatio* ; Q. D. (Ps. CVI. 30.) Et stetit Pinchas & precatus est. *Isaac constituit preces pomeridianas* : Q. D. (Genes. XXIV. 63.) & egressus est Isaac ad meditandum in agro , accedente vespera . *Sed meditatio nihil est aliud quam precatio:* Q. D. (Ps. CII. 1. oratio pro paupere quum obruitur & ante Dominum affundit meditationem suam. *Jacob constituit preces vespertinas:* Q. D. (Genes. XXVII. 11.) & accessit ad locum quendam ubi pernoctavit : *at accessio nihil aliud est , quam precatio*, Q. D. (Jerem. VII. 16. Tu autem ne orato pro populo isto, neque efferto pro istis clamorem & orationem, neque intercedito apud eum.

EXERCITATIO TERTIA

DE DECIMIS MOSAICIS.

Ubi agitur

De rebus Decimandis speciatim de variis terræ fructuum speciebus quæ Legi Decimarum erant subjectæ.

ARGUMENTUM.

Transitus ad explicandas Decimas Mosaicas. *Primo agitur* de rebus decimandis , *quæ vel* fructus terræ *vel* bestiæ *erant. De* fructibus terræ *quinam decimandi , docetur ex Levit.* XXVII. 30. *quid* זרע הארץ & פרי העץ *quod includit omnis generis arbores & vites, quæ in oriente admodum magnæ erant: vox* עצים *late sumitur in Sacra Scriptura. Specialius* res decimandæ *explicantur ex Deut.* XVI. 22. 23. *Vocis* תבואה *significatus : Item quid denotet* דגן *frumentum ventilatum . An inde nomen idoli* Dagon . תירוש *unde & quomodo a* יין *differat . Vocis* יצהר *origo & usus. Producitur locus* II. *Chronic.* XXXI. 5. *ubi* דבש *quoque decimandum legitur : Varius ejus significatus; quandoque denotat* mel *& quidem* apum *Levit.* II. 11. *quare* mel *a sacrificiis abesse debuerit : plerumque tamen apud Judæos sumitur de* Dactylis *&* melle dactylorum, *quibus Palæstina quibusdam in locis, præsertim Hierichuntina regione abundabat. Terra* melle *&* lacte *fluens quanam Judæis dicatur :* Apum *quoque* mel *in Palæstina erat ; sed* mel *quod decimandum dicitur, ex Judæorum sententia* dactylorum *fuit. Misnicorum de rebus decimandis regulæ generales. Primo,* decimandum omne quod est comestibile, *exceptis tamen iis quæ famis tempore eduntur, qualia recensentur: ubi ex occasione investigatur in significationem vocabuli* כסכוס *vel* אסטים *& aliorum. Secundo,* decimandum omne quod custoditur ; *idcirco exigitur omne, quod* ju-

juris communis est, proin anno septimo nulla decimæ *solvendæ erant : ex hoc canone alia quoque a* decimis *libera erant. Tertio de Decimis tenetur*, omne quod incrementum habet ex terra, *ubi iterum quædam excluduntur. Exponitur alter canon Mischnicus, statuens :* Res statim ac commestibiles factæ, parvæ fuerint sive magnæ decimandas esse ; *quod illustratur exemplis.* Amygdala amara *&* dulcia *quomodo & quando decimata. Narrantur res, quæ dixerat. Sunt plures aliæ res, quæ Christus adeo accurate Pharisæos Math.* XXIII. 23. *decimasse dixerat. Sunt plures aliæ res, quas decimandas Judæi tradiderunt, quas omnes recensere nec opus nec utile esset.* Cl. Guisius *non parum in eo desudavit. Locus Math.* XXIII. 23. *inter philologos controversus: ex eo nonnulli statuerunt, olera dicto loco recensita, non ex legis divinæ tenore, sed superstitiosis sapientum statutis a Judæis fuisse decimata, atque ea propter Christum Pharisæos increpasse, quorum argumenta recensentur: Id quod tamen ab aliis negatur, censentibus aliam longe fuisse mentem in Christi increpatione, quorum quoque rationes annectuntur.* Ἐπίκρισις *super has variantes sententias. Quid a decimis* liberum *sit.*

I. EXpositis, quantum necesse duximus, Patriarcharum *Decimis*, nunc ad *Decimas Mosaicas* pergimus, eas nempe, de quibus ipse Deus Israelitis per Mosen expressam dedit legem, quæque imposterum Dissertationis nostræ utramque paginam facient : Ut autem primo de ipsis *rebus*, quæ legi de *Decimis* subjectæ erant, agamus, neccessarium & convennientissimum arbitramur. Quoad itaque hasce *res*, duplex de iis in sacris habetur lex, una quæ varias *fruges terræ*, & altera quæ *bestias*, oves nempe, & boves decimare jubet. De *frugibus* autem terræ prius, (de *animantibus* vero infra agetur) & quidem ita differemus, ut primo eas, quarum in Sacra Scriptura fit mentio, dein eas quæ ex Mischinicorum statutis decimandæ erant, exposituri ; tandemque tertio, num hisce aliquid ab illis, præter legis tenorem, additum sit, inquisituri simus.

II. Inter leges, quæ *Res decimandas* præcipiunt, tum *generalis*, tum *specialis* extat. *Generalis* est Levit. XXVII. 30. וכל מעשר הארץ מזרע הארץ מפרי העץ ליהוה הוא קורש ליהוה : *Et omnis decima terræ, quæ sit de semine terræ, & fructibus ligni Domini est & sancta Domino.* Res ergo decimandæ hoc præcepto, per *semen terræ* & *fructuum lignis* generalitet exprimuntur. Per זרע הארץ *semen terræ*, *Raschius* ad h. l. intelligit nonnisi דגן *frumentum*, qua de voce infra plura dicenda erunt: Verum non hoc tantum hac phrasi innui videtur, quandoquidem in genere de כל *omni* seminæ terræ dicitur ; intelligitur adeoqne omne, quod semine in terram projecto procrescit, at id non solum de proprie sic dicto frumento sed de pluribus aliis ftugibus dici potest.

III. Alterum generalius hic memoratum, sunt פרי העץ *fructus ligni. Thargum* habet מפרי אילנא *de fructibus arborum. Raschius* explicat de תירוש ויצהר *musto & oleo*, quæ arborum fructus sunt. Eodem ferme modo explicatur Nehem. x. 38. ubi dicitur, ut Israelitæ sacerdotibus afferant : פרי כל עץ תירוש ויצהר *omnem fructum ligni mustum & oleum:* fructus ligni quod generalius est, explicatur per mustum & oleum specialiter. Et certe post oleas, non sine ratione vitis quoque sub פרי העץ *arborum fructibus* intelligitur, quemadmodum id quoque a Veteribus factum fuisse testatur *Plinius lib.* XIV. c. I. *Vites*, inquit, *jure apud priscos inter arbores numerabantur ; Jovis simulacrum in urbe Populonio ex una conspicimus tot ævis incorruptum. Metaponti templum Junonis vitigineis stetit columnis.* Cœterum Palestinæ uvas, mirandæ fuisse magnitudinis, testis illa est, quam exploratores Israelitarum in castra, a duobus viris vecte portatam, intulerunt. Num. XIII. 23. sed quis tantæ uvæ, non magnam sibi vitem, unde dependebat imaginari potest ? Quamvis autem h. l. פרי עץ tantum ad *olearum* & *vitium* fructus restringatur vel explicetur ; non ita sumendum est, ac si tantummodo de his arborum fructibus, *decimæ* fuissent solutæ, frequentiores hi & celebriores erant, sub quibus alii multi intelligendi, quemadmodum in Jodæorum scriptis videre est, ubi plurium arborum fructus decimati leguntur. Etenim cum in genere de פרי העץ sermo sit, proculdubio omnes arbores fructiferæ intelligendæ sunt. Et insuper vox עץ & עצים ex usu Sacræ Scripturæ, latioris significationis est, cum etiam ad minores herbas lignescentes referatur. Sic I. Reg. v. 13. inter summam Regis *Solemonis* sapientiam refertur quod וידבר על העצים מן הארז אשר בלבנון ועד האזוב אשר יצא בקיר: *etiam locutus sit de lignis, a cedro, quæ est in Libano, usque byssopum quæ prodit ex pariete.* Quivis videt *cedrum* & *hysso-*

ſopam hic poni ut duo extrema, quorum alterum inter ligna maximum, alterum vero minimum eſt, utrumque autem ſub voce עצים intelligitur; quicquid autem nunc vocabulo אזוב *byſſopum*, ſive rorem marinum ſive aliquam aliam plantam intelligamus, de qua fuſe diſputat *Cl. Bochartus Hierozoic. p.* I. *Lib.* II. *cap.* L. nihilominus colligi poteſt eam inter עצים ligna, licet horum minimum referendam eſſe. *Flavius Antiq. Lib.* VIII. *cap.* II. Κατ' ἕκαστον γὰρ εἶδος δένδρου παραβολὴν εἶπεν ἀπὸ τῆς ὑσσώπου ἕως κέδρου. *Cuilibet ſpeciei plantarum* (Salomon) *ſuam adhibuit parabolam ab byſſopo uſque ad Cedrum*. Præterea עץ ad λινοκαλάμην quoque extenditur, ceu videre eſt Joſ. II. 6. *Rabab* juſſerat exploratores conſcendere in tectum ſuum & abſconderat eos ibi בפשתי העץ *in ſtipulis ligni lini diſpoſitis ſuper tectum*. *Alexandrini* vertunt λινοκάλαμα. *Joſeph. Antiq. Lib.* V. *c.* I. λίνου ἀγκαλίδας, *manipulos lini*, vocat.

IV. Alter locus, quo, quid decimandum fuerit, mandatur, extat Deuter. XVI. 22. præcipit ibi Deus, ut *decimando deciment* את כל תבואת *omnem proventum ſeminis*. Vocem תבואה *R. David Kimchi in Lexico ſuo*, quod ספר השרשים vocat, dicit eſſe generalem & omnibus fructibus eſui aptis competere; unde Levit. XIX. 25. ad arborum quoque fructus referri videtur: potiſſimum tamen tum in ſacris tum aliis Judæorum libris de variis *frumenti* ſpeciebus ſumitur. *Maimon. & R. Obad. de Bartenoras* eam ad quinque referunt ſpecies. Sic enim illi ad *Miſn. Peah.* c. I. §. 4. תבואה מחמשת המינים חטה ושעורה וכסמת שבולת שועל ושיפון: *per vocem* תבואה *quinque intelliguntur frumenti ſpecies: Triticum, hordeum, ſpelta, ſpica vulpis & avena*. Deſcendit hæc vox a Rad. בוא *venire*, (quemadmodum Latinorum *proventus* a *provenio*) ac ſi denotaret *fructus*, qui illo anno provenerunt, vel ex terra producti ſunt, vel etiam quia cum fructus ſunt maturi veniunt in domum: ut ita תבואה denotet *fructus maturos* vel *recentes*, & ſic opponitur illi vox עבור quæ *præteriti anni fructus* denotat. *R. David Kimchi ad Joſ.* V. 12. utramque ita explicat: נקרא עבור הדגן שהוא משנה הבאה נקרא תבואה: עבור *præteriti anni frumentum, ſed præſentis vel inſtantis anni* תבואה *vocatur*. Poſſet ita vox תבואה non incommode de frugibus decimationi idoneis ſumi, quandoquidem juxta canonem Judæorum de Decimis, de frugibus veteribus ſeu anni præteriti ſuper novas, decimas ſolvere non licuit; hinc *Raſchi* ad locum quem præ manibus habemus: אין מעשרין מן החדש על הישן *non decimandum a veteri ſuper novum*; quia enim *decimæ* ſingulis ſolvebantur annis, idcirco earum ſolutio de תבואה ſeu ejuſdem anni proventu fieri debebat. Dum autem hic præcipitur, omnis proventus זרעך *ſeminis tui*, decimetur, colligi forte poſſet, vocem תבואה non tantum frumentum, ſed omnem alium a ſemine provenientem fructum, ſignificare.

V. Specialius tamen aliquod de rebus decimandis præceptum Deut. XIV. 23. extat; jubetur enim ibi ut decimas de דגן תירוש ויצהר *frumento, muſto & oleo comedant coram Deo*; ſimiliter legitur Nehem. XIII. 5. 12. Frumenti nomine, ut generali, quinque illas ſpecies, quas antea ex *Maimonide* & *Bartenora* ſub voce תבואה comprehendi diximus, venire putat *Schindlerus in Lexico Pentaglot. p.* 366. Equidem ex huius vocis uſu videtur omnino formalem ejus ſignificatum eſſe, quod *frumentum* in genere, quo tum variæ ſpecies comprehenduntur, denotet, ut ſunt triticum, hordeum, avena &c. Quemadmodum autem, ut jam monuimus, vox illa תבואה non tantum frumentum, ſed etiam omnes ex ſemine procreſcentes fruges denotat, ita commode hic vocem דגן de frumento, & quod hoc nomine venit decimando, accipimus. Obſervari inſuper debet דגן *frumentum jam a ſpicis ſeparatum & ventilatum* ſignificare, quodque jam in horrea collectum eſt. Hunc in modum explicat *Maimon. Hilc. Beracoth.* III. §. I. וחמשה מינים האלו כשהן שבולים נקראין תבואה בכל מקום ואחר שדשין וזורין אותן נקראין דגן וכשטוחנין אותן ולשין את קמחן ואופין אותן נקראין פת: *Has quinque ſpecies, dum adhuc ſpicæ ſunt, ubique vocant* תבואה *poſtquam vero trituraverint & ventilaverint vocant* דגן *& poſtquam moluerint eas farinamque earum depſuerint* פת *vocant*. Vid. Num. XVIII. 21. Hoſ. IX. I. de tali etenim frumento, quod jam aliquo modo præparatum erat, primitiæ & decimæ erant ſolvendæ. Unde in *Gem. Babylon. Beracoth. fol.* XLVII. 2. quæritur: *Quando ſacerdoti primitiæ frumenti dandæ ſunt? Reſpondent* כאשר אירנן *quando frumentatum eſt, id eſt, ventilando in acervum frumenti projectum*. *Peſach.* fol. XXXV. 2. Vid. *Buxtorf. Lexic. Thalmud. p.* 502.

VI. Ab hac voce דגן derivandum nonnulli putant, nomen Aſdodæorum idoli *Dagon* Jud. XVI. 23. I. Sam. V. 2. &c.

quem primum aratri & frumenti inventorem fingunt, & idcirco *Jovem Aratrium* vocitant. Sic *Phylo Byblius* ex Veterum Phœnicum Theologia apud *Euseb. Præparat. Evang. Lib.* 1. *c.* x. *pag.* 36. 37. *edit. Colon.* 1688. de eo loquitur: Παραλαβὼν δὲ ὁ οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν Γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας δ' Ἦλον τὸν καὶ Κρόνον καὶ Βέτυλον καὶ Δαγὼν ὅς ἐστι Σίτων καὶ Ἄτλαντα. *At Cœlus ubi paternum in imperium successisset, Terram sororem matrimonio secum junxit, ex eaque liberos quatuor suscepit, Ilum qui Saturnus dictus est, Betylum, Dagonem, qui Sito, & Atlantem.* Et p. 37. ὁ δὲ Δαγὼν, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος, *Dagon autem, quod frumentum & aratrum invenisset, Jupiter Aratrius vocatus est*. Dagonem ergo σιτῶνα vocant ac si τοῦ σίτου vel דגן *frumenti* inventor fuisset. Quamvis alii, Judæi præsertim, licet non omnes, Dagonem a דג *piscis*, derivent, quoniam ejus formam ab anterioribus hominem & a posterioribus piscem retulisse tradunt. *R. Salomon Jarchi ad* 1. *Sam.* v. 2. צלם עשוי ברמות דג: *Imaginem* (Dagonis) *ad piscis similitudinem factam fuisse* dicit. Sed cum v. 4. dicantur שתי כפות ידיו *duæ palmæ manuum abscissæ Dagoni*; ideo posteriorem tantum idoli partem ad piscis formam effictam fuisse, tradit. *R. D. Kimchi ad l. c.* commentatur: כי דגון מטבורו ולמטה היה צורת דג וטטבורו למעלה היה צורת אדם כמו שאומר ושתי כפות ידיו כריתות: *Dagon ab umbilico & infra figuram piscis & ab umbilico & supra hominis figuram referebat; quemadmodum dicitur: & duæ palmæ manuum ejus abscissæ fuerunt*. Ejusdem sententiæ est *Illustris Scaliger in fragment. Chronolog. p.* 39. quæ addita sunt operi *de Emendat. Tempor. edit. Genev.* 1629. Ab his tamen dissentit *R. Levi Ben Gerson*, qui *Dagonis* idolo hominis figuram adscribit: ejus verba ad l. c. hæc sunt: והנה הביאו הפלשתים ארון האלהים בבית ע"ז שלהם שהיה בהם צלם על צורת בן אדם שהיו קורין אותו דגון: *Et ecce introduxerunt Philisthæi arcam Dei in delubrum eorum, in quo erat imago ad figuram hominis efficta, quam vocabant Dagon*. Verum cum circa hujus idoli figuram Judæi sibi adeo non constent, *Philonis Byblii* supra allatum testimonium, & ex antiquissimo *Phœnicum* historiæ scriptore *Sanchuniatone* desumtum, præferendum videtur: Saltem, si verum est quod *Dagon* idem sit qui *Siton*, commodius derivatur ab Hebræo דגן *frumentum*, quam דג *piscis*. Conf. *Bochart. Hierozoic. P.* 1. *Lib.* 1. *c.* VI. *p. m.* 44.

VII. Altera ex citato loco inter *res decimandas* recensita species est תירוש *mustum* seu vinum recens ex uvis expressum; dicitur a ירש *possedit, acquisivit*, quia mustum largiter sumtum hominem possidet ac sibi quasi acquirit. Non inepta est allusio, quæ de Etymologia hujus vocis legitur in *Gem. Joma fol.* LXXVI. 2. ואמאי קרי ליה תירוש שכל המתגרה בו תהיה רש? *quare vocatur* תירוש *quod omnis qui trahitur eo, erit pauper*. Nempe: זכה נעשה ראש לא זכה נעשה רש *si mereatur erit* ראש *caput; si non mereatur erit* רש *pauper*, quasi תירוש diceretur תהיה רש *eris pauper* si abutaris eo, vel תהיה ראש *eris caput*, si recte utaris. *Buxtorf. Lexic. Thalmud. pag.* 986. Ceterum quod ad significatum hujus vocis, denotat *vinum recens*, quod adhucdum non deferbuit & dulce est, a Latinis *mustum* vocatum: differt ita a יין sapore & puritate, vinum enim a fæcibus jam purgatum significat; Et sic passim in scriptura יין a תירוש distinguitur. Vult tamen *Cl. Goussetius in comment. Ling. Hebr. p.* 349. 350. יין nomen maxime proprium & rem in se designans, sed תירוש aliquod quasi epitheton esse, unde fiat quod יין multo frequentius usu veniat, utrumque proinde simpliciter vinum interpretandum putat, datque hujus sui asserti non unam rationem, quæ apud eum videri possunt. Verum mihi videtur in hac de *decimis* lege & frequenter alibi, non frustra adhibitam fuisse vocem תירוש eamque hic non idem significare quod יין neque ejus hic esse epitheton, sed voce illa tempus & speciem vini decimandi indigitari, nempe quum adhuc dulce, recens & sic (ut nos dicere solemus) *mustum* est: Aream enim vini quoad *Decimas* Mischnici statuunt שיקפה ex quo despumatum sit. *Misn. Maaseroth. c.* 1. §. 7. quod *R. Obad. de Bartenora* ita explicat: משיסיר החרצנים והזגים שמעלה היין בתוך בור של יין בשעת רתיחתו: *quando* (vinum) *abjecit nucleos & grana quæ super vinum, in lacum vini dum effervescit*. Sed dum succus ille uvarum in tali statu est תירוש *mustum* commode appellatur. Non tamen negamus *decimas* quoque de יין *vino*, hoc est, vino a fœcibus jam purgato & quod plene deferbuit, solutas fuisse: hic enim solum indicatur, incipere tum tempus, quo *vinum* decimationi idoneum & ab eo tempore nullum de eo usum, donec *decimæ* ejus separatæ, legitime capiendum esse.

VIII. Tertium tandem, quod deciman-

mandum dicitur, eſt יצהר *oleum*, a claritate ſic dictum, deſcendit enim a צהר *lumen*, *ſplendorem* etiam *feneſtram* notante: vid. Geneſ. VI. 16. Hinc צהרים *meridias*, Pſalm. LV. 18. & paſſim, quaſi duplex lux dicta, quæ tam de antemeridiana, quam de poſtmeridiana participat, illius enim finis hujus principium eſt. Verbum צהר in ſacris inuſitatum, occurrit tamen in Hiphil הצהיר quod *oleum exprimere* denotat, ut Job. XXIV. 11. בין שורתם יצהירו יקבים דרכו ויצמאו *Intra ordines ipſorum oleum exprimunt & torcularia calcantes ſitiunt*. De quo loco vid. *Cl. Schultens obſervat. in Jobum p.* 84. Eſt autem יצהר ſpecialius quid quam שמן, quod de quovis *unguento*, *adipe*, ac *oleo* ſumitur; cum יצהר ſpeciatim de *olivarum* oleo ſumatur; licet *Interpretes Alexandrini* utramque vocem per ἔλαιον vertere ſoliti fuerint. Ita Zach. IV. 14 Angelus duas illas oleas, Zachariæ a lychnuchi dextra & ſiniſtra viſas v. 14. per שני בני היצהר explicat. Et tale *oleum* Iſraelitis quoque olim decimandum erat & quidem dum adhuc recens & vix ab olivis expreſſum eſſet, decimationis ſuæ tempus inchoabat, ejus enim area in Miſna Maaſeroth: cap. 1. §. 7. משירד לעוקה *ex quo defluxit in lacum*, definitur. Varii autem generis *oleum* in Iſraelitica terra erat celebratum, quorum unum alio erat præſtantius. Præſtantiſſimum Judæis habebatur quod erat ex olivis in urbe *Thekoa* expreſſum; hoc ſequebatur illud quod urbe *Ragab* creſcebat, & idcirco utrumque ad ſerta erat idoneum; uti traditur *Miſn. Menachot. c.* VIII. §. 3. illo tamen quod ex *Thekoah* erat potius utebantur. Sic in *Miſn. Peah. cap.* VII. §. 1. mentio fit olivarum שפכוני & בישני priorem vocem commentatores derivant שפך effudit, quia olivæ ſpecies ſit quæ abundantiſſime effundat oleum; poſteriorem vero deducunt a בוש *pudefieri*, quia, ut *Maimonides* vult, oliva ſit, quæ non multum olei proferat; ſed *Bartenora* dicit, quia omnes reliquas arbores præ abundantia olei, quod præ ceteris profert, pudefacit. Verum has voces non appellativas ſed proprias locorum eſſe, aliis probabilius viſum eſt. Saltem vocem בישני eſſe nomen urbis בירת שאן eliſo ת videtur colligi poſſe ex *Gemara Babyl. Megillah fol.* XXIV. *col.* 2. ubi dicitur היפני ובישני לא ישא את בפיו *Japhnenſis & Beſanenſis non elevabit manum*, ſc. ad dicendam benedictionem; *verba ſunt R. Aſe:* hoc autem explicatur in ſequentibus, ſcilicet בישני eſſe אין מורדין לפני התיבה בית שאן urbem: לא אנשי בית שאן ולא אנשי בית היפה: *Non licet prodire ante arcam neque incolis in Beth-ſchean, neque incolis, in Beth-Japhe:* Erat autem *Beth-ſchean* oppidum in Regione Decapolitana; ubi oleæ admodum frequentes fuiſſe dicuntur. Ita etiam Decapolitanæ oleæ (citante *Cl. Guiſio*) *Plinio* erant commendatæ, quas quidem perquam parvas, nec cappari majores carne oleo tamen præſtantes dicit. Ita mons, in quo ſacerdos vaccam ruſam comburebat, e regione templi poſitus, הר הזיתים & הר המשחה procul dubio ab *oleis* frequenter ibi exiſtentibus, nomen accepit: ut adeo terra illa benedicta quemadmodum pluribus aliis, ita quoque variis tractibus *oleis* & *oleo* abundabat. *R. David Kimchi ad* 2. *Reg.* XX. 13. meminit olei cujuſdam odoriferi, quod אפרסמון appellat, & non fuiſſe in toto mundo niſi in Jericho, unde etiam nomen ejus יריחו (*odor ejus*) ſit: Sed an etiam hoc oleum legi de decimis fuerit ſubjectum, hactenus nihil in Judæorum ſcriptis deprehendi. והם שלשה דברים שחייב אדם להוציא מהם מעשר: *Et hæc tria illa ſunt* (frumentum nempe, muſtum & oleum ex loco Deut. XIV. 23.) *ex quibus homo decimas educere tenebatur*, ut verba *Abarbenelis comment. in leg. fol.* CCCLX. mea faciam.

IX. Ex iis jam, quæ ex Moſe protulimus, ſatis patet, de quibus rebus Deus, ut Iſraelitæ Decimas perſolverent, voluerit: nempe, de omni ſemine terræ & omni quod eo in terram projecto procreſcit, omni fructu ligni vel arborum & ſpeciatim frumento muſto & oleo. Verum præter memoratas rerum decimandarum ſpecies, alia adhuc cujus apud Moſen nulla expreſſa mentio eſt, decimata II. Chron. XXXI. 5. legitur. Recenſetur enim ibi inter alia ab *Hiskia* rege inſtituta, lex quoque primitiarum & decimarum reſtituta: ubi non tantum frumenti muſti & olei ſed etiam דבש non uno eodemque modo explicari ſolet, alii exponunt per *mel*, vel *apum* vel *dactylorum*, alii ſimpliciter *dactylos*, alii denique late de omni *fructu dulci* ſumunt. Sic *R. Sal. Jarchi ad Levit.* II. 11. ad legem a ſacrificiis דבש prohibentem: כל מתיקת פרי קרויה דבש *omnis*, inquit, *dulcedo fructus vocatur* דבש. Aliter tamen *Aben-Eſra* ad eundem locum: רבים אומרו שפירוש דבש תמרים *plures hic intelligendum dicunt mel dactylorum*. Videtur tamen *Philo Judæus*, *mel* in hac lege vetitum probabilius *apum* intellexiſſe, ita

enim

enim ille, simul aliquam hujus interdicti rationem reddens, in libro περὶ θυόντων p. m. 851. disserit: προςτί τι κἀκεῖνο νομοθετεῖ κελεύων θυσίαν πᾶσαν δίχα ζύμης καὶ μέλιτος προσάγεσθαι, μηδέτερον ἀξιῶν διαφέρειν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. μέλι μὲν ἴσως ἐπειδήπερ ἡ συνάγουσα αὐτὸ μέλιττα, ζῶόν ἐστι ἀκάθαρτον ἐκ σήψεως καὶ φθορᾶς νεκρῶν, ὡς ὁ λόγος βοῶν γενόμενον κατὰ καὶ οἱ σφῆκες ἐκ ἱππείων σωμάτων. *Illud quoque legislator jubet, omnem oblationem sine fermento & melle fieri, neutrum, ut imponatur altari dignum existimans: Mel fortassis ideo, quia collectrix ejus apis animal est impurum, natum ex putredine & corruptione mortuorum boum, quemadmodum vespas ajunt ex equinis provenire &c.* vid. etiam *Maim. Tract. de rebus ab Altari Interdictis cap.* v. §. 1. *sqq.* Nolebat enim Deus, ut ipsi, gentium more ab Israelitis sacra fierent, quarum Dii succis dulcibus delectabantur. Ita *Ovid. Fastor. Lib.* III.

> *Liba Deo fiunt* succis *quia* dulcibus *idem*
> Gaudet; *& a Baccho* mella *reperta ferunt.*

Hinc etiam apud easdem inter νηφαλίας θυσίας sacrificia μελιττώδα erant, quæ præcipue Diis terrestribus, quia mel mortis symbolum fuit, exhibebantur; de quibus agit *Saubertus de Sacrificiis cap.* XXV. *p.* 584. *conf. etiam cap.* XXIV. *pag.* 554. Hunc tamen morem aliquando Israelitas imitatos fuisse colligi potest ex Ezech. XVI. 19. quem Deus ipsis hunc in modum exprobrat: *Cibum quoque meum*, inquit, *quem dederam tibi, similam & oleum* ודבש *& mel, quibus cibabam te, hoc proposuisti illis in odorem gratum & fuit dictum Domini Dei.*

X. Ceterum plerumque *dactylos* & *dactylorum mel* (videtur tamen in supra citata lege omne sive apum sive dactylorum mel ab altari interdictum fuisse) per דבש exprimere solent. *R. David Kimchi in libro Radicum*: ונקראו התמרים דבש *Dactyli quoque*, dicit, דבש *vocantur*. Quod autem *dactyli* & *mel* commune habeant nomen non sine ratione est: *R. Obad. de Barten. ad Misn. Biccurim c.* I. §. 10. dactylos in scriptura דבש vocari, *quia præcipuum in iis sit mel*, inquit. *Flavius* etiam *Josephus*, fertilissimam & εὐδαιμονεστάτην *fortunatissimam* Hiericbuntinam regionem, ab eximiis *dactylis* s. palmis, quorum sapor adinstar mellis sit, admodum commendat; ipsum *ex lib.* V. *cap.* IV. *de Bello Judaico p.* 891. *edit. Colon. ult.* audire juvabit: Ἐκτρέφει δὲ ἐν αὐτῷ παραδείσους καλλίστους τε πυκνοτάτους. τῶν δὲ φοινίκων ἐπαρδομένων γένη πολλὰ τῆς γεύσεως καὶ τῆς προσηγορίας διάφορα. τούτων οἱ πιότεροι πατούμενοι καὶ μέλι δαψιλὲς ἀνιᾶσιν οὐ πολλῷ τοῦ λοιποῦ χεῖρον. ὁ μελιτρόφος δὲ ἡ χώρα. *Optimos in ea paradisos* (ita præstantissimos hortos appellat) *ac densissimos educit, palmarumque irriguarum genera, tam sapore quam nominibus varia: quarum pinguissimæ calcibus pressæ plurimum mellis emittunt, non multum alio melle deterius, est autem hæc regio mellis altrix.* Conf. eundem *Antiqq. Jud. lib.* XVII. *c.* VII. *& lib.* XV. *cap.* V. Hinc Hiericho vocatur עיר התמרים *urbs palmarum* s. dactylorum. Hæc igitur illa regio est in qua

> *Flumina jam* lactis, *jam flumina* nectaris *ibant.*

XI. Equidem Deus toties Israelitis promisit, se eos in terram זבת חלב ודבש *melle & lacte fluentem* introducturum Exod. III. 8. Deut. VI. 3. & passim. Verum Judæi id non de terra tota, in duodecim distributa tribus, sed certa quadam ejus regione & parte intellectum volunt. In *Gemara Hierosol. Biccurim fol.* LXIV. 2. *Dicit R. Jona, terra fluens lacte & melle est terra cujus pars aliqua fluit lacte & melle:* atque terræ illius pars dicitur esse spatium sedecim milliarium circa Zipporim. Ita in *Gem. Babyl. Megillah fol.* VI. *col.* 1. אומר ר״ל זבת חלב ודבש וציפור והויא ששה עשרה מיל על ששה עשרה מיל: *terra melle & lacte fluens est apud Zippori sedecim milliarium undiquaque.* vid. *Cl. Ligtfoot. oper. T.* II. *p.* 404. Hinc *R. Jose Galilæus* primitiva e ceteriori Jordanis parte non putat adducenda: שאינה ארץ זבת חלב ודבש *quia non sit terra lacte & melle fluens. Misn. Biccurim cap.* I. §. 10. ad quæ verba *R. Obad. de Bartenora:* ספירות של עבר הירדן נמי מביאים בכורים אף על פי שאינה ארץ זבת חלב ודבש שביון שנתנה הקב״ה לישראל קרינא בה פרי הארמה אשר נתתי לי: *de fructibus regionis cis Jordanem omnino adducuntur primitiva, licet non fuerit terra lacte & melle fluens, quandoquidem eam Deus benedictus quoque dedit Israelitis & de qua æque legitur:* Fructus terræ, quam dedisti mihi. Similia *Maimonides* ad eundem locum commentatur. Satis insuper Sacræ Literæ *mellis* in Canaan existentis abundantiam passim indicant: sic 1. Sam. XIV. 25. sq. mentio est *Sylvæ mellis*, de quo *Jonathan* gustavit, *Simson* quoque in leonis cadavere *mel* invenit. Jud. XIV. 8. In ipso quoque deserto *Johannes* habebat μέλι ἄγριον *mel Sylvestre*, quo vescebatur. Math. III. 4.

Marc.

Marc. I. 6. Hinc in facris variæ funt allufiones, quibus *mel* dicitur *fluere*, *ftillare &c.* Sed de his omnibus qui mellis cupidus eft, ad fatietatem legere poteft *Cl. Bochart. Hierozoic. P.* II. *Lib.* IV. *c.* XII. *p.* 518. *fqq.*

XII. Sed ad fignificationem vocis דבש redeundum, & quid rei in rebus decimandis fignificet, inveftigandum nobis eft. Non enim dactylorum tantum *mel*, vel fuccus adinftar mellis, fed & alterum ab *apibus* elaboratum *mel*, in Canaan abundabat: certe id de quo *Jonathan*, certamine defatigatus, guftavit, quod *Simfon* in leonis cadavere invenit, & illud, quo *Johannes* in deferto vefcebatur, *apum mel* fuiffe, clarum nobis videtur; patet id quoque ex *Jofephi* loco fupra recenfito, qui præftantiam mellis dactylorum circa Hierichuntem commendaturus, illud non multum deterius alio melle fuiffe dicit. Sed de hoc apum melle, ex loco II. Chron. XXXI. 5. alte filent Judæi. *Kimchius* & *R. S. Jarchi* ad illum, de *dactylis* eorumque fucco explicant. Etenim apud *Arabes* quoque vox دبوس notare *dactylos* felectiores, quafi melleos, qui in butyrum inditi colliquefcant idque gratius reddant, referunt *Cl. Golius in Lexic. Arab. p.* 793. *& Cl. Bochartus l. c.* ex Camo vel *Al-camo* fcriptore Arabe; ipfa *Al-cami* verba apud *Bochartum* legi poffunt; Verum *Cl. Golius* l. c. vocem دبس effe Hebræorum דבש atque tum *dactylorum* tum *apum mel* fignificare, dicit. conf. *Hottingeri Jus Hebræorum. Leg.* CXXVI. Igitur fecundum mentem Judæorum ftatuendum erit, vocem דבש in materia de Decimis fumendam effe de תמרים *dactylis*, eorumque fucco propter dulcem faporem mel vocato in *Mifna Maaferoth. c.* I. §. 2. de *dactylis* decimandis ftatuitur; definiuntur ibi quorundam fructuum tempora quando nempe ad decimas folvendas teneantur: התמרים *dactyli* (tenentur) *quando emittunt* vel *fpargunt fermentum*; id eft, quando diftenduntur adinftar panis fermentati, cujufmodi funt dactyli tempore maturitatis, quemadmodum *Gloffatores* Mifchnæ verba exponunt. Sic *Maimon. in Hilc Maaf. c.* II. §. 5. התמרים משיפתחו *Dactylorum* (decimandorum tempus eft) *ex quo fe aperiunt adinftar fermenti*. In *Mifchna Thrumoth. c.* IX. §. 2. 3. mentio quoque eft דבש תמרים *mellis dactylorum*. Et certe fufficientem rationem non video, quare ab hac finificatione τῶ דבש circa præfentem materiam recedendum, cum ea cum Dei, hactenus explicata lege non contrarietur; fed potius ea conveniat; audivimus Deum, ut Ifraelitæ de כל פרי העץ & כל זרע הארץ *omni femine terræ omnique fructu ligni* deciment, præcepiffe; at fi τῶ דבש de *apum melle* intelligeremus, ad quam claffem illud referendum effet? fed ad neutram poteft: Verum fi dulcem illum dactylorum fuccum illo vocabulo, vel etiam ipfos dactylos intelligamus, optime ad פרי העץ feu *arborum fructus*, quos omnes, idcirco etiam *dactylos*, Deus decimari voluit, referri poteft & tunc res liquida evadet. Ex canonibus quoque Mifnicorum generalibus (quos ftatim explicabimus) de iis quæ decimanda erant, patet, per דבש *mel* ab apibus elaboratum intelligi non poffe, quandoquidem non fit res, quæ incrementum fuum habet ex terra, licet alias edatur & cuftodiatur.

XIII. Vidimus in antecedentibus *Res*, quæ juxta legis divinæ tenorem & Sacræ Scripturæ clara verba erant decimanda: in genere nempe fructus terræ, & fpeciatim vinum, frumentum, muftum, oleum & dactyli vel dactylorum mel. Verum fi Judaicorum Doctorum & Sapientum leges ac conftitutiones conferamus, plures alias, fed potiffimum, ex illorum faltem opinione, in generalioribus legis verbis implicitas, decimatas fuiffe frugum fpecies, experiemur. Atque ut id in pofterum inveftigemus, operæ pretium effe ducimus; quænam nempe ex *Doctorum Mifchnicorum* ftatutis res decimis fuerint fubjectæ: Dein inquirendum erit an circa hafce res, dicti Doctores aliquid contra Legislatoris mentem & intentionem, verborumque legis genuinum fenfum, ex fuperftitione vel aliis de caufis fuperaddiderint.

XIV. Judæorum autem mentem, ut rectius intelligamus, optimum erit *regulas* eorum *generales*, quas de rebus decimandis tradiderunt, confiderare. Habentur illæ in Tractatus מעשרות feu *de Decimis* infcripti, initio, hifce conceptæ verbis: כל שהוא אוכל ונשמר וגדלו מן הארץ חייב במעשרות ועוד כלל אחר אמרו כל שתחלתו וסופו אוכל אף על פי שהוא שמרו להוסיף אוכל חייב קטן וגדול וכל שאין תחלתו אוכל אבל סופו אוכל אינה חייב עד שיעשה אוכל: *Omne quod editur & cuftoditur quodque crefcit e terra obligatur de Decimis. Alia regula generalis: omne quod ab initio editur & in fine editur, quamvis cuftodiatur, ut efca incrementum capiat, obligatur* (de Decimis) *five parvum five magnum fit: & omne, quod non quidem ab initio, fed in fine*

fine editur: non obligatur, donec fiat edule: conf. *Misn. Peab.* 1. 4.

XV. Immoremus paululum canonum horum explicationi, commentatoribus & *glossatoribus* melioris notæ *Mischnicis*, in fubfidium vocatis. Juxta priorem canonem decimanda funt I. Omne quod editur f. comeftibile eft. II. Omne quod cuftoditur. III. Omne quod crefcit e terra. Primum eft כל שהוא אוכל omne quod comeftibile eft: *Glossatores* de rebus שאוכל קובע *quo ordinario comeduntur*, ut loquitur *Thosephoth. Jom Tobb ad h. l.* intelligi volunt, hoc eft, de omni qualicunque fructu, qui efui hominis idoneus eft, decima pars erat feparanda: Verum ea quæ famis tempore, ex penuria & neceffitate & fic non ordinario ab hominibus comeduntur a decimis libera pronuntiant; de quo *R. Obad. de Barten. ad h. l.* ita ad verba כל שהוא אוכל inquit: למעוטי סטים שקורין בערבי ניל וקוצה שקורין אלעצפור שאלו אינה אוכל אף על פי שהן נאכלים על ידי הדחק ואינם חייבים במעשרות *excepto* סטים *quod Arabice vocatur* ניל & קוצה *quod Arabice vocatur* אלעצפור, *quæ ordinario non comeduntur; quamvis angustiarum tempore comedantur, tamen de decimis non tenentur. In Misna Scheviith.* cap. VII. 1. סטים (quod ibi cum præfixo א legitur אסטים ut & apud *R. Nathan* in Lexico Aruch) & קוצה referuntur ad ספיחי feu *sponte* anno feptimo *nascentia*, & de colurantium & tingentium herbarum fpeciebus exponuntur. *R. Obad. de Bartenora ad l. c.* סטים ita explicat: אסטים היא שצובעין בו כמין תכלה וקורין לו בערבי ניל וקוצרין אותו והיא צומח וחוזר לספיח לכך קרהו התנא ספיח אסטים *color est, quo tingunt* תכלה vulgo *hyacinthinum, Arabice vocatur* ניל & *quando succiditur denuo accrescit & ideo accomparatur sponte nascentibus, idcirco Misna vocat* ספיח אסטים. *R. Nathan* in Lexico fuo: פי׳ אסטים אינדיקו ובלשון ערבי ניל ובלשון ארמי מוריק׳: *explicatur* אסטים *per Indico, in lingua Arabica per* ניל & *lingua Syriaca* מוריק׳ *Cl. Buxtorf. in Lexico Thalmud. p.* 161. putat effe Græcorum Ἴσατις, quod Latinis alias vocetur *Glastum*: Ἴσατις ἥμερος, ἧ οἱ βαφεῖς χρῶνται, ut refert ex *Dioscoride*; vid. ibid. quæ ex *Plinio* & *Cæsare* profert. Eundem in modum Arabicum نيل *Illustrissimus Herbelotius*, Vir in literatura orientali incomparabilis, in vaftiffimo fuo opere, *la Bibliotheque Orientale*, *p.* 672. *c.* 2. explicat, non pigebit ipfa ejus verba adfcribere: NIL *ce mot*, inquit, *signifie aussi en Arabe en Persien & en Turc, la plante que les Grecs & les Latins appellent Isatis & Glastum, dont le suc fait la couleur bleue, ou violette, que nous appellons vulgairement l' Indic ou l' Indigo & par corruption, Annil, au lieu de Al-Nil. Nous l' appellons aussi en France du nom de Pastel & les Italiens la nomment Guado. Cette plante croit en grande quantite aux environs de la Ville d' Agra, capitale des Etats du Mogol.* Hactenus *d' Herbelot*. Rectius itaque pro نيل fcribendum eft للنيل quemadmodum etiam facit *Cl. Golius in Lexic. Arab. p.* 2494. atque *Isatim* notare ex *Beitharide* probat. Idem etiam *p.* 2672. aliam vocem وسمة recenfet, quæ *folia glasti*, feu potius Annil, eorumve fpiffatum fuccum denotet; vulgo *Indicus* vel *Indigo* dictum: quo tingitur lana & inficitur cutis. Quod ad alteram vocem קוצה eam quoque commentatores de herba colorante explicant, quæ Arabice אלעצפור dicatur: *R. Nathan in Lexico*: צובעין בו בגד פשתן ובגד עמר נפנא לכלות בבית חופתן: *Ea tingunt vestes lineas & laneas sponsis in nuptiali thalamo ornandis.* Arabice عصفر *cnicum* herbam ejufque florem, qui tincturæ infervit Cl. Golio l. c. p. 1591. denotat. Vid. quæ de hac herba *Cl. Guisius ad Misch. Schevtit c.* VII. 1. commentatus eft. Hi igitur aliique ejufmodi fructus, qui nonnifi famis tempore edi folent excipiuntur a כל שאוכל *omni, quod comestibile est*, quodque de Decimis, dicto modo tenetur. Attamen quod ad *vicias* attinet, illæ, licet nonnifi famis tempore edantur, tamen decimandas fuiffe tradit *Maimon. Hilc. Thrum.* c. II. §. 2. הכרשנין אף על פי שאינם מאכל אדם הואיל ואוכלין אותו בשני רעבון חייבין בתרומות ובמעשרות: *Viciæ*, inquit, *licet non sint cibus hominis, quia vero famis tempore eduntur, tenentur de Thruma & Decimis.* Nempe non funt cibus ordinarius hominis, fed potius beftiarum, attamen cum aliquando homini cedant in cibum, ideo de iis quoque Thruma & Decimæ erant feparandæ. vid. *Misn. Thrum. c.* XI. §. 9. & *Bartenoræ commentarium ad Maaser. Scheni.* cap. II. §. 4. *Gemara Hierosol. Challa. fol.* XV. *fac.* 1. *edit. nuperæ Amstelod.*

XVI. Alterum ex hoc canone decimandum, eft כל נשמר *Omne quod custoditur*. Solent quandoque Judæi τῷ שמור opponere מופקר *quod commune est*; atque ita diftinguunt fructus in agris liberos & fructus in hortis cuftoditos vel domi repofitos, de qua diftinctione agitur *Gem. Hieros. Scheviit fol. m.* XX. *fac.*

fac. 1. Sic, quando hic dicitur כל נשמר *omne quod custoditur*, decimandum esse, יוצא הפקר *excipitur* a decimatione, quod *juris est communis*, quodque specialem, a quo custoditur, non habet possessorem שאין לו בעלים שישמרוהו ut loquuntur commentatores ad hunc locum: conf. etiam *Misn. Massech. Peah. c.* 1. §. 4. Et ex hoc canone quædam *olera*, licet comestibilia sint, a decimis libera pronuntiantur: hinc *Misch. Scheviith c.* IX. §. 1. legitur הפיגם והירבוזים השוטים והחלגלוגות כוסבר שבהרים וכרפס שבנהרות והגרגר של אפר פטורים מן המעשרות ונלקחין מכל אדם בשביעית שאין כיוצא בהם נשמר : quæ ita transtulit Cl. Gusius : *Ruta*, *blita*, *corrudæ*, *portulaca agrestis*, *coriandrum montanum*, *apium fluviatile*, *eruca pratensis*, *immunes sunt a decimatione & quoque licite emuntur anno septimo*, *quia istiusmodi olera*, *non solent*, (ut reliqua) *custodiri*. Quæ tamen verba non ita sumenda sunt, ac si numeratæ hæ, & his similes species anno tantum septimo (quo ipso, utpote cujus fructus sponte nati, juris quasi communis erant, nullæ in Israelitica saltem terra, solutæ erant decimæ) non fuissent decimatæ; sed illæ ex Regula hac generali, de iis, quæ custodiuntur decimandis, omni tempore erant liberæ, in quem modum Scholiastes *R. Obad. de Bartenora* citata verba Mischnica accipit: פטורים מן המעשר בכל השנים כדמפרש טעמא שאין כיוצא בהן נשמר שאינן נחשבין בעיני בעליהן ומפקירין אותו והפקר פטור מן המעשר דכתיב ובא הלוי כי אין לו חלק ונחלה עמך יטול מעשרותיו יצא הפקר לקט שכחה פאה שיש לו חלק עמך : hoc est; *Hæc*, (nempe in Mischna recensita olera) *libera sunt a Decimis singulis annis*, *quod ratio* (in Mischna) *addita docet*, *quia ut cætera* (olera) *non custodiuntur: dum autem a possessoribus suis non æstimantur : eo ipso illa juris fiunt publici*, *id liberum est a decimis : dicitur enim* (Deut. XII. 12.) Et veniat Levitæ cui nulla pars nec hæreditas est, *accipiet ideo decimas suas: a quibus excipitur quod commune est*, *quemadmodum spicilegium*, *manipulus in agro relictus per oblivionem*, *angulus*, *in quibus omnibus partem tecum habet*. Et sic quoque passim alibi ex canonis nostri fundamento, dona pauperum, a *Bartenora* jam recensita a decimationis lege libera pronuntiantur. *Gem. Hierosolym. Maaseroth. f.* 1. *fac.* 1. *Mischna Challa cap.* 1. §. 3. אלו חייבים בחלה ופטורים מן המעשרות הלקט והשכחה והפאה וההפקר ונטור : *Hæc sunt quæ tenentur de placenta separanda & libera*

sunt a Decimis : spicilegium, *manipulus oblitus angulus & quicquid commune est &c.* conf. *Peah.* 1. §. 6. & ibi *Maimonidem & c.* IV. §. 9. ubi dicitur dona hæc pauperum si pertineant ad נכרי *alienigenam* de decimis omnino teneri : אלא הפקיר *nisi si communis juris fecerit :* putat tamen *R. Mejer* alienigenam non posse obligationem de Decimis irritam facere, quandoquidem illi nulla sit possessio in terra Israelis, verum ejus sententia non approbatur, de quo prolixe disputatur in *Gem. Hieros. Peah. fol.* XII. *ac.* 2.

XVII. Tertia axiomatis hujus pars est, decimanda esse כל גדליו מן הארץ *Omnia quæ incrementum suum habent e terra*. Videntur hisce intelligere istas fruges seu herbas, quæ semine in terram projecto radices agunt & efflorescunt. *Maimonides* & qui eum ad verbum ferme sequitur *R. Obad. de Bartenora* hæc verba ex Deut. XIV. 22. hunc in sensum interpretantur : וגדליו מן הארץ למעוטי כמהין ופטריות וכל הני ילפינן מקרא דכתיב עשר תעשר את כל תבואת זרעך וכו' את כל תבואת דומיא דתבואה שהיא אוכל זרעך המיוחד לך פרט להפקר שאין לו בעלים מיוחדים זרעך דבר שזורעים אותו ומצמיח פרט לכמהין ופטריות שאינן נזרעות: *verbis*, omne quod incrementum habet e terra, *excluduntur fungi & id omne docemur ex scriptura*, *ubi* (Deut. XIV. 22. scribitur : Decimando decimabis omnem proventum seminis tui &c. omnem proventum, *id est*, *talem qui similis est comestibili proventui :* seminis tui, *id est*, *specialiter tui*, *atque ita excipitur quod commune est*, *& specialem non habet dominum; præterea* seminis tui, *indicat*, *quod seminent*, *ut efflorescat*, *& ideo excipiuntur fungi & boleti*, *qui non seminantur*, שאין להם שורש בארץ וגדוליהם מן האויר: *neque etiam radices in terra agunt*, *sed incrementum eorum est ab aere* : vid. *Peah.* cap. 1. §. 4. Omnes igitur terræ fructus quæ requisita hoc canone contenta habent illi decimandi sunt: Illa autem maxime conveniunt frumento, musto & oleo; quod hisce verbis Maim. Hilc. Thrumoth c. 11. §. 1. exprimit מה דגן ותירוש ויצהר מאכל בני אדם וגדולו מן הארץ ויש לו בעלים שנאמר דגנך אף כל כיוצא בהם חייב בתרומות וכן במעשרות: *Sed frumentum*, *mustum & oleum*, *quia cibus sunt hominis*, *incrementum suum e terra atque proprietarios habent*, *quia dicitur* דגנך frumentum tuum, *ideo illa & omnia qis similia*, *ut de Thruma sic etiam de decimis tenentur*.

XVIII. Posterior rerum decimanda-

X rum

rum canun talis eſt : כל שתחלתו אוכל וסופו אוכל אף על פי שהוא שומרו להוסיף אוכל חייב קטן וגדול וכל שאין תחלתו אוכל אבל בסופו אוכל אינה חייב עד שיעשה אוכל: *Quod in initio ſuo & in fine ſuo comeſtibile eſt quamvis cuſtodiatur ut eſca incrementum capiat obligatur de Decimis parvum ſit ſive magnum. Verum omne quod non in initio ſuo ſed in fine ſuo comeſtibile eſt de Decimis non tenetur donec fiat comeſtibile*. Ex priori canone didicimus, omne qnod eſui hominis idoneum ſit, fuiſſe decimandum; cum autem qnædam fruges, veluti inter olera ſunt, quæ ſtatim ac procreverunt comedi ſolent; aliæ vero, veluti arborum, quæ per incrementum eſui aptiores fiunt, ideo præſenti hoc canone earum decimatio ſpecialius definitur, quique priori nititur: cum enim *omne quod comeſtibile eſt*, de Decimis teneatur, neceſſe eſt eas res, quæ in principio ſuo, dum adhuc parvæ & in fine vel perſectione ſua comeduntur, omni tempore decimandas eſſe. Quæ hujns regule explicatio, quoque eſt *Maimonidis*: הם מיני ירקות לפי שהם ראויות לאכילה תכף צמיחתן ואחר גמר גדולן ואין מניחים אותו בארץ אלא כדי שיגדילו והו דרך רוב הירקות ולפיכך הם חייבות במעשר בשעת קטנם או גדולם לפי שהם ראויות לאכילה בין גדולות בין קטנות: *Eorum quæ tum ab initio tum in fine comeduntur, ſunt quædam olerum ſpecies, quæ tum ſtatim ac germinarunt, tum etiam quando perfecta creverunt, eſui idonea ſunt; non autem alio fine in terra relinquuntur, quam ut majora fiant; hæc que natura multorum olerum eſt, atque idcirco de Decimis ſive parva ſint ſive magna obligantur, conveniunt enim eſui ſive magna ſint ſive parva*. Ejuſcemodi olerum ut & quorundam arborum fructuum ſpecies recenſentur *Miſchna Maaſeroth c.* 1. §. 4. ובירקות הקשואים והדלועים והאבטיחים והמלפפונות התפוחים והאתרוגין חייבין גדולים וקטנים: *inter olera cucumeres, cucurbitæ, melones, melopepones, etiam mala & mala citrea tenentur de decimis parva ſint ſive magna*. Quamvis autem *R. Schimeon*, mala citrea parva a decimatione excipiat; attamen *Gloſſatores* juxta enm non decidunt, ſtatuentes ea quoque parva edulia & per conſequens omnino decimanda eſſe.

XIX. Generalis hujus regulæ alterum lemma, priorem canonem pro fundamento habet, cum enim quidam fructus ſint, qui in principio ſuo comeſtibiles non ſunt, tenore dicti prioris canonis nonniſi comeſtibilia decimare ſtatuentis, tandiu quoqne a *Decimis* liberi ſunt, donec eſui idonei fiant. Huc autem Judæi מיני פירות האילן *ſpecies quaſdam fructuum arborum* referre ſolent; quia ſcilicet Levit. XXVII. 40. decimæ ſolvendæ dicantur מפרי העץ *de fructibus ligni* ſive arborum; ideo illi qui in principio ſuo non comeduntur, etiam non decimautur עד שיגדל ויעשה פרי *donec in perfectionem excreverint & fructus evaſerint*, ut explicat *Bartenora ad h. l.* Hinc *amygdala amara*, quæ quando parva ſunt, eſui idonea habentur, atque ea propter tum quoque de *Decimis* tenentur; illius generis *dulcia* vero, cum demum comeſtibilia ſint ſi majora, ideo illa in principio, dum nempe adhuc parva ſunt, libera habentur, neque decimantur donec fiant eſui apta. Et hnnc in ſenſum explicanda ſunt verba *Miſn. Maaſerot. c.* 1. 4. החייב בשקדים המרים פטור במתוקים החייב במתוקים פטור במרים. *quod tenetur in amygdalis amaris id liberum eſt in dulcibus & quod tonetur in dulcibus, id liberum eſt in amaris*, hoc eſt, *amygdala amara* tenentur dum parva ſunt ſed libera dum grandiora, *dulcium* autem contraria eſt ratio, illa enim parva libera ſunt, ſed majora tenentur, ſcilicet ad decimas. vid. etiam *Miſn. Cholin. c.* 1. §. 6. Verum in hoc *Maimon* ſibi non conſtat; in commentariis ſuis Miſchnicis idem de *Amygdalis* decimandis ſtatuit, quod iam recenſuimus: in peculiari autem ſuo *Tractatu de Decimis Cap.* 1. §. 6. ſibi contradicit, dicens: השקדים המרים בין בגדלן בין בקטנן פטורים לפי שאינן אוכל: *amygdala amara, ſive in magitudine ſua ſive in parvitate ſua libera* (de decimis) *ſunt, quandoquidem non ſint comeſtibilia*. Sed merito *R. Joſeph Karo* eum ex *Miſchna Cholin* & *Thalmude Hieroſolymitano* refutat.

XX. Facile ex hiſce, quæ de canonibus Doctorum Miſchnicorum generalibus, quos *de rebus decimandis* conſtituerunt, diximus, atque juxta ipſorum mentem ſpecialius expoſuimus, colligi poteſt, qnouſque Judæi decimandarum rerum legem extenderint, ut adeo neceſſarium non ſit ad quamvis ſpeciem ſingulatim excurrere & in omnes Judæorum παραδείσους ſeu hortos, quales olim procul dubio eximii erant, exſpatiari, quod nimium nos deſatigaret & forte non foret operæ pretium: ſi quis tamen cnrioſus ſit & omnes ſpecies ex aſſe ſcire aveat, enm ad legendos Codices Miſchnicos, פאה *de angulo pauperibus in agro reliquendo*; דמאי *de rebus dubiis decimandis*; תרומות *de ſeparationibus*;

bus; מעשרות *de decimis* . &c. & ferme omnes, qui in primo Thalmudici corporis Seder, qui de זרעים *feminibus* inscribitur, ablegamus; experietur tum ipse non tantum varios *fructuum arborum* species, veluti ficus, uvas, moros, mala punica, persica, amygdala, dactylos, pyra, mala cydonea, olivas &c. variaque *frumentorum genera*, ut triticum, hordeum, avenam &c. Sed & ipsa quoque *olera* atque *hortensilia*, quæ esui hominis apta atque ea propter custodita, nempe cucumeres, cucurbitas, melones, melopepones; varia ceparum aliorumque leguminum genera & quæ non minutiora alia fuisse decimanda; experietur quoque, quam obscura & potissimum ignota quandoque frugum occurrant nomina, in quibus explicandis ipsi Judæi Glossatores, adeo varii & inconstantes sunt, ut nihil certe ex iis colligere poterit; horum enim nonnulli rei botanices, quæ tamen in ejusmodi rebus exponendis non superficiaria requiritur, ignorantissimi sunt; & quæ olim terræ suæ Canaan, de qua adeo gloriantur, fuerit fertilitas ipsi nescientes. Plura ex Plinio, Dioscoride aliisque veteribus sciri possunt, sed res est altioris indaginis. Præstitit hac in re nonnihil *Cl. Guisius Anglus*, felicissimus prædictorum Tractatuum Mischnicorum interpres, qui magno studio multaque in linguis experientia, obscuriorum vocum, tum ex profanis, qui de re botanica egerunt Authoribus, tum ex collatione linguarum Orientalium, sensum eruere fategit.

XXI. Possemus quidem in recensendis pluribus rebus decimandis supersedere, nisi verba Christi ad Pharisæos in Math. XXIII. 23. & Luc. XI. 42. aliud juberent; quæ, cum species quasdam rerum decimatarum recenseant, si examinaturi & cum traditionibus collaturi fuerimus, nihil alieni nos facturos putamus, in quo tamen nobis præivit *Cl. Lightfootus ad h. l. Op. Tom. II. p.* 359. Primum quod citatis locis a Pharisæis decimatum memoratur est ἡδύοσμον quod ordinarie vertitur per *mentham*; quæ ipsa vox מינתא quoque occurrit in Misch. עוקצים seu *de Petiolis Arborum c.* I. §. 2. Vocatur alias a Magistris הנרנה *Mischna Scheviith. c.* VII. §. 12. (error est sane typographicus in *Lighfoot. l. c.* qui citat c. I. I. quem secutus est *Cl. Otho in Lexico Rabbinico p.* 151.) hanc autem vocem *Maimon* & *R. Nathan* explicant per מינתא *Mentham*, addit *Musaph Aruch*, ita quoque vocari בלשון יוני ורומיי in *lingua Græca & Latina*.

Raschi (citante *Lightfooto*) suavis odoris herbam esse dicit, ideirco eam boni odoris gratia in Synagogis spargi solitam unde forte Græcis ἡδύοσμον dicta: occurrit quoque in *Gemara Nidda. fol.* LI. *col.* a. Scholiastæ Hebræi dicunt Arabice vocari نعنع *Mentha*. Quamvis autem expresse non legatur hanc herbam fuisse decimatam, id tamen propter verba Christi in dubium non est vocandum; præterea ex regulis supra expositis, illa omnino erat decimanda, quandoquidem in usum hominis cedit &c. Vid. *Misn. Scheviit. c.* VII. §. I. Alterum, a Matthæo recensitum, quod decimatum dicitur est ἄνηθον, Latinis *anethum*; ac si dicatur παρὰ τὸ ἄνω θεῖν quod cito crescat. Hebraice vocatur שבת *R. Obad. de Bartenora ad Misch. Peah. c.* III. §. 2. שבת ירק שקורין לו אניט"ו בלע"ז: *Schebath olus est, quod Italice vocatur Anetho*; eodem modo interpretantur *Maimon*, *R. Nathan* & alii. Anethum autem hoc decimatum fuisse, videri potest *Misch. Maaseroth. c.* IV. §. 5. quamvis disputetur, an omnes hujus herbæ partes, i. e. olus, semen & flores, fuerint decimatæ: רבי אליעזר אומר השבת מתעשרת זרע וירק וצירין וחכמים אומרים אינה מתעשר זרע וירק אלא השחלים והגרגיר בלבד: *R. Eliefer dicit, anethum decimatur quoad semen, olus & flores; sapientes vero dicunt, non decimatur* semen & olus *nisi in nasturtio & eruca tantum*. Eadem ferme reperuntur in *Gem. Avod. Zara fol.* VII. 2. רבי ישמעל רבי אליעזר אומר השבת מתעשרת זרע וירק וזירין *R. Ismael dicit R. Eliefer dicit* השבת (quod & hic glossatores per *Anethum* exponunt) *decimatur quod ad ipsam herbam, semen & flores*. confer. etiam *Mischn. Okezim c.* III. §. 4. & ibi *Maimonidem*. Quicquid autem de hujus oleris partibus decimandis disputetur, certum tamen est, tum ex Christi tum ex Mischnicorum verbis, illud fuisse decimatum. Et forsan non sine ratione dici posset jam Christi tempore de hoc olere decimando disputatum fuisse, atque ut nimiam Scribarum & Pharisæorum in solvendis decimis ἀκρίβειαν notaret, ejusmodi olus, quod nonnulli dupliciter vel tripliciter decimarunt, in exemplum produxisse. Tertium tandem cujus Christus meminit, est κύμινον *Cuminum*. Id decimatum fuisse, totidem verbis legitur in *Misn. Demai cap.* II. §. I. ואלו דברים מתעשרים דמאי בכל מקום הדבילה והתמרים והחרובין והאורז והכמון: *Ista res sunt quæ dubia omni loco decimantur, palatha, dactyli, siliquæ, oryza & cuminum*. Sed *Lucas* non meminit neque

X 2 ane-

anethi neque *cumini*, sed illorum loco substituit *πήγανον καὶ πᾶν λάχανον*. *Rutam* & *omne olus*. Πήγανον Rabbinis dicitur פיגם Arabians سذاب quæ plane eædem sunt voces & *rutam* significant: Aliter hæc verba *Arabibus* vocatur سذاب *Rutam*; hinc *Maimon* Hebræum פיגם per utrumque explicare solet; vid. eum ad *Misch. Kilaim c.* I. §. 8. *Scheviith c.* IX. §. I. *Oketzim c.* I. §. 2. Diximus jam supra §. XVI. ex Mischna *Scheviit* *Rutam* a decimis liberam pronuntiari; sed sine dubio plures erant rutarum species, quemadmodum a Botanicis distingui solent in *Sylvestrem* & *sativam* vel *hortensem*: priorem, ut quæ in locis publicis vel in pratis crescat cujus adeo possessores nullam curam habent, Mischnici a decimis eximunt, hanc Arabes حرمل *Harmala* vocant: Illa itaque quam Christus Pharisæos decimasse dixit *ruta hortensis* fuerit oportet, & in locis Mischnicis *Kilaim* & *Oketzim* cum aliis recensetur hortensilibus quæ ירקות *olera* appellantur. Denique πᾶν λάχανον omne olus, a Pharisæis decimatum dicitur; Hebraice esset כל ירקות Deut. XI. 10. גן ירק *Alexandrini* transtulerunt κῆπος λαχανίας *hortus olerum*. Ac si Christus dixisset: Vos Scribæ & Pharisæi, non tantum mentham, anethum, cuminum, rutam sed etiam *πᾶν λάχανον omne olus* & quodcunque in hortis satum procrescit, adeo accurate decimatis &c.

XXII. Verum enim vero nondum satis de verbis hisce Christi dictum: restat adhuc ut quædam de difficultate & controversia, quæ inter Philologos super illis orta & agitata est, dicamus. Nempe, quærebatur quid de olerum tum eorum, quorum Christus hic meminit, tum & reliquorum decimatione, statuendum sit: Num illa ex tenore legis divinæ de decimis datæ, an vero ex statutis sapientum vel superstitione aliisque de causis, præter mentem & intentionem legislatoris decimata fuerint? Ut autem hanc controversiam accuratius tractemus & quid de ea affirmandum vel negandum sit sciamus, necesse erit, utriusque sententiæ proferre rationes & argumenta, quibus tum nostram qualemcunque ἐπίκρισιν & opinionem addemus.

XXIII. Sunt ergo inter Philologos & Sacræ Scripturæ Interpretes, quos inter *Beza*, *Piscator*, *Drusius*, *Casaubonus* recensentur, qui ex hac Christi in Pharisæos objurgatione, olera non secundum intentionem & mentem divini legislatoris, sed ex sapientum in lege scripta non fundatis constitutionibus a Judæis fuisse decimata asserunt, hisce nixi rationibus. *Primo*, colligunt id ex ipsis verbis Christi, quod si enim olera ista ut mentham, anethum, cuminum, rutam &c. ipse Deus decimari voluisset, quæ ratio fuisset, quare Christus Pharisæos & Scribas, propter exactam horum decimationem objurgasset, quæque causa ea propter Væ in ipsos exclamandi? si fuisset præceptum olera decimandi bene fecissent Pharisæi, nullum ideo merentes increpationem. *Secundo*, in lege nonnisi *frumentum*, *mustum*, & *oleum* decimanda juberi, attamen in frumento, quinque species triticum, speltam, hordeum, avenam & spicam vulpis includentes: ubi enim in lege de decimis nomen *proventus* adhibeatur, has tres species frumentum scil. mustum & oleum subjici: hinc *Drusius ad Math.* XXIII. ad verba: decimatis mentham, *hoc faciebant*, inquit, *ex traditione seu disciplina maiorum*, *non ex lege: Nam in lege est decimas proventus tui* תבואתך. *Olera autem non vocantur proventus id est* תבואה, *nec sub eo nomine comprehenduntur*, *quod notatum in Libro præceptorum fol.* CXLV. *col.* 2. *Tertio* hanc sententiam defendunt ac confirmant ex ipsorum Judæorum confessione, dicentium מעשר ירק דרבנן *decimationem olerum esse a Rabbinis*. *Gem. Babyl. Joma fol.* LXXXIII. *col.* 2. Et *Maimon. Hilc. Thrumoth. c.* II. §. 6. de olerum decimatione ita scribit: הירקות אף על פי שהן מאכל אדם אינן חייבין במעשרות אלא מדבריהן לפי שנאמר במעשר תבואת זרעך תבואה ויצאו בה אבל הירקות אינה בכלל התבואה וכן יראה לי שהוא הדין בתרומה שהרי נאמר בה דגנך תירושך ויצהרך כל תרומה לאלו אבל תרומת הירק מדבריהם במעשר: *Olera quamvis sint cibus hominis, non tamen tenentur de decimis nisi ex verbis sapientum; quandoquidem dicitur de decimis proventus seminis tui; proventus tui & quæ ipsi simile est, sed olera non comprehenduntur sub proventu; & ita mihi videtur etiam idem jus esse quoad Thrumam, de qua dictum est*, frumenti tui, musti tui & olei tui & *quæ sunt similia*, *sed Thruma olerum quoque est ex statutis sapientum*, *quemadmodum etiam decima*. Hæc potissima sunt argumenta, quibus Viri quidam Docti, probare conantur decimationem olerum esse instituti humani, authoritate sapientum Judæorum introductam, atque ea propter Servatorem nostrum Pharisæos & Scribas merito increpasse, utpote qui rigidiores humanarum quam divinarum legum observatores se exhibeant. Sed audiatur & altera pars.

XXIV. Sententiæ alterius patroni, ole-

olerum decimationem ipſa divina lege præceptam & generalioribus verbis impliciram ſtatuentes, rationibus quoque non indigent, neque quicquam obſtaculi pro ſua ſententia in Chriſti verbis deprehendunt, e contrario putantes illa ſuæ ſententiæ quam maxime ſavere; Etenim, *Primo*, dicunt, Chriſtum horum olerum decimationi opponere *τὰ βαρύτερα τῦ νόμυ graviora legis*, ergo etiam horum *ἀποδεκάτωσιν* ad legem, videlicet ſaciliora legis præcepta pertinere. *Secundo*, Chriſtum ſubjungere *ἔδει oportere* hæc ſacere, ſolvere nempe nominatorum hortenſilium decimas, qua voce manifeſta ad ſolvendas decimas obligatio indigitetur, alias Chriſtus illam nequaquam de illis uſurpaſſet. Atque ita Chriſtum illam olerum decimationem non ſimpliciter improbaſſe, ſed præpoſterum ſtudium in re minnta reprehendiſſe, quando judicium miſericordia & fides multo graviora interim negligebantur, quorum hæc facere quidem illa vero non intermittere debebant; nihilominus tamen Phariſæos in levioribus hiſce rebus, rigidos legis divinæ obſervatores & exactores videri voluiſſe, igitur eas in lege divina ſuiſſe demandatas. *Tertio*, quod ad verba legis Levit. xxiii. 30. Deut. xiv. 22. ea dicunt eſſe generalia; quando jubetur, *decimabis omnem proventum ſemiuis tui*; id de omni quod in agris vel hortis vel vineis ſeminatur & ex terra provenit, intelligunt; hinc *Alexandrini* per *παντὸς γεννήματος* reddiderunt: Vocem autem תבואה latius eſſe accipiendam & *olera* quoque illa comprehendi poſſe, quemadmodum etiam *Kimchius* eam omnibus fructibus eſui aptis competere dicit: conſ. quæ de hac voce ſupra §. iv. prolixius diximus. Quando autem alibi in lege ſpecies, uti frumentum, muſtum & oleum, exprimantur, non inde ſequi alias legi decimationis non ſuiſſe ſubjectas, has memorari quia præcipuæ ſunt; omoes alias, quæ ſeminatæ e terra procreverint lege illa ſimul ſuiſſe obligatas: licet igitur mentham, cuminum aliaque leviora olera magiſtri decimanda doceant, eos propterea legi ſcriptæ nihil addere, cum hocce magiſtrorum ſtatutum in virtute literæ contineatur. Ita erudite de hac quæſtione *Cl. Hottingerus, S. S. Theolog. & Antiqq. Jud. Profeſſor meritiſſimus, Patruelis & Præceptor olim meus Venerandus, in notis ad Godwin. Moſen & Aaron. p.* 865. differit. *Quarto*, ſunt qui argumentum, ad hanc ſententiam probandam eliciunt ex ii. Chron. xxxi. 5. ubi præter tres ſpecies in Moſe memoratas mentio fit דבש *& omnium quæ gignit ager* decimandorum: vox autem דבש ſive per *mel* ſive *dactylos palmarum* vertatur perinde ipſis videtur: certe ſi non olerum decimationem probat ſaltem ternarium iſtum numerum (de frumento, muſto & oleo) diſcurit, ut loquitur *Sixtinus Amama in Commentariolo de Decimis Moſaicis edito Franeq.* 1618. *4to.* & inſerto *Bibliis Criticis poſt Deut. cap.* xxvi. Obſervant inſuper, haberi l. c. illud generale כל תבואה *omnis proventus* agri; uti igitur, inquiunt, numerus ille ternarius in Moſe non excludat דבש, ita nec alias ſpecies & per conſequens nec olerum decimationem. *Quinto*, quod ad authoritatem ſupra citatorum Rabbinorum, illis alios pro ſuæ ſententiæ defenſione opponunt, quos *Sixtinus Amama l. c.* producit: *Nec hic* (ad probandum olera ex lege fuiſſe decimata) *authoritate Rabbinorum deſunt, ut Hebræos Hebræis opponamus. Ecce enim Hiskuni ad Levit.* xxvii. 30. de ſemine terræ; *complectitur etiam allium* שחלים (*i. e. leonticen vel leontium vel leoninum ſemen vel leotipalium*) *&* גרגיר. Peſikta *comprehendit ſemen allii* והשחלים והגרגיר *jam vero* גרגיר *ſemen oleris eſſe, colligitur ex Libro Præceptorum Majore, nam in eo diſerte Schochalim &* גרגיר ושאר ירקה & reliqua olera. *Rurſus ad*, ex fructu arborum; Peſikta *comprehendit omnes fructus arborum; Rurſus ad illud* de ſemine terræ; *non de ſemine omni, quia excipit legumina quæ non eduntur, ut ſemen rapi & raphani* &c. Hucuſque Amama. Atque hæc illa ſunt argumenta, quibus, ad ipſorum etiam olerum, vel quorumvis viliſſimorum hortenſilium, modo fuerint *βρώματα* decimationem Judæos lege Moſaica fuiſſe obligatos Viri Docti probare conantur.

XXV. Reſtat nunc ut noſtram qualemcunque *ἐπικρίσιν* de hoc ſententiarum divortio addamus. Ut autem rem paucis expediamus, ea ſententia, quæ *olerum decimationem* in ipſa divina lege fundatam eſſe ſtatuit, utpote firmis ſatis argumentis fulta, non obſtantibus contrarium ſentientium ſupra recenſitis rationibus, amplectenda nobis videtur. eo autem animo hanc ſententiam non defendimus, ac ſi *Doctoribus* quibuſdam *Miſchnicis*, vel aliis Rabbinis (qui nimis male apud Chriſtianos quandoque audiunt) nobiſcum ſentientibus adulari, atque ita *Miſchnæ* authoritatem nimium extollere, vel omnem Judaicarum *παραδόσεων* farraginem (quæ ipſæ non ſemper exacte examinantur) approbare velle-

lemus, iis enim nullum sacramentum diximus, nec *in Mischnicorum* verba, quod non esset libertatis Christianæ, juravimus; sed id solo veritatis, cui etiam soli litavimus, studio, facere instituimus: putantes verba divinæ legis in præceptis de Decimis usurpata, adeo significantia esse, ut ad Thesin nostram probandam Rabbinorum authoritate non adeo opus sit.

XXVI. Argumentis, quæ pro nostra sententia præcedenti paragrapho narravimus, plura non addemus, sed tantum ea quæ in contrarium afferri solent, examinabimus, quædam quæ ad rei illustrationem pertinere videbuntur subjuncturi. Primum argumentum quod §. XXIII. protulimus, sumtum est ex verbis *Christi*, Pharisæos ob *olerum decimationem* objurgantis, quod Christus non fecisset, si *olera* ex lege decimari debuissent. Sed attendendum hic est, Christum toto hoc capite in eo esse, ut doctrinam atque vitam Pharisæorum, quæ tota hypocritica erat, describeret; eos, ut qui in *Cathedra Mosis*, adeoque ut legis Mosis Judices & executores alloquitur, proin adhortatur populum, ut omnia quæ ipsi dicant servent, modo opera ipsorum non imitentur, eos enim quædam dicere, quæ ipsi non observent; talia quidem opera eos facere, quæ in hominum, a quibus videri volebant, oculos incurrunt, negligentes interim ea, quæ interiorem hominem constituunt; quorum catalogum satis prolixum Christus recenset; inter quæ talia sunt, quæ si Scribæ & Pharisæi puro corde, vero Dei & proximi amore præstitissent, bene fecissent, veri legis observatores fuissent. Sed quum id præpostere fecerint, legem quidem quoad externam literam observantes, nunquam tamen de vero ejus scopo cogitantes: atque hunc quoque in modum in decimarum solutione se gesserunt, omnia quæ ἔδει *oportebat* decimare, quam exactissime ad mentham, anethum, cuminum, rutam & πᾶν λάχανον, omne olus usque decimarunt; certe exacta illa Decimarum solutio, præsertim Servatoris nostri tempore, quo pauci erant, qui נאמנין *fide digni* erant de decimis, res erat, ad עם הארץ *plebeiis* se ostentandum apta nata; quod exemplo quoque illius Pharisæi, qui eodem tempore cum Publicano in Templum ad precibus fungendum, ascendebat, patet, qui, ut clare a Publicano se distingueret, de jejuniis suis quavis septimana repetitis, & exacta decimarum solutione admodum gloriabatur. Luc. XVIII. 10. Sed quid commodi inde habuit? Certe nihil, licet juxta legem decimaverit; cum e contra Publicanus, qui humilis & ex conscientiæ suæ convictione, non operum aliquo merito nixus, peccatorum remissionem petiit, magis justificatus quam ille in domum suam descenderit. Eadem etiam ratio est, quare Christus h. l. Pharisæos objurgaverat, quod tam exacte *olera* decimaverint, quandoquidem graviora legis, ut Judicium, misericordiam ac fidem intermittebant, ad quæ tamen in solutione decimarum omnino attendere debuissent, oportet enim utrumque facere & neutrum omittere. Similiter quoque Deus Israelem Mich. VI. 7. 8. alloquitur; ubi cum Deus dixerat se non magnopere tot sacrificiis & oblationibus delectari, additur: *Indicavit Tibi, O homo! quid sit bonum, & quid Dominus requisivit a te,* כי אם עשות משפט ואהבת חסד והצנע לכת עם אלהיך: *nisi ut exerceas jus, & ames benignitatem & humiliter ambules cum Deo?* Hæc eadem quoque sunt quæ Christus probabiliter ad hunc *Michææ* locum respiciens) tanquam τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, id est, *κρίσιν καὶ τὸν ἔλεον καὶ τὴν πίστιν* a Pharisæis postulavit. Quemadmodum igitur illorum verborum sensus non est, ac si Israelitæ offerendo victimas & oblationes rem lege non præceptam, atque adeo male fecissent; sed sensus est sacrificia sine exercitio juris, benignitatis & humilitatis omnino ipsi displicere; Ita idem quoque Christi scopus est Pharisæos quoad *olerum* decimationem increpantis; scilicet eos Deo in earum etiam exactissima solutione, qualis in lege præcepta, si interim jus, misericordiam & fidem ut graviora legis, & ad quæ Deus potissimum respicit, negligant rem minus gratam facere. Atque hunc verborum Christi ad Scribas & Pharisæos, non tortum vel alienum, sed simplicissimum sensum esse putamus.

XXVII. Secundum argumentum, quod §. XXIII. recensuimus, petitum est ex Mose, ubi nonnisi frumenti musti & olei sub voce תבואה decimandi, mentio fiat; hanc autem vocem de *oleribus* sumi non posse & consequenter *olerum* decimandorum nullum in lege extare præceptum. Plura quæ ad hujus argumenti responsionem pertinent, ab initio hujus exercitationis, diximus; exposuimus enim ibi ipsas leges, quæ res decimandas præcipiunt, quæ omnia non opus est ut repetamus. Observavimus legem esse tum *generaliorem*, tum *specialiorem*; illam exprimi per כל זרע הארץ *omne semen terræ* vel ut alibi dicitur

citur per כל תבואת זרע *omnem proventum ſeminis*; פרי העץ *fructum ligni vel arborum*. Hanc vero per דגן תירוש יצהר *frumentum muſtum & oleum*. Jam vero quivis videt per כל זרע vel כל תבואת זרע *omne ſemen vel omnem proventum ſeminis*, non tantum *frumentum* vel varia ejus genera, ſed omne quodcunque illud ſit, quod ſemine in terram projecto procreſcit, in quorum numerum procul dubio olera quoque & *hortenſilia* quæ ſata procreſcunt, recenſenda ſunt: certe non opus erat ut omnia, quæ erant decimanda narrarentur, ſufficiebat talem adhibuiſſe phraſin, quæ res decimandas indicaret. Eadem ratio eſt vocum פרי העץ, licet enim ſolum nominentur *fructus vitis & oleæ* decimandi, quis tamen negabit plures arborum fructus decimatos? nulla apud Moſen dactylorum decimandorum mentio injicitur, eos tamen II. Chron. XXXI. 5. decimatos fuiſſe legitur, unde facile colligi poteſt alias quoque plures licet ſpeciatim non nominentur, tamen ad decimas fuiſſe obligatas. Ergo per תבואת *proventum ſeminis*, non tantum דגן vel quinque, ut numerari ſolent, *frumenti* ſpecies, ſed omne, ut diximus, quod ſemine in terram projecto procreſcit, & conſequenter etiam olera intelligenda. Quod attinet ad vocem תבואה quam *Cl. Druſius* imprimis urget, quod ea de *oleribus* non poſſit ſumi, ad id jam §. XXIV. reſponſum eſt, eam nempe vocem latioris eſſe ſignificatus; ſed ponamus etiam eam ſolum comprehendere frumentum, muſtum & oleum, nondum tamen inde ſequitur, *olera* ex lege non fuiſſe decimata, non enim ſolum dicitur ut deciment כל תבואה *omnem proventum*, ſed etiam כל זרע הארץ *omne ſemen terræ*, quam phraſin non de ſolo *frumento* intelligi poſſe, toties diximus. Ex hiſce itaque clare liquet, olerum decimationem verbis legis divinæ nullatenus contrariari, ſed eam, ſi virtutem literæ probe conſideremus, in iis implicitam, proin etiam præceptam fuiſſe.

XXVIII. Sequitur argumentum tertium, nempe propria Judæorum confeſſio *olera* non ex *lege* ſed *Sapientum* conſtitutionibus fuiſſe decimis ſubjecta, uti loca ex *Gemara Babylon. fol.* LXXXIII. *col.* 2. *& Maim. Hilc. Thrumoth c.* II. 6. id clare oſtendunt. Sed & hoc argumentum parum roboris habet, quandoquidem, ut *Cl. Amama* ſupra locutus erat, hiſce Rabbinis, ſi Rabbinorum authoritate pugnandum ſit, alii bene multi opponi poſſunt. Id itaque obſervandum hanc aſſertionem מעשר ירקות מדבריהם *decimationem olerum eſſe a Rabbinis*, apud Judæos non eſſe generalem, ſed inter ipſos quoque de illa eſſe controverſiam. In *Gemar. Hieroſol. Maaſeroth. fol. m.* I. *f.* 2. Doctores ex loco Deut. XIV. 22. olerum decimationem, ut divina lege mandatam, eodem modo quo apud *Cl. Amama*, ex *Hiskuni & Peſikta*, & nos præcedenti paragrapho, probant; Locum, quia prolixior eſt, noluimus exſcribere, cum ejus ſenſum jam ſupra exhibuerimus. Huic tamen ſententiæ ibidem ſe opponit *R. Iſai fil. Jehuda*, ſtatuens quoque מעשר ירק מדרבנן *decimationem olerum eſſe a Rabbinis*. Sed in *Gemar. Babyl. Roſch. Haſch. fol.* XII. *col.* I. dicitur eam quoque eſſe דאורייתא ex lege; & מדרבנן a Rabbinis; ubi *Raſchius* in gloſſa: תנא תני ירקות שמעשרותיהם מדרבנן כ״ש שחייבין מדאורייתא *Traditio eſt de oleribus quod eorum decimatio ſit a Rabbinis quanto magis ex lege*. Cum itaque *Thalmudiſtæ* ipſi inter ſe non conveniant, inde quoque eorum aſſeclæ in partes abierunt. In Miſchna tamen hæc controverſia, quantum ego ſaltem ſcio, nullibi tangitur, ſed tantum hæc olerum decimatio, adeo exacte quoad tempus & modum ea decimandi ac frumenti, vini & olei deſcribitur, ut inde forte præſumi poſſet, ejus collectores in eam, quam hucuſque defendimus, inclinaſſe opinionem. Verum quicquid ſit, ſufficiunt divinæ legis verba, quibus illa Chriſti ad Scribas & Phariſæos non contrariantur, quod niſi fallimur ſatis hucuſque oſtendimus. Sed non Judæi tantum verum etiam Veteres Chriſtiani ejuſmodi minuta olera & alia quoque decimaſſe leguntur: Illi enim præter agrorum & arborum fructus, vinum, frumentum, etiam de cannabe, lino, rapis, braſſicis, oleribus, herbis ſylveſtribus, piſis, milio &c. etiam animalium reditibus, veluti de lana, fœtu, lacte, caſeo &c. decimas ſepararunt, quemadmodum id ex *Nob. Ictis. Carpzov. Definit. Eccleſ. Lib.* I. *def.* 131. *Ziegler. ad Lancellotum Lib.* II. *Tit.* 26. §. 3. refert *Quenſtedt. in Diſſertat. de Decimis Chriſtianorum*; §. IV. in quibus forſan Judæos imitati ſunt; Ita quoque *Perſas*, qui multa alia a Judæis aſſumſerunt, de quibuſdam leguminibus decimare, teſtis eſt accuratiſſimus Perſicarum rerum recens ſcriptor *Chardin in ſuo Itinerario Perſico Tom.* VII. *p.* 335.

XXIX. Poſtquam hucuſque *res decimandas*, tum earum, quarum Sacræ Literæ, tum & earum, quarum Miſchnici meminerunt, prolixe ſatis expoſuimus, nunc adhuc eas quæ Judæi a decimis

cimis liberas pronuntiant, paucis indicabimus. Ex supra explicatis Regulis generalibus Thalmudicis facile colligi potest, eas res quæ cibus ordinarius hominibus non sunt, sed quæ famis tantum tempore ex necessitate comeduntur, etiam eas, quæ cibus ordinarius sunt bestiarum ad *decimas* non obligari, quod exemplis illustravimus supra paragrapho xv. Juxta alium canonem a decimis libera sunt omnia quæ *juris* sunt *communis*, nullum habent proprietarium a quo custodiantur & curentur, licet fructus alias comestibiles sint; inde consequitur dona pauperum, ut spicilegium, manipulum oblitum & angulum in agro relictum, quoque esse libera, utpote quæ ad proprietarios non pertinent, sed pauperibus communia fiunt: Et eadem quoque ratio est, quod anno quovis septimo in Israelitica terra nullæ decimæ fuerunt solutæ, quandoquidem illius anni fructus erant sponte nati, nullum proprium habebant possessorem sed omnibus erant communes, conf. §. xvi. supra. Porro, illæ etiam fruges a lege decimarum excipiuntur, quæ incrementum suum non habent e terra, id est, quæ semine in terram non studio projecto efflorescunt, neque in terra radices agunt, quo referri possent ea, quæ sponte crescunt & quæ sub nomine proventus non veniunt, licet quædam eorum comedi soleant. conf. §. xvii. Hi igitur fructus juxta axiomata illa generalia ad separandas ex iis Decimas, non erant obligati, quippe requisita in illis contenta, in se non habent: quæ ex superioribus paucis repetere, & una serie recensere volumus.

XXX. Sunt adhuc alia, præsertim olera & horum quædam semina quæ libera pronuntiantur a decimis, quorum catalogus in *Mischna Maaseroth. cap.* v. §. 8. hunc in modum narratur: שום בעל בכי ובצל של רכפא ונריסין הקילקין והערשים הסצריות רס״א אף הקרקס רבי יוסי אומר הקוטנים מן המעשרות ונלקחין מכל אדם בשביעית זרע לוף העליון זרע כרישים זרע בצלים זרע לפת וצנונות ושאר זרעוני גנה שאינן נאכלין פטורין מן המעשרות ונלקחין מכל אדם בשביעית שאף על פי שאביהן תרומה הרי אלו יאכלו *Allium fletum causans, cepa Richpensis, fabæ Kilkenses* (sunt nomina locorum) *lentes Ægyptiacæ. Rabbi Mejer quoque dicit Carcas,* (species brassicæ, alii fabarum) *Rabbi Jose dicit, etiam Kornim,* (species lentium) *libera sunt a Decimis & comparantur a quolibet homine anno septimo. Semen Loph superioris* (dicitur species ceparum) *semen porri, semen ceparum, semen raphanorum & raparum & reliqua semina hortensia, quæ non cedunt in cibum, libera sunt a decimis & comparantur a quolibet homine anno septimo; etsi enim pater eorum fuerit oblatio prima, illa comeduntur tamen.* Nempe hæc semina ejusmodi esse dicunt, quæ in cibum hominis non cedant, illius autem seminis, quod non sit edule, comedere licet incrementa: per *patrem*, juxta modum loquendi apud Judæos satis frequentem & varie adhibitum, intelligitur hic semen, quod patrem illius, quod inde crevit, vocare solent. Speciatim quoque statutum est de *Coriandro*, id quando satum est nonnisi pro semine, liberum est a decimis, sed si, ut accipiat olus decimaverit, tenetur: *Misn. Maaseroth. c.* IV. 5. כסבר שזרעה לזרע ירקה פטור זרעה לירק מתעשרת זרע וירק *Coriandrum quod quis sevit pro semine, liberum est; at si id severit ut inde accipiat olus, decimabit semen & olus.* Sed de seminibus diversimode tradiderunt Judæi, alii ea libera pronuntiant, alii distinguunt inter comestibilia & non comestibilia, alii aliter; sed res est parvi momenti.

XXX. Videtur tamen *Illustris Grotius* ova quoque lac & caseum a Judæis fuisse decimata, autumasse. Ita enim verba gloriantis Pharisæi Luc. XVIII. 12. Ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι *omnia quæ possideo, decimo,* explicat: Hebr. כל אשר לו *non illa tantum, quæ vulgus solet decimis subjicere, poma & fruges sed & ea quæ controversi sunt juris, puta minora olera, ova, lac, caseum, potius meis commodis aliquid detrahens, quam ut quicquam faciam contra τὰς παραδόσεις.* Sed de his rebus a Judæis decimatis, apud Judæorum Jurisconsultos ne γρῦ quidem deprehendi, potius contrarium traditur, pugnant etiam cum eorum canonibus generalibus, quandoquidem hæ res incrementum suum proprie e terra non habent. In *Mischna. Nidda. cap.* VI. §. 5. hæc leguntur: כל שחייב במעשרות מיטמא טומאת אוכלים שמיטמא טומאת אוכלין ואינה חייב במעשרות *Quod tenetur ad Decimas, id polluitur immunditie cibi, quod vero immunditie cibi polluitur id non tenetur ad decimas.* Quæ verba *Maimon.* & *R. Obad. de Bartenora* ex Gemara ita exponunt: ואין לך דבר חייב במעשר שאינו אוכל ויש שיטמא טומאת אוכלים ואינה חייב במעשרות כגון בשר ודגים וביצים שאינן גדולי קרקע: *Quicquid tenetur ad decimas id polluit immunditie cibi, quia nulla res, quæ non est comestibilis, ad decimas tenetur; & quicquid immunditie cibi polluitur id*

non

non tenetur ad decimas, ut sunt caro, pisces & ova quæ ex terra non procrescunt. Eadem quoque ratio est lactis & casei aliorumque hujus generis ciborum, qui liberi a decimis habentur; non enim tantum esus vel custodia, sed etiam quando e terra procrescit, rem faciunt decimandam.

XXXII. Arboris intra domum plantatæ fructus liberi quoque a decimis solvendis habentur: vid. in Gem. Hieros. Orla. fol. m. 1. fac. 2. veruntamen *R. Mos. Fil. Maimonidis*, illos ex Sapientum constitutionibus teneri putat; id quod hisce verbis in *Hilc. Maaseroth.* c. 1. §. 10. indicat: אילן שנטעו בתוך הבית פטור מעשרות שנאמר עשר תעשר את כל תבואת זרעך יוצא מן השדה ויראה לי שהוא חייב במעשרות מדבריהם שהרי תאנה העומדת בחצר חייב לעשר פירותיה אם אספן כאחרין: *Arbor intra domum plantata libera est a decimis; quia dictum est* (Deut. XIV. 22.) decimando decimabis omnem proventum seminis quod egreditur ex agro. *Sed mihi videtur, quod illa teneatur ad decimas ex statutis sapientum; quandoquidem etiam ficus, quæ stat in atrio quoad ejus fructus ad decimas obligatur*. Scilicet, quia in l. c. dicitur decimandum esse quod *educitur ex agro*, idcirco putat arborem in domo privata plantatam ex lege quidem esse liberam; sed cum Sapientes Misch. Maaseroth. c. III. §. 8. de ficu in atrio plantata, quæ שדה dici non potest, statuerint eam omnino, si junctim ejus fructus colligantur, decimandam, idcirco de arbore intra domum plantata idem censendum esse.

XXXIII. Monuimus jam ab initio hujus Exercitationis præter terræ fruges, *Bestias* quoque *boves* nempe & *oves* legi de Decimis fuisse subjectas. Consultius autem ducimus, si prius omnia, quæ in decimandis frugibus erant observanda, explicaverimus, antequam ritum *Bestias* decimandi describeremus, ille enim plane singularis erat & in alium usum conducebat.

EXERCITATIO QUARTA

De vario decimationis fructuum terræ tempore & an & quomodo accedente illo tempore de fructibus comedere licitum fuerit.

A R G U M E N T U M.

Dicendorum series. Tempus decimationis *ex Deut.* XIV. 22. *definitur. Phrasis* שנה שנה *significatus. Non omnibus & singulis annis eadem*, Anno *autem* septimo *nulla decimæ solutæ. Diversa* anni principia *Judæorum recensentur. Convenientia* Mensium *Hebræorum cum nostris certa dari nequit. Principium anni plantationis arborum. Ex Levit.* XIX. 23. de jure plantæ quarti anni *explicatur, unde investigatur annus recentis arboris decimandæ. Tempus decimationis arborum est* XV. Mensis Schebat. *Fructus ante & post hunc diem maturi, quando decimandi: distinctio arborum, quæ* unam *& quæ* duas *habent* areas. *Non omnes arbores* ad XV. Schebat *maturescunt, ut* filiquæ, dactyli, ficus, *quæ decimandæ juxta maturitatem. Ad investigandum Tempus decimationis* frumenti *observatur duplicem esse* messem *unam* hordeaceam *alteram* triticeam. *Subjungitur seu anni tempestatum juxta Judæos, tabula. Sed* Messis *tempora, si fructus ordinario tempore non sint maturi, per* intercalationem, *cujus variæ aliæ sunt causæ, & hinc etiam* decimationis *differuntur, quod publica authoritate promulgabatur. Post indicatum varium* decimationis tempus, *indigitatur in quo statu quæque frugum species legi de decimis subjiciatur, & quænam earum sit* area, *quam Rabbini* גורן *vocant: de qua multa producuntur exempla. Frugum decimandarum* opus *debet esse* perfectum נגמר מלאכתן *quod explicatur. Frugum decimandarum, postquam accessit decimationis tempus*, comestio *quousque licita. Quid sit* אכילת עראי comestio accidentalis. *Variis casus licitæ comestionis & vetitæ recensentur & quæ posterioris sit* pœna, *indicatur*.

I. **F**Rugibus Terræ, ad decimas solvendas *obligatis* & *liberis*, expositis, ordo nos ducit, ut de *Tempore*, quando nempe de iis decimæ fuerunt separandæ, dicamus. Series autem dicendorum talis erit: *Primo*, varium tempus, pro variis frugum speciebus constitutum, indicabimus; *Dein*, in quo statu frugum area quoad decimas fuerit; *denique*, an & quomodo accedente decimationis tempore, de frugibus decimandis edere licitum fuerit vel prohibitum.

II. Tempus in ipsa lege Deut. XIV. 22. definitur: עשר תעשר את כל תבואת זרעך היוצא השדה שנה שנה: *Decimando decimabis omnem proventum seminis tui & quod egreditur ex agro singulis annis*. Phrasis illa שנה שנה frequens est in scripturis, ubi sæpius substantivum idem, eodem casu & numero repetitum occurrit,

rit, ad *emphasin* & *evidentiem* rei etiam *continuationem* indicendam; vel ad *multitudinem* vel etiam ad *distributionem* significandam; quod pluribus exemplis probant, *Cl. Buxtorf. Thes. Grammat. Lib.* II. *cap.* II. *p.* 332. *edit.* 1663. & *Cl. Glassius Philolog. Sacra*, *Lib.* III. *Tract.* I. *p.* 546. *edit. Lips. ult.* Hoc nostro loco *distributionem* indicat, ubi posterius substantivum loco adjectivi distributivi est, quo Hebræi carent: ita ואתם מטה מטה וקח *Et aicipe ab ilsis virgam virgam*, id est, singulas virgas. Num. XVII. 2. conf. Nom. XXVIII. 21. & passim alibi. Ita quando & h. l. dicitur, ut Israelitæ quam accuratissime deciment שנה שנה *anno anno*; id intelligendum qnoque est de *singulis annis*; accurate decimabitis *singulis aanis*; conf. Deut. XV. 20. I. Sam. I. 7. VII. 16. *Tremellius* & *Junius* quoque verterunt, *quotannis* & nostra *Ligurina Vernacula* Jährlich; *Alexandrini* κατ' ἐνιαυτὸν ἐνιαυτὸν *secundum singulos annos*. Hoc ergo generale est quovis anno de omni proventu seminis decimandum esse. Judæi insuper ex his verbis שנה שנה quoque eliciunt, de uovo ejusdem anni proventu decimandum esse; sic *Raschius* ad Deut. XIV. 22. שנה שנה מכאן שאין מעשרין מן החדש על הישן: inde *quod dicitur* שנה שנה singulis annis, *colligitur*, *non decimari possa de novo super veteri*; id est, de fructibus præteriti, pro novi anui. neque de novi anni fructibus pro præteriti, sed qunvis anno de ejusdem anni fructibus decimari posse.

III. Attamen quod hic de decimis singulis annis separandis dicitur, id non ita sumendnm, ac si omnibus & singulis eodem modo decimæ suissent solntæ: variabat enim is intra septem annos non una vice; Primo & secundo, post remissionis anno, solvebantur primæ & secundæ decimæ; sed tertio, primæ & pauperum in locum secundarum; qnarto & quinto, iterum primæ & secundæ, quemadmodum primo & secnndo, sexto autem iterum quemodmodum tertio, primæ & pauperum, in secundarum decimatum locum, septimo autem, qui שמטה remissionis annus erat, nullæ plane, neque primæ neque secuudæ, neque pauperum decimæ, uti semel atque iterum diximus, erant solutæ. Hinc *Maimon. de donis pauperum cap.* VI. §. 5. שנת השמטה כולה הפקר ואין בה לא תרומה ולא מעשרות כלל לא ראשון ולא שני ולא מעשר עני: *anno remissionis omnia funt communia*, *neque in eo solvendæ neque Thruma nec decimæ*, *non primæ*, *non secundæ*, *non etiam pauperum decimæ*. Sed id proprie nunc non agimus, ut variarum decimarum tempus hic definire velimus, id ex professo infra fiet, ubi de prima, secunda & pauperum decima etiam de variis controversiis super harum decimarum temporibus, inter Philologos agitatis, dscendum erit; hic autem solum inquirimus in quale anni cujusque tempus, frugum variarum terræ decimatio inciderit.

IV. Variæ igitur fruges terræ, varium habuerunt decimationis suæ tempus, prout diversis anni temporibus ad snam pervenerunt maturitatem. Quarundam mentio fit in Tractatu Mischnico ראש השנה seu *de principio anni*, ubi *cap.* I. §. I. quatuor anni principia recensentur, quæ hæc sunt: באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה רבי אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות ולנטיעה ולירקות באחד בשבט ראש השנה לאילן כדברי בית שמאי בית הלל אומרים בחמשה עשר בו: Quæ ex Cl. Hottingii versione hunc sensum habent: *Primo die mensis Nisan* (Martii) *Regum & festorum*, (vox Rabbinica speciatim denotat, tria festa majora, Paschatis, Pentecostes & Tabernaculorum ad quæ Israelitæ omnes qui poterant, pedibus Hierosolymas ire & ibi coram Domino comparere debebant) *principium anni est*; *primo die mensis Elul* (Augusti) *novus annus est pecoris decimandi*. *R. Eliesir & R. Simeon in primum Tisri incidere statuunt*; *primo die mensis Tisri* (Septembris novilunio) *est caput anni ad fingendos annos* (a muudi creatione juxta quosdam numerandos) *& intermissiones & Jubilæa*, *simulque novus annus est plantationis omnium arborum & herbarum*. *Quartum denique anni principium incidit in primum mensis Schebat* (Januarii novilunium) *quod est pro arboribus*, *secundum sententiam Scholæ Schamai*, *Hillelis vero schola decimo quinto die statuit*. Non cogitamus in totam hanc *Mischnam*, muitiplici materia refertam commentarinm scribere, sed ea solum, quæ ad decimationis tempus investigandum pertinent, tangemus. Id tamen quoad seriem mensium Hebræorum, qnatenus cum nostris conveniunt, præmnnendum putamus nihil certi statni posse, quandoquidem anni Judæorum & menses inæqnalis sunt mensuræ; ita mensis *Nisan* ordinarie cum nostro Martio convenire dicitur, sed si annus per insertionem mensis ואדר seu *secundi Adar*, fit intercalaris, mensis *Nisan* tum incidit in *Majum* nostrum & ita in sequentibus;

igi-

igitur imposterum, ubi de mensibus nobis sermo erit, Hebræis appellationibus utemur.

V. Prætermisso principio anni quoad bestias decimandas, de quo suo loco, nunc de principio anni נטיעה *plantationis* arborum dicemus, quod Mischna in novilunium mensis Thisri statuit. Hoc tangit potissimum legem illam quæ Levit. XIX. 23. de præputio arborum habetur, *Quum veneritis in terram istam & plantaveritis, quamcunque arborem, cujus fructus comestibilis, ejus præputium putabitis, præputium fructus ejus, tribus annis sint vobis præputiata nihilque eorum comeditor*. De nullius arboris fructu, tribus prioribus plantationis suæ annis, usum capere licebat, quarto autem anno fructus erat res sancta, & juxta jura decimarum secundarum, Hierosolymis debebat comedi, vel etiam redimi addita quinta parte. *Maimon. Hilcoth. Maas. Scheni c.* IX. §. I. 2. נטע רבעי הרי הוא קודש שנאמר ובשנה הרביעית יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה ודינו להאכל בירושלם לבעליו כמעשר שני והרוצה לפדות נטע רבעי פודהו כמעשר שני ואם פדהו לעצמו מוסיף חומש ואין פודין אותו עד שיגיעו לעונת המעשר שנאמר להוסיף לכם תבואתו עד שיעשה תבואה: *Planta quarti anni omnino sancta est, quia dicitur* (Levit. XIX. 24.) Anno quarto esto omnis fructus ejus res sancta laudationum Domini; *& jura ejus sunt, ut comedatur Hierosolymis a possessoribus ejus quemadmodum decimæ secundæ. Qui vero hanc quarti anni plantam redimere voluerit, quemadmodum decimas secundas, eam quidem potest, si pro se ipso, redimere, sed addet quintam partem, non autem redimet, donec acce sseris decimationis tempus, quia dicitur:* (v. 25.) & ad augendum vobis proventum ejus, *i. e. donec fiat proventus*. Igitur quatuor annis prioribus arborum fructus de decimis non tenentur, sed quinto demum a plantationis anno decimantur. Cœterum quod ad alia plantæ quarti anni jura, ea omnia quam exactissime *Reverendus Patruelis J. H. Hottingerus*, in peculiari de ea dissertatione Marburgi habita, descripsit, quo lectorem ablegamus; paucis hæc tantum indigitare voluimus, quia ad decimationis arborum tempus pertinere visa nobis sunt. conf. *Misch. Maas. Scheni c.* V. *Peah.* VI. 6. *Edit.* IV. 5. *Maim. Hilc. Maas. Scheni c.* IX. I. *sqq.*

IV. Quando itaque arbor ante quatuor annos plantata, quinto anno fructus suos proferat, illi tunc primo legi de decimis subjiciebantur, & quidem anni illius mense *Shebat*, qui ad fructus arborum, juxta supra citata *Mischna* verba, decimandos constitutus erat. Sed quo die hujus mensis arborum decimandarum tempus sit, inter *Beth Hillel* & *Beth-Schammai* non convenit; *Schammai* illud statuunt mensis *Shebath* primo die; *Hilleliani* autem ejusdem decimo quinto die, quorum etiam sententia receptior est; de eo *Maim. ad Mischn. Rosch Haschana c.* I. §. I. tale profert exemplum: si arbor plantata fuerit, quinto decimo die mensis *Ab* in anno vigesimo quinto, quod restat de anno vigesimo quinto, computari debet pro anno plantatæ arboris primo & annus vigesimus sextus, pro anno secundo & vigesimus septimus pro tertio anno, & hi sunt tres anni præputii, id tamen adhuc durat, usque ad quintum decimum diem mensis *Schebat* anni vigesimi octavi; ante diem decimum quintum mensis *Schebat* in anno vigesimo nono, ab eo tunc fructuum illius arboris decimandorum tempus inchoat. conf. *R. Obad. de Bartenora* ad eundem locum. Quod ex ejusmodi tabella conspici potest:

Arboris plantatæ
die X. mensis Ab anno XXV. usque finem anni illius numeratur annus I.
anno XXVI. annus II.
anno XXVII. annus III.
Hi sunt anni præputii arboris & extenduntur usque ad XV. Schebat anni XXVIII.

Abinde usque ad XV. Schebat anni XXIX. subjicitur juribus plantæ quarti anni; & dein in sequentibus decimis.

VII. Cujuscunque ergo arboris fructus ad diem XV. *Schebat* maturescunt, de decimis tenentur, ante quarum solutionem nullus usus erat capiendus. Sed cum non omnes arbores uno eodemque tempore, quædam ante, quædam autem post nominatam XV. *Schebat* ad suam perveniant maturitatem idcirco Magistrorum statutum est, ut quarum arborum fructus ante dictum diem maturuerint recenseantur ad annum præcedentem, quarum vero post, pro illius anni fructibus decimandis non tamen sine distinctione habeantur. Sic in *Gem. Hierosol. Scheviit. f. m.* X. *col.* 2. legitur. רבן שמעון בן גמליאל אומר אילן שחנט קודם חמשה עשר בשבט מתעשר לשעבר לאחר חמשה עשר בשבט מתעשר לבוא תני אמר רבי נחמיה במה דברים אמורים באילן שהוא עושה שתי גרנות בשנה אבל שהוא עושה גרן אחד בשנה כגון זיתים ותמרים וחרובין אף על פי שחנטו קודם לזמן הזה הרי הן כל עתיד לבא: *R. Schimeon Ben Gamaliel dicit:*

arbor fructus protrudens ante xv. *Schebat decimatur pro anno præterito; si post* xv. *Schebat protrudat, decimatur pro anno futuro:* (v. jam instante) *dixit R. Nehemia, quomodo hæc verba dicta sunt? de arbore, quæ in uno anno duas habet areas, sed quæ unam tantum habet aream in anno, quemadmodum olivæ, dactyli, siliquæ, quæ, quamvis protrudant ante dictum tempus, semper tamen decimantur pro anno futuro.* Tenenda omnino hic est distinctio arborum שתי נורן אחר נורנות *unam aut duas areas habentium;* sunt nempe quædam arbores quorum fructus non semel omnes sed diverso quandoque tempore maturescunt, & pro sua maturitate colliguntnr & ad decimas tenentur, ejusmodi arbores duas areas, quarum fructus simul maturescunt simulque colliguntur unam habere dicuntur aream. Hunc in modum verba hæc explicat *Glossator* ad l. c. שתי נרונות שאין פירותיו נלקט כפעם אחר א׳א שתי פעמים ועושין שתי נרונות לכל לקיטה נורן בפני עצמו ואותן שחנטו קודם חמשה עשר עשה להן נרן לעצמה עד כאן אמרינן אילו מתעשרין לשעבר ואילו להבא אבל אילו שהוא עושה נורן אחר בשנה אפילו שחנטו קודם חמשה עשר עומדין על האילן עד נמר כל הפירות ונלקטין כאחר ועושה להם נרן אחר מתעשר להבא עם אותן שחנטו אחר חמשה עשר בשבט: *Duæ areæ, id est, quando fructus ejus non una sed duabus vicibus colliguntur, tunc faciunt duas areas, quævis collectio facit aream pro se ipsa, & qui protruderunt ante* xv. (Schebat) *quoque aream faciunt pro se ipsis, ideo dicunt quod illi decimentur pro præterito, hi vero pro instante anno; Illi vero qui faciunt aream unam in anno, quamvis protruderint ante* xv. (Schebat) *manent supra arborem donec fructus omnes sunt maturi & simul colliguntur; illi tunc faciunt aream unicam, & idcirco decimantur pro anno instanti, cum illis qui protruderunt post* xv. *mensis Schebat diem.*

VIII. Tempus autem hoc, scilicet xv. mensis Schebat, pro *arboribus* decimandis constitutum est, non ac si omnium omnino arborum fructuum maturitas in id inciderit, quemadmodum etiam statim diximus fieri quandoque posse, ut quidam ante, quidam autem post ipsum diem ad perfectam suam maturitatem perveniant; ita sunt etiam aliæ arbores, quarum fructus alio mense maturescunt, prour itaque *maturitatis*, ita etiam *decimatinis* tempus variat; de quo in *Gemara Hierosol. Scheviith fol. cit.* hæc leguntur: אילן שחנט קודם ראש השנה של עולם מתעשר לשעבר ולאחר ראש השנה של עולם מתעשר לבא התיב רבי יוה בר פריא קומי רבי יונה הרי חרובין הרי הן חונטין קודם ראש השנה של עולם והן מתעשרין לבא אמר רבי יוסי חביא שליש לפני ראש השנה של עולם מתעשר לשעבר אחר ראש השנה של עולם מתעשר לבא התיב רבי זעירא קומי רבי יוסי פעמים שהשנים מאפילות ותמרים מטילות שאור אחר ראש השנה של עולם והן מתעשרין של שעבר רבי יוחנן ורבי שמעון בן לקיש רבי יעקב בר אחא בשם שמואל בר אבא הביא שליש קודם חמשה עשר בשבט מתעשר לשעבר אחר חמשה עשר בשבט מתעשר לבא: *Arbor quæ fructum suum protrudit ante initium anni mundi* (h. e. ante initium mensis Tisri, quo mense mundus a Judæis creatus creditur) *decimanda est pro anno præterito: si post initium anni mundi, tum decimatur pro anno ineunte. Respondit R. Judan bar Pedaja coram R. Jona: Ecce siliquæ illæ protrudunt ante initium anni mundi & illæ decimantur pro anno insequente. Dixit R. Jose, si produxerit tertiam partem ante initium anni mundi decimatur pro anno præterito, si post initium anni mundi decimatur pro futuro. Respondit R. Zeira coram R. Jose: aliquando dactyli partem fructus sui producunt post initium novi anni mundi & illæ decimantur pro anno præterito. Raban Jochanan & R. Simeon ben Lakisb, R. Jacob bar Acha nomine R. Samuel bar Abba: si producat tertiam partem ante* xv. *diem Schebat decimatur pro anno præterito, si post* xv. *Schebat tum decimatur pro anno futuro.* Atque hæc iterum nituntur distinctione præcedenti paragrapho explicata qua arbores quæ unam & quæ duas habent areas distinguuntur, ut denuo citatus Glossator ad hæc verba monet. Conf. *Gem. Hierosol. Rosch. Haschana fol.* LVII. *col.* I. & *Gem. Babylon. Rosch Haschana fol.* XII. *fac* I. 2.

IX. Sunt insuper arbores, quarum fructus etiam in mense Sivan æstatis tempore maturescunt, quemadmodum ficus; Ita in *Mischna Nedarim* VIII. 4. בקייץ *in æstate* tempus esse colligendarum ficuum in canistra; ubi *Maimon* notat, קייץ quidem notare æstatem sæpissime tamen apud vulgus tempus quo ficus erant maturæ & eas comedere incipiebant, indicara. Sed æstatis tempus apud Judæos a dimidio mensis *Sivan* inchoat. Circa idem ferme tempus, uvæ, olivæ, malogranata, dactyli ad perfectionem suam pervenerunt, quæ frugum species sunt de quibus *primitiva* Hierosolymas, festo Pentecostes erant adducenda: vid. *Mischna Biccurim c.* I. 2. hæ autem fruges, nisi viæ longinquitas id

id prohibuisset, recentes afferri debebant, quod argumento est tum fuisse earum maturitatis tempus, juxta quod tunc earum decimatio instituenda erat: de quo infra, quando explicabimus in quo statu fruges ad decimas fuerint determinatæ vel quænam earum sit area (ut Judæi loqui amant) ad decimationem, plura specialius dicemus.

X. Pergimus de Tempore *frumenti* decimandi, dicturi. Ad illud certius investigandum, observari meretur duplicem Judæos habuisse messem, unam *hordeaceam*, alteram *triticeam*; atque utriusque in Sacra Scriptura distincta passim fit mentio, & *hordeacea* quidem prior, *triticea* vero tempore posterior erat. Hinc hordeacea 2. Sam. XXI. 9. קציר בראשנים תחלת קציר שערים *Prima messis principium messis hordeaceæ* vocatur. Ruth quando veniebat Bethlehemum erat בתחלת קציר שערים *in principio messis hordeaceæ*. Ruth. I. 22. & cap. II. 23. dicitur Ruth apud ancillas Boasi fuisse השערים וקציר החטים *donec absoluta esset messis hordeacea & messis triticea*. Conf. Gen. XXX. 14. Exod. XXIV. 22. Jud. XV. 1. 1. Sam. VI. 13. XII. 17. Apocryh. Judith. VIII. 2. *Misna Nedarim.* VIII. 14. Ita ipsos quoque Romanos messem in *hordeariam* & *triticeam*, quæ in menses Junium & Julium incidant, distinxisse, videri potest in *Inscriptionibus Gruteri fol.* 138.

XI. Incidebat autem prior hæc messis *hordearia* in mensem *Nisan*, qui in sacris nomine appellativo vocatur אביב Exod. XIII. 4. & primus est anni sacri. Exod. XII. 2. Atque ideo hic mensis *Abib* vocatur, quia in illo hordei spicæ ad suam perveniebant maturitatem. Hinc Exod. IX. 31. dicitur grandinem illam Ægyptiacam hordeum læsisse, quia erat אביב *spicatum*: Triticum autem & Zea non erant læsa, quia erant אפילול *serotina*. v. 32. Ita *Plinius* quoque *lib.* XVIII. *cap.* 7. scribit: *In Ægypto hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur*. Et circa idem quoque tempus, nempe in mense *Nisan* hordei colligendi apud Judæos tempus erat: Ideo altero post Paschatis festum die, qui erat XVI. mensis *Nisan*, manipulus ex hordeo עומר dictus demetebatur, etiam עמר תנופה *manipulus agitationis* Levit. XXIII. 15. & dies ipse יום הנף *dies agitationis* manipuli appellatur. *Misch. Succa* III. 12. Erat hic manipulus ראשית קציר *primitiæ messis* Levit. XXIII. 11. *Mischn. Challa.* I. 1. ante cujus agitationem & oblationem falcem in segetem immittere non licuit. Solennes certe admodum erant ritus manipuli hujus demetendi, qui prolixius in *Mischna Menachoth* X. 3. describuntur; cujus omnes vel minimæ etiam circumstantiæ, totam Servatoris nostri passionem, quam exactissime adumbrarunt, ut clariorem illius typum in V. T. vix inveniri posse putem; sed nunc huic non immorabimur. Hoc igitur manipulo tota secutura messis sanctificabatur & eo rite oblato ipsa messis inchoabatur; & sic *Josephus Antiq. Jud. lib.* III. *cap.* 10. Καὶ τότε λοιπὸν δημοσίᾳ ἔξεστι πᾶσι καὶ ἰδίᾳ θερίζειν, *& ex eo deinceps publice omnibus & privatim metere licet*. Confer *Misn. Menachot.* X. 5.

XII. Hordeaceam hanc messem post insecuta est *triticea*, quæ prope ad festum usque Pentecostes, quod L. die post Paschatis celebrandum erat, extendebatur, hinc illud חג קציר *festum messis* Exod. XXXIII. 16. vocatur; messis nempe *triticea*, quæ κατ' ἐξοχὴν קציר apud Judæos audit. *Mischn. Nedarim.* VIII. 4. vel etiam ita vocabatur, quandoquidem in illo ex novo tritici proventu שתי הלחם *duo panes*, in gratiarum actionem pro feliciter absoluta messe, offerebantur. vid. *Misn. Menachot.* IX. 4. 9. *Eracin.* II. 2. festum autem Pentecostes incidebat in mensem *Sivan*, sic ut totum messis tempus intra duo illa festa Paschatis nempe & Pentecostes, vel a dimidio *Nisan* usque ad dimidium *Sivan*, & sic intra duos menses absolveretur, quemadmodum omnes tempestates, quales in anno Judæi sex, nempe זרע חורף קור קציר קיץ חום *sementis, hyemis, frigoris, messis, æstatis & caloris*, numerant, singulæ duos habent menses; de quibus legitur in *Misna Nedarim* l. c. & *Gemara Bava Mezia fol.* CVI. 2. Non inconveniens fore puto si illarum tempestatum tabellam, ex *Celeberrimi Polyhistoris & Philologi Dn. Hadriani Relandi* Præceptoris mei fidelissimi, Patroni atque Fautoris summe mihi honorandi, exactissima *Antiquitatum Hebræarum Delineatione*, quam nuperæ ejus editioni, dimidiam partem auctæ p. 399. inseruit, pace illius Viri hic exhibuerim:

זרע *Sementis.*	Dimidium Tisri. Marchesvan. Dimidium Cisleu.
חורף *Hyems.*	Dimidium Cisleu. Tebet. Dimidium Schebat.
קור *Frigus.*	Dimidium Schebat. Adar. Dimidium Nisan.
קציר *Messis.*	Dimidium Nisan. Ijar. Dimidium Sivan.
קיץ *Æstas.*	Dimidium Sivan. Tammuz. Dimidium Ab.
חום *Calor.*	Dimidium Ab. Elul. Dimidium Tisri.

Divisio hæc varium & multiplicem tum in Sacris tum etiam Thalmudicis locis explicandis, bene observata, habet usum, quem utrumque etiam idem Celeberrimus Vir l. c. doctissime ostendit; & illa quoque in nostra quam tractamus materia observatu digna est, exinde enim tam sementis quam messis tempus accuratius cognoscitur.

XIII. Ex his, quæ hucusque de duplici Judæorum messe, ejusque diverso tempore diximus, facile tempus *decimandi frumenti* colligi potest, incboasse nempe illud, a festo Paschatis, scilicet medio mensis *Nisan*, quando prior hordeacea messis suum habebat initium, tum nempe hordeum & postmodum quoque triticum aliaque frumenti genera tum temporis collecta, legi de Decimis subjiciebantur: non quidem statim decimæ, iis ad quos pertinebant erant solutæ, versabatur frumentum adhuc tamdiu possessorum manibus, donec opus ipsius plene fuerat perfectum, de quo mox dicemus; Verum ab illo tempore nullus usus de frumento, donec Therumoth & decimarum solvendarum tempus accesserit, legitime capiendus erat, & in tantum decimationis ejus tempus accessisse dici potest.

XIV. Tempus autem hocce tum messis duplicis tum decimarum ordinarium, nisi quandoque illud per cœli inclementiam matutitatem frumenti cohibentem impediretur, constitutum fuit. Accidit, ut Anuus intercalatus fuerit, quod fiebat per insertionem mensis inter *Adar* & *Nisan*, quem אדר שני vel ואדר vel etiam אדר בתראה Judæi appellare solent; hujus autem intercalationis variæ exstiterunt causæ, in *Gem. Sanhedrin fol.* 11. *col.* 1. & *Maim. Hilc. Rosch Chodesch.* IV. 1. sq. recensitæ: veluti si viæ & pontes ad Hierosolymam ducentes refici debebant; si furni paschales pluvia ita vitiati fuissent, ut ad usum inepti essent; si Judæi exules in via impediti stato tempore Hierosolymis adesse non poterant: sed hæ leviores sunt intercalationis causæ, propter quas solas, nisi concurrerent aliæ graviores, vix annus intercalabatur. Præcipuas autem rationes *Gemarici* & *Maimon. ll. cc.* tres recensent; verba *Maimonid.* §. 2. hæ sunt: על שלשה סימנין מעברין את השנה על התקופה ועל אביב ועל פירות האילן: *propter tres potissimum causas annus instituebatur intercalaris; propter Æquinoctium, propter segetem & propter fruges arborum.* Primo על התקופה *propter æquinoctium*, quando nempe Synhedrium ex tabulis astronomicis deprehenderet æquinoctium vernum XVI. *Nisan* futurum esse aut postea, annum intercalabant; hæc si causa aderat, illa sola ad annum intercalandum sufficiebat, neque ulla alia requirebatur. Secundo על אביב *propter segetem*, si nempe hordeum tardius proveniret, quam ut die secundo Paschatis manipulus offerendus meti posset. Tertio על פירות האילן *propter fructus arborum*, si scilicet arbores, quarum בכורים (de quibus supra diximus solere quasdam circa illud tempus maturescere) in festo Pentecostes offerri debebant, baccas suas nondum, ut solebant, profudissent. Sed quoad frugum maturitatem non opus erat, ut illæ in tota Israelitica terra essent dicto tempore maturæ, id solum in tribus observabatur provinciis, veluti in Judæa, trans Jordanem & Galilæa; si in harum duabus maturæ essent fruges, nihil intercalabatur, licet in provincia tertia maturitatem nondum habeant; Verum si ad maturitatem seges vel arborum fructus pervenerint, in unica tantum ex hisce tribus provinciis, annus erat intercalandus. Statim igitur cum hæ causæ adessent, Synhedrii præses, cujus in hocce negotio summa erat authoritas, una cum aliis ad minimum tribus, vel etiam septem membris, intercalationem decernit, atque ejus jussu literis publicis ad Judæos procul degentes scriptis, promulgabatur; additis intercalationis causis. Harum literarum formula extat *Gem. Hieros. Sanhedr. fol.* XVIII. 4. *Babylon. Sanhedr. fol.* XI. 2. *Gem. Hieros. Maaser. Scheni fol. m.* XVI. *col.* 1. quam recensuit *Cl. Seldenus Tractatu de anno Civili Veterum Judæorum.* *Cap.* IX. *p. m.* 54. Quia autem propter hanc anni intercalationem, ex supra recensitis causis in-

institutam, messis differebatur, ut toto mense tardior esset, hinc etiam ordinarium alias decimationis frumenti & quarundam arborum frugum tempus differendum erat.

XV. Tempus tam fructuum arborum quam frumenti decimandi jam aliquo modo indicavimus; juxta scilicet maturitatem ad quam diverso tempore pervenire solent, tum enim aliquod decimationis tempus inchoabat. Sequitur nunc ut propius hocce tempus investigemus, atque quo in statu quæque frugum species ad Decimas inde solvendas determinata fuerit, indigitemus. Id autem tempus dupliciter considerari potest: unum vocatur עונת המעשרות *tempus decimationis*, alterum גורן *Area* rerum decimandarum. Quod speciatim vocant עונת מעשרות *tempus decimationis*; id initium suum habebat a frugum maturitate earumque perfecta magnitudine; hunc in modum tempus hocce definit *Maimon. Hilc. Maaseroth. cap.* II. 5. אי זו היא עונת המעשרות משיגיעו הפירות להזריע ולצמוח הכל לפי מה שהוא הפרי: *Quodnam est tempus decimationis? en quo fructus eo pervenerunt ut semen faciant & in totum progerminarint pro variis fructuum speciebus.* Statim igitur ac fructus ad suam perveniunt maturitatem & comestibiles fieri incipiunt eorum עונת *Tempus* decimationis incipit; tunc equidem nondum sunt in eo statu ut decimæ ex illis solvantur, sed ab eo tempore quo perfecte progerminarunt, non licet in ordinarium & communem illos adhibere usum, quamvis de iis accidentaliter, inter hoc & alterum decimationis tempus, edere non fuerit interdictum, quemadmodum infra prolixius, ubi de *comestione* decimandarum rerum agemus, audiemus. Sunt autem diversa in diversis frugibus signa, ex quibus decimationis earum tempus cognoscitur: Ita tempus decimationis ficuum est, ex quo factæ sunt molles & esui convenientes post XXIV. horas ab hora collectionis: uvarum tempus est ex quo grana eorum apparent ab extra: dactylorum ex quo intumescunt ad instar fermenti: nucum, amygdalorum & omnium quæ corticem habent decimandorum, tempus est postquam fecerunt corticem interiorem, parti comestibili adhærentem: Frumenti, ex quo tertia parte maturuit; olerum tempus variat: quæ omnia in *Mischna Maaseroth. c.* I. 2. *sq.* & *Maim. Hilc. Maaseroth. cap.* II. prolixius legi possunt, allata exempla speciminis loco sufficere posse putamus, ex quibus quid & quando עונת המעשרות *Tempus decimationis* sit, facile satis dignosci potest.

XVI. Aliud decimationis tempus Judæi vocabulo גורן exprimere solent; ita in *Mischna Maaseroth.* I. 5. quæritur: איזהו גרנן למעשרות, *quænam est eorum* גורן *quoad decimas?* In Sacris hæc vox notat, *horreum*; Genes. L. 10. 2. Sam. XXIV. 16. Num. XV. 20. Ruth. III. 2. & passim alibi: jungitur quandoque cum יקב *torculari* Num. XVIII. 27. 2. Reg. VI. 27. Deut. XVI. 13. &c. & sic proprie sumitur de *area frumenti*, sed apud Rabbinos omnibus fructibus etiam oleribus accommodatur, nec solummodo illis verum etiam pecoribus, ad tempus, quo decimari debent indicandum: vid. *Misch. Schekalim.* III. 1. quando itaque quæritur quænam sit גורן area horum vel illorum fructuum, idem est ac si quæreretur: מאימתי הפירות חייבות במעשרות: *Undenam occipiunt fruges ad decimas solvendas teneri? Misch. Maas. c.* I. 2. quamvis hæc quæstio potius de priori decimationis tempore intelligi debeat. Indicat ergo hæc vox statum frugum decimandarum, in quo ad decimas solvendas determinatæ, esuique prorsus illicitæ sunt, nisi persolutis prius decimis: Hunc in modum explicant *R. Moses Ben Maimon. & R. Obad. de Bartenora ad loc. cit.* §. 5. איזהו גרנן למעשרות אימתי הוקבעו הפירות למעשר ואסור לאכול מהן עראי כמו התבואה בגורן שאעפ׳ שהגיעו הפירות לעונת המעשרות עדין מותר לאכול מהן עראי עד שיהיא גרנן למעשרות: *Quænam est area pro decimis? i. e. quando fructus sunt determinati ad decimationem, vetitum enim est comedere de iis accidentaliter: quemadmodum de proventu in area; & si accesserint fructus ad decimationis tempus, tum adhuc licet de iis comedere accidentaliter, donec aderit area ipsorum ad solvendas decimas*: confer quæ de duplici quarundam arborum area supra §. VII. diximus. Aliter Judæi hanc aream per נגמר מלאכתן *ultimum circa fruges opus*, exprimere solent, quo absoluto res in vero ad decimandum statu & altero tempore posterius quod עונת המעשרות *Tempus decimationis* appellatur, nam abinde donec omne frugum opus plane perfectum sit, de illis aliquo modo edere & usum capere licebat, sed post operis perfectionem non item; sic quando frumentum trituratum vel alio modo præparatum, ejus tamen opus perfectum non dicitur donec plene ventilatum sit; Ita *Maim. Hilc. Maaseroth.* III. 1. פירות שהגיעו לעונת המעשרות ונתלשו ועדין לא נגמר מלאכתן כגון תבואה

תבואה שקצרה ודשה ועדיין לא זרה אותה ולא מרחה מותר לאכול מהן אכילת עראי עד שתגמר מלאכתן ומשתגמר מלאכתן אסור לאכול מהן עראי: *Fructus, quorum decimationis tempus accessit & evulsi sunt, attamen opus eorum nondum perfectum est, e. g. frumentum quod decurtatum & trituratum sed adhuc nondum ventilatum neque expurgatum est, de eo accidentaliter edere licet donec opus plene fuerit perfectum ex quo autem perfectum est, accidentaliter de eo edere vetitum est.*

XVII. Area autem hæc & perfectio operis frugum a Judæis accurate definita est. De frumenti area statim & supra Exercit. 112. §. v. in explicatione vocis דגן ex Deut. XIV. 22. diximus, eam esse quando frumentum a spicis separatum & ventilatum est. *Maimon ad l. c.* §. 13. התבואה משימרח אם אינה מירחה עד שיעמיד ערימה: *frumenti* (opus perfectum est) *ex quo ventilatum, si vero non ventiletur ex quo in cumulum coactum est.* De vini & olei area ad decimandum supra quoque §. VII. VIII. nonnulla, ubi voces תירוש & יצהר explicuimus, dicta sunt; illius nempe area est postquam in dolium repositum & adhuc in eo sunt grana acinorum super dolii superficiem; hujus autem ex quo descendit in ejus expressione in lacum vel foveam. Leguminum opus perfectum dicitur quando sunt cribrata, si autem non cribrentur, ex quo sunt ventilata; oleris quod ligari solet ex quo ligatum est, si non ligetur ex quo vas plenum collectum est; Melonum ficuum & uvarum ex quo dispositæ sunt in tabulato. Et sic omnia, quæ in eo statu sunt, ut ad ipsorum perfectionem vel aptationem nihil addi possit sed ad communem usum idonea, ea ad decimas in totum sunt determinata, estque tunc גורנן למעשרות *area ipsorum ad decimationem.*

XVIII. Absolutis iis quæ de vario decimationis terræ fructuum tempore dicenda habuimus, nunc de rerum decimandarum ante solutas inde decimas, *comestione* dicere, pergemus, an & quomodo accedente decimationis tempore de frugibus comedere licitum fuerit, inquisituri. Varia sunt & multa quæ de hac comestione Judaici juris Doctores congesserunt, illa tamen omnia referre, non putamus fore operæ pretium, potiora solum, ordine quodam, qualem concinnum arbitramur, delibabimus. Quando igitur accessit עונת המעשרות *tempus decimationis*, hoc est, quando fructus eo quo §. XV. diximus modo maturescere incipiunt, tum illi ad folvendas inde decimas determinati sunt, eosque tum statim in communem & ordinarium adhibere usum, atque pro lubitu de illis edere, licet comestibiles fuissent non licuit nisi prius decimaverit. Verum ab hoc tempore usque dum fructuum opus plene perfectum sit, aliqualis comestio non erat prohibita, quam Magistri אכילת עראי *comestionem accidentalem*, appellant, eamque *R. Mos. Ben Maimon. Hilc. Maaseroth*. c. III. §. 19. hunc in modum describit: כיצד היא אכילת עראי כגון שהיה מקלף שעורים ואוכל מקלף אחת אחת ואם קלף וכנס לתוך ידו חייב לעשר היה מולל מלילות של חטים מנפה מיד ליד ואוכל ואם לתוך חיקו חייב לעשר ואין צריך לומר אם ניפה בכלי שאין זה עראי וכן נוטל מן היין ונותן לקערה לתוך תבשיל צונן ואוכל אבל לא לתוך הקדרה אף על פי שהיא צוננת מפני שהיא כבור קטן וכן סוחט זתים על בשרו אבל לא לתוך ידו וכן כל כיוצא בזה: *Quænam est comestio accidentalis? verbi gratia, si quis decorticet hordeum, edere ei licet si decorticet singulatim, si autem decorticet & imposuerit manui suæ, tenetur de decimis. Fricanti spicas tritici & agitanti eas manu in manum edere licet, agitans vero in sino suo, de decimis tenetur, multo magis si agitaverit in vase, quia id non fit accidentaliter. Ita qui sumit vinum idque fundit in scutellam ad coquendum, ei, si frigidum sit, de eo edere licet, sed non licet fundere in ollam licet frigida illa sit, quia illa habetur ut parvum torcular. Item qui exprimit olivas super carnem, licet, sed super manum vetitum est; Et ita in similibus.* Eodem quoque modo de frugibus nondum perpolitis bestiis etiam feris & volucribus pabulum præberi potest; ut *Maim. ibid.* §. 20. tradit; conf. *Mischn. Peah* c. 1. §. 6.

XIX. Sunt autem hujus *comestionis* rerum nondum decimatarum varii casus. Si quis habuerit ficum plantatam in atrio, de ejus fructibus, quando decimationis tempus accessit, edere quidem licet, sed nonnisi singulatim unam ficum post aliam, si vero voluisset adjungere, id non poterat nisi prius decimasset; De vite quoque in atrio plantata totam simul uvam abscindere & edere vetitum, sed acinos singulatim licitum erat: quæ *Maimon. l. c. cap.* IV. 15. 16. 17. plenius ita explicat: תאנה העומדת בחצר אוכל תאנה אחת אחת ופטור ואם צרף חייב במעשר במה דברים אמורים בשהיה עומד בקרקע אבל אם עלה לראש התאנה ממלא חיקו ואוכל שם שאין אויר חצר קובע למעשר. היתה עומדת בחצר ונוטה לגנה הרי זה אוכל מגנה בגנה

כננה כדרכו כאילו היתה נטועה בננה היתה נטועה כננה ונוטה לחצר הרי זו כנטועה בחצר שאינה אוכל שם אלא אחת אחת. גפן שנטועה בחצר לא יטול את כל האשכול ויאכל אלא סנרגיר אחר אחר. *De ficu in atrio stante singulatim edere licet, si vero conjungat tenetur de decimis. Sed quomodo hæc verba intelligenda sunt? si ille qui ficus comedere velit, stet in terra, sed si ascendat in arboris summitatem, sinum suum implere eique edere licet, quia atrii aer non determinat ad decimandum. Si stet in atrio & inclinet in hortum tunc de illa edere licet, quemadmodum moris est edere de iis quæ in hortis plantata sunt; si plantata sit in horto, & inclinet in atrium, ecce tum habetur ac si plantata esset in atrio & idcirco non licet edere ibi nisi singulatim. De vite in atrio plantata botrum totum sumere eumque edere non licet, sed solum acinos singulatim.* Et eadem quoque ratio est aliorum, ut malogranatorum, melonum &c. si singulatim ad comestionem colligantur, de iis sine decimatione comedere licebat, sed si hosce ac similes fructus simul collegerit, de iis, antequam decimas solverit, edere prohibitum erat.

XX. Quosque *operariis* in frugibus aptandis ac perficiendis occupatis comedere licitum fuerit, non uno modo statuitur. Tradita idcirco de horum comedendi licentia regula aliqua generalis in *Mischn. Maaseroth. c.* II. §. 7. האוכל מן התורה פטור ושאינה אוכל מן התורה חייב *qui comedit ad præscriptum legis immunis habetur qui vero ad præscriptum legis non comedit ille tenetur.* Legis autem præscriptum de comestione habetur Deut. XXIII. 25. *Quando veneris in vineam proximi tui ac comederis uvas juxta desiderium tuum saturaveris.* Quem locum Judæi non de viatoribus, sive iis, qui ex occasione proximi vineam ingrediuntur, sed de *operariis*, qui ex hac lege de iis frugibus in quibus operantur comedere possint, explicant. Plenior hujus comestionis legalis explicatio habetur in *Misn. Bava Metzia c.* VII. §. 2. ואלו אוכלין מן התורה העושה במחובר לקרקע בשעת גמר מלאכה ובתלוש הקרקע עד שלא נגמרה מלאכתו בדבר שגדלו מן הארץ ואילו שאין אוכלין העושה במחובר לקרקע בשעת שאין גמר מלאכה ובתלוש מן הקרקע מאחר נגמרה מלאכתו ובדבר שאין גדולו מן הארץ: Quæ ex Celeb. L' Empereur translatione latine sic sonant: *Et hi comedunt ex lege: si quis operatur in eo quod solo conjunctum est in tempore perfectionis, & in eo quod solo conjunctum antequam perfectum est opus, in re cujus incrementum est e terra. Hi vero non comedunt, si quis operetur in eo quod solo conjunctum est in tempore quo nondum perfectum est opus, & in eo quod e solo evulsum est postquam opus perfectum est & in re cujus incrementum non est e solo.* Igitur cuivis *operario* de frugibus in quibus laborat, tantum quantum lege citata permissum est, inter laborandum edere licet, idque tamdiu donec fructuum opus plene perfectum fuerit. Non male a Judæis hæc licentia de rebus decimandis edendi, comparatur cum lege illa quæ Deut. c. c. v. 4. extat, *bovi trituranti non obturabis os:* quemadmodum igitur bovi inter triturandum de evulsis cibum permittere licitum (de fructibus enim velfrumentis nondum perfectis pabulum quoque præbere licitum est bestiis, conf. *Maimon. Hilcoth. Maaseroth.* III.) ita quoque operario, in perficiendis frugibus occupato de iis gustare non est vetitum.

XXI. Verumtamen hæc operariorum comestio variat suosque habet limites, neque pro lubitu comedere licuit. De quo in *Mischna Maaseroth.* II. §. 7. השוכר את הפועל לקצות עמו בתאנים אמר לו על מנת שאוכל תאנים אוכל ופטור על מנת שאוכל אני ובני (ביתי) או שאכל בני בשברי הוא אוכל ופטור ובנו אוכל וחייב על מנת שאוכל בשעת הקציעה ולאחר הקציעה בשעת הקציעה אוכל ופטור ולאחר הקציעה אוכל וחייב שאינה אוכל מן התורה: Quæ Cl. Gusius ita transtulit: *Conducente quopiam operarium ut secum ficus pandat, si ille sic pactus est;* Ea conditione ut liceat mihi de ficubus comedere, *comedere tamen potest & immunis erit.* Ea conditione ut comedam ego & filius meus, (*vocem* ביתי *in Talmude Hierosolymitano & MSS. rectius omitti, observat Cl. interpres*) *vel* ut comedat filius meus pro mercede mihi debita, *ipse comedit immunis, filius si comedat tenetur.* Ea conditione ut comedam inter pandendum & postquam panduntur, *inter pandendum commedit immunis, postquam panduntur si comedat tenetur; quia non comedit ad præceptum legis.* Nempe ex præcepto legis nonnisi inter laborandum comestionem esse licitam diximus, non enim aliter pactum inire licet, quam quatenus cum lege convenit. Ita etiam pro mercede comedere non licuit quandoquidem illud esset כלוקח *sicuti emtio*, ut observat *Maimon. l. c. cap.* v. §. 9. similis ratio est, si operarius pactus fuerit, ut edat libram olivarum, edere ipsi permissum quidem est singulatim & successive, si ve-

vero conjungat ad decimandum tenetur, quandoquidem edit de re definita quæ habetur adioſtar emtionis, ſed vendere fructus, ei ſaltem qui de decimis non eſt fide dignus, ante decimationis tempus nullus auſus fuit. *ibid.* §. 11.

XXII. Accidit vero ut aliquando colonus vel poſſeſſor operarios cibet aliquando vero non cibet, idcirco iterum quoad utrumque caſum circa comeſtionem obſervanda, quæ *Maimon. l. c.* §. 13. hiſce verbis explicat: המוציא פועלים לעשות לו מלאכת בשדה בזמן שאין להן עליו מזונות אוכלין מפירות שבשדה ופטורין מן המעשר והוא שלא נגמר מלאכתן אבל אם יש להן עליו מזונות לא יאכלו ואף על פי שלא נגמרה מלאכתן שאין פורעין חוב מן הטבל אבל אוכלין אחד אחד מן התאנה אבל לא מן הסל ולא מן הקופה ולא מן המוקצה: *Qui educit operarios in agrum ad ferviendum ſibi in labore, tum temporis quando illis nullum adminiſtrat cibum, licitum eſt ipſis edere de fructibus qui ſunt in agro & liberi ſunt de decimis, ſi ſcilicet opus eorum nondum ſit perfectum, ſed ſi ipſis cibum adminiſtret edere non eſt permiſſum, licet opus eorum nondum ſit perfectum, quoniam ex re illibata debitum perſolvere non erat conceſſum, edere tamen ipſis ſingulatim de ficu, ſed non ex caniſtro vel corbe vel tabulato licet.* Præterea de operariorum comeſtione obſervandum eis non de aliis quam illis ipſis frugibus in quibus colligendis vel aptandis occupati ſunt, comedere licuiſſe; hinc ſi quis laboraſſet in ficubus malis non permiſſum erat ipſi edere de bonis, ſic neque ne uvis; ſi ſit occupatus in his, neque de illis comedere abſque decimatione legitime poterat. *Miſna Maaſeroth. c.* 15. §. 8. היה עושה בלבסים לא יאכול בבנות שבע בבנות שבע לא יאכל בלבסין אבל מונע הוא את עצמו עד שמגיע למקום היפות ואוכל: *Qui operatur in caprificis* (ſpecies eſt malarum ficuum de quibus conf. *Guiſium ad Thrum.* XI. 4.) *Is non comedet de ficubus albis, nec de caprificis qui operatur in ficubus albis; verum ſemet cohibere licet donec ad meliorem perventum ſit.* Hoc Magiſtri ex loco Deut. XXIII. 5. eliciunt, quando venerit proximus tuus in vineam comedet uvas; cujus hunc ſenſum eſſe dicunt, quando operarius in vinea operatus fuerit tum comedet uvas; ſed cum in vinea aliud nihil præter uvas ſit quo veſci poſſet, ideo dicunt hoc additum eſſe, ne alia uvarum ſpecie, in qua non laborat veſcatur; Ita citatam Miſchnam explicat *R. Obad. de Bartenora:* לא יאכל בבנות שבע דכתיב כי תבא בכרם רעך ואכלתה ענבים מה תלמוד לומר ואכלתה ענבים וכי לא ידענו שאין בכרם אלא ענבים מכאן שאם היה עושה בתאנים לא יאכל בענבים: *Miſchna dicit*, non edes de ficubus albis &c. *Quia* (Deut. XXIII. 25.) *ſcriptum eſt*, quando veneris in vineam proximi tui & comedes uvas; *ſed quomodo textus dicit & comedes uvas cum in vinea aliud nihil ſit præter uvas? ſcilicet nos docere vult, quod ſi quis operatus fuerit in ficubus non comedat uvas:* confer etiam *Cl. Surenhuſium* ad hunc Miſchnæ locum T. 1. p. 253.

XXIII. Inſuper Judæi ſex res nobis tradunt, quæ decimationem determinant, atque hanc, de qua loquimur, comeſtionem permittunt vel interdicunt; ſunt autem illæ: החצר והמקח והאש והמלח והתרומה והשבת *atrium, emtio, ignis, ſal, thruma & ſabbathum*: vid. *Gem. Hieroſol. Maaſeroth. fol.* LI. quæ *Maimonides l. c. cap.* III. §. 4. breviter ita explicat: פירות שדעתו להוליכן לבית אעפי שנגמרה מלאכתן אוכל מהן אכילת עראי עד שיכנסו לבית נכנסו לבית נקבעו במעשרות ואסור לאכול מהן עד שיעשר וכן אם מכרן או בשלן באור או כבשן במלח או מפריש מהן תרומה או נכנס עליהם השבת לא יאכל עד שיעשר אעפי שלא הגיעו לבית הכניסן לבית קודם שתגמר מלאכתן הרי זה אוכל מהן אכילת עראי התחיל לגמור מלאכתן מאחר שיכנסו לבית חייב לעשר הכל: *De fructibus, quos in domum inferre cogitat, licet perfectum ſit eorum opus edere licitum eſt pro re nata, uſque dum illati ſint in domum; ex eo quo autem illati ſunt in domum determinati ſunt ad decimam & vetitum eſt de illis edere donec decimati ſunt. Et ſic ſi quis emerit eos, aut coxerit ſuper ignem, aut ſale condiverit, aut ſeparaverit ex illis Thrumam aut ſupervenerit ipſis ſabbathum de ejuſmodi* (fructibus) *non licitum eſt edere, uſquedum fuerint decimati quamvis non attigerint domum. Inferens in domum* (fructus) *antequam perfectum ſit opus eorum, ecce de illis tunc pro re nata edere licitum eſt; quod ſi autem incipiat eorum opus perficere, poſtquam illati ſunt in domum, omnes tenentur de Decimis.* Harum autem ſex rerum quævis ſpeciatim pro ſe ipſa fructus ad perſolvendas decimas determinat & non requiritur ut omnes illæ ſimul concurrant, neque valent niſi in fructibus quorum opus plane eſt perfectum, alias accidentalis illa comeſtio, inter perfectionem fructuum, ut monuimus, licet jam in domum vel atrium &c. illati, licita manet.

XXIV. De ſingulis autem rebus de-

cimas

cimas determinantibus quædam ſunt obſervanda, non enim vel quævis *domus vel atrium* &c. determinant; ſunt in quibus comeſtio eſt permiſſa. Ita domus quæ quaquaverſum non habet quatuor cubitos quæque non eſt fixa habitantium ſedes non determinat, neque etiam tuguriola, umbracula vel domus æſtivales neque tabernacula, tabernaculorum feſto erecta determinant, quandoquidem non ſunt דירחן קבע *habitationes fixæ*; hinc quoque בית הכנסת *Academiæ & Synagogæ* decimas non determinant, niſi in illis ſit locus habitationis fixus, idcirco etiam ex fructibus illinc illatis licite comeditur, non tamen in tali quæ frugum domini fixa ſedes, & qua illæ reponuntur. Quemadmodum autem *domus*, ſic quoque *atrium*, ſed non quodlibet, ad decimandum determinat, quodcunque enim per portam in atrium infertur, quamvis nondum illatum ſit intra domum, determinatur ad decimas. Qualia autem atria ad hanc determinationem idonea ſint *Maimon. loc. cit. cap.* IV. §. ita deſcribit: אי זו היא חצר הקובעת כל שהכלים נשמרין כתוכה או שאין אדם בוש מלאכל בתוכה או חצר שאם יכנס אדם לה אומרין לו מה אתה מבקש וכן חצר שיש בה שני דירין או שהיא לשני שותפין שאחר פותחה ונכנס ואחר בא ונכנס או יצא ונועל הואיל והן פותחין ונועלין דרי זו קובעת: *Quodnam eſt atrium quod determinat? id omne in cujus medio vaſa cuſtodiuntur, aut in quo hominem non pudet comedere; aut atrium, in quod ſi quis intret, interrogetur, tu quid quæris? Et ſic atrium quod duo habet domicilia, aut ibi habitant duo ſocii, ſi quis unum aperuerit & intraverit, alter quoque venerit & intraverit, aut exierit & clauſerit, quandoquidem ita aperiuntur & clauduntur, idcirco ejuſmodi atrium determinat;* ita enim ſe habet adinſtar domus, & de fructibus in tale atrium portatis nulla comeſtio conceſſa erat. Sed ſi quis deferat fructus e loco in locum, veluti per atrium in domum vel e domo in atrium illi nondum determinati ſunt, ſed accidentaliter iis veſci licitum erat, donec pervenerint ad locum ubi relinquuntur; hinc הרוכלין *aromatarii* vel *ſeplaſiarii* circumeuntes fructibus per oppida, licet aliquando in diverſa inferant atria, attamen accidentaliter licite comedunt, donec pervenerint in domum vel atrium ubi pernoctaturi ſunt. *Miſchna Maaſeroth.* cap. II. 3. המעלה פירות מן הגליל ליהודה או עולה לירושלים אוכל מהם עד שהוא מגיע למקום שהוא הולך וכן בחזרה (הא ביהודה) רבי מאיר אומר עד שהוא מגיע למקום השביתה והרוכלין המחזרין בעיירות אוכלין עד שמגיע למקום הלינה ר' יהודה אומר הבית הראשון הוא ביתו: *Si quis fruges deferat e Galilæa in Judæam vel Hieroſolymam profectus, iis veſci licet, dum eo pervenit ubi tendit; atque ita in reditu.* (Alia Exemplaria legunt, atque ita in Judæa.) *R. Meir cenſet dum eo pervenit, ubi Sabbathum agere debet. Seplaſiariis qui per oppida circumeunt, iis veſci licet dum eo ventum eſt ubi pernoctare debent, Rabi Judæ placet, primam quamque domum pro illorum domo haberi.* Sed juxta hujus Miſchnæ Interpretes neque R. Mejer neque R. Jehudæ exceptiones valent, ſed verba illa abſolute ſumenda ſunt. De ficu & vite in atrio plantatis & quænam harum jura ſint diximus ſupra §. XIX. Ex quo igitur fructus in idoneas domos vel atria illati erant, illa licita alias accidentalis comeſtio ceſſabat; ſed inferendi quoque ſunt fructus per ordinariam viam & portam in domum vel atrium, alias non eſſent determinati: *Maim. ibid.* §. I. 7. אין הטבל יקבע למעשרות מן התורה עד שיכניסנו לביתו שנאמר בערתי הקודש מן הבית והוא שיכניסנו דרך השער שנ' ואכלו בשעריך אבל אם הכניס תבואתו דרך גגות וקרפיפות פטור מן התרומות ומן המעשרות: *Fructus illibati non determinantur ad decimas ex lege donec illati ſint in domum, quia* (Deut. XXVI. 13.) *dicitur:* ſeparavi ſanctum e domo mea; *oportet quoque ut inferantur per portam: Q. D.* (ibid. v. 12.) ut comedant in portis tuis, *ſed ſi inferat proventum ſuum per tectum vel ſeptum liberi ſunt a Thruma & decimis.* Sed quod hic legitur דרך גגות ita extat in ultima editione operis Maimoniani apud *Athiam* Amſtelodami, qua nunc utor; ſed in aliqua *Veneta* abſque *Ceſeph Miſchne* qua olim uſus ſum, legitur דרך גנות *per viam horti*, ſed facile utrumque poteſt admitti cum neutrum ſit ordinaria via ad fructus in domos inferendos; hoc enim ſolum hic dicitur oportere ut allatio fructuum fiat per portam publicam; quod ſi id non potuiſſet demonſtrari, nullus quoque ad decimas ſolvendas cogi poterat; hinc in *Gemara Beracoth. fol.* XXXV. *col.* 2. veterum pietas laudatur quod per oſtia, recentiores vero per hortos, agros & clam intulerint fructus ſuos in ædes, ut ita decimarum ſolutionem effugerent. Et quæ domuum ea quoque atriorum ratio eſt; *l. c.* §. 7. כשם שהבית קובע למעשר כך החצר קובעת למעשר ומשיכנסו לחצר דרך השער נקבעו אף על פי שלא הכניסן לבית: *Quemadmodum domus ſic quoque*

atrium determinat ad decimas, quando (fructus) *per ostium, licet nondum in ipsam domum illati sint*. Confer si vacat quæ pluribus de atriis ad decimas obligantibus in *Misn. Maaseroth.* III. 5. *sqq.* leguntur.

XXV. Vidimus domus & atria, sequitur, ut quæ qualisque *emtio* sit, quæ determinat, paucis dicamus. Jam §. XXI. ubi de operariorum licita vel illicita comestione egimus, emtionem fructuum ad decimas obligare, indigitavimus; sed emtionis hujus varii traduntur modi. Equidem oportebat, serioribus præsertim temporibus, venditorem, ut eos, quibus fructus vendebat, bene notos habeat, & certus sit eos esse homines pios, sinceros legis observatores atque adeo נאמנים למעשרות *fide dignos de decimis*, nisi enim tales sint, accedente decimationis tempore, ejusmodi hominibus nihil quicquam vendere licebat; fructus quidem præcoces ante statutum decimationis tempus licite vendebat cuivis, donec omnes simul collecti fuerint: vid. *Maim. c.* II. §. 6. *sqq.* Videamus tamen aliquot hujus emtionis vel venditionis casus; *Mischna Maaseroth.* II. I. היה עובר בשוק ואמר טלו לכם תאנים אוכלים ופטורים לפיכך אם הכניסן לבתיהם מתקנים וראי טלו והכניסו לבתיכם לא יאכלו מהם עראי לפיכך אם הכניסו לבתיהם אינה מתקנין אלא דמאי : *Si quis per forum transiens clamet:* sumitote vobis ficus, *qui comederint immunes sunt, propterea si in ædes invehant, perficere debent tanquam rem certo illibatam: si dixerit:* sumitote & in ædes vestras portatote; *illis non licet vesci pro re nata; propterea si domum portaverint, non tenentur aliter perficere quam ut rem dubiam*. Nempe quoad priorem casum præsumitur illas ficus nunquam fuisse intra domum, ut de decimis essent obligatæ & propterea venditor tantum vendit, ut comedant eas accidentaliter, sed si eas domum detulerit necesse est ut separet decimas, quas domus determinat. Quoad posteriorem casum sciendum num venditor sit homo probus nec ne? si talis, cujus verbis fides adhiberi potest, sit, & dixerit transeuntibus ut emtas a se ficus domum portent, tum præsumitur, eas jam fuisse in domo & consequenter decimatas: e contra si venditor sit suspectus & non fide dignus de decimis, quales venditores plebeii esse solent, tunc ipsius verbis plane nulla habetur fides, quia præsumitur eum hæc dixisse lucri gratia ut eo frequentiores haberet emptores, & idcirco emtæ ficus atque intra domum illatæ juxta jura rerum dubiarum (de quibus alibi) decimari debent. Præterea, si quis cum fructibus transeat portam aliquam aut tabernam, dixerit ibi considentibus, *sumitote vobis ficus; comedentes* immunes habentur, excepto כעל השער vel החנות *portæ vel tabernæ domino*, qui ad decimas tenetur, quia locus ille est, in quo vitam suam degit & propterea ille obligatur ad decimas. Dixerit emtor venditori: *En Tibi assarium pro decem ficubus quas mihi eligam*, eligere licet & comedere; si dixerit uvam vel malogranatum &c. non aliter edere potest nisi successive & singulatim, alias decimandum ipsi esset. Si quis emerit fructus solo evulsos ad edendos illos, illi determinati ad decimandum מרבריהם *ex statutis sapientum*; sed si quis emat fructus adhærentes solo vel illo evulsos ad transmittendum socio suo, illi ad decimas non sunt determinati, verum accidentaliter licite de illis comeditur. Sed hæc de emtione & venditione decimas determinante speciminis loco sufficere possunt; plura desideranti *Mischna l. c.* & *Maimon. l. c. cap.* v. I. *sqq.* suppeditabunt.

XXVI. Præter domus, atria & emtionem, *ignis* quoque decimas & comestionem determinat. Si nempe quis voluisset vinum vel oleum vel alios fructus per coctionem ad esum aptare, illi per ignem erant ad decimas determinati; *Maimon. l. c.* §. 14. *sqq.* אחר המבשל ואחר השוקל ואחר הכובש קבע למעשר אבל המעשן את הפירות עד שהבשירין ה׳ ספק הנותן יין לתבשיל הם או שנתן שמן לקדרה באלפס כשהן מרותחין נקבעו למעשר מזג מים כמים המים נקבע ואין צריך לומר אם בשל היין ואפילו שאסור לשתות בנת ממנו עד שיעשר : *Una coctio & una elixatio & una conditio determinat ad decimandum, sed exsiccatio fructuum per fumum ut apti fiant, ea est dubia. Qui infundit vinum in coctum aliquod calidum aut oleum in ollam lebete ut ebulliant, determinata sunt ad decimandum; qui miscet vinum aqua, aqua determinat, multo magis si ipsum vinum purum coquat, quandoquidem jam ex torculari vetitum est de eo bibere, donec decimaverit*. conf. *Mischna Maaseroth. c.* I. 7. Et sic fructuum coctorum comestio, nisi fuerint decimati, vetita erat. Sed & *sal* quoque una est ex hisce rebus determinantibus; statim enim ac fructus sale erant conditi, erant quoque determinati ad decimas, licet saliti fuerint in agro, atque domum nondum attigerint; sed si quis v. g. voluisset olivas singulatim sale intingere, id licite

ſacere atque comedere poterat; Ita, ſi alius ſumſiſſet ficos ex vaſe tinxiſſetque in ſale ſingulatim, ſine decimatione unam poſt alteram comedebat quod diceremus, unt der hand eten, ſed ſi aliquot ſaliviſſet & ante ſe poſuiſſet, tum omnino, antequam illis veſci potuiſſet, debuiſſet decimare: vid. *Maimon. ibid.* & *Miſn. Maaſeroth. c.* III. I.

XXVII. Reſtant adhuc duæ ex ſex rebus decimas determinantibus, *Thruma* nempe & *Sabbathum*, expendendæ. Et quidem quoad Thrumam res clara videtur; cum enim illius ſeparatio, illam decimarum ordinario præcedat & de fructibus jam perfectis fieri debebat, facile hinc colligi poteſt, ſeparationem *Thrumæ* prioris determinare reliquos fructus ad decimas; *Maimon. l. c.* §. 15. התורם פירותיו תרומה שצריך לתרום אחריה שניה נקבעו למעשר ולא יאכל מהן עראי עד שיוציא התרומה השניה ויעשר: *Qui ſeparat fructus ſuos in Thrumam, de quibus neceſſe eſt ut ſeparet & alteram, tunc illi determinati ad decimandum & ipſi de iis pro re nata edere non licet, donec eduxerit Thrumam & ſeparaverit decimas*. Denique & *Sabbathum* determinat; ſi nempe fructus, quorum opus perfectum, ſupervenerint tenebræ noctis Sabbathi, tunc de illis edere non licet, ne quidem etiam poſt Sabbathum donec decimaverit; *Maimon. l. c.* §. 22. ex *Thalmude Hieroſol.* hæc de *Sabbatho* determinante conſcripſit: תאנה שהיתה מיוחדת לו לאכול פירותיה בשבת וליקט מסנה בלכלה לא יאכל עד שיעשר הואיל ופירות אלו מיוחדין לשבת והשבת קבעת היה אוכל באשכול וחשכה עליו לילי שבת לא יגמור אכילתו בשבת עד שיעשר ואם הניחן לאחר שבת הרי זו גומר: *Si quis ficum ſeparaverit ſibi, ut de ejus fructibus edere poſſit in Sabbatho & collegerit ex ea caniſtrum* (hoc eſt בלכלת שבת *caniſtrum Sabbathi*, de quo *Schammæani* & *Hilleliani* quoad ejus obligationem ad decimas diſſentiunt; vid. *Miſchna. Maaſeroth. c.* IV. 2.) *non edere ipſi licet ex illo donec decimaverit* (hæc fuit ſententia *Hillelis*) *quandoquidem fructus illi deſtinati ſunt Sabbatho, Sabbathum autem determinat; ſi quem botrum edentem tenebræ noctis Sabbathi ſupervenient, non perficere ipſi licet eſum ejus, donec decimaverit, ſi autem ſeponat eum adusque præterlapſum Sabbathum, ecce tunc perficit eum*. Sed de ſex hiſce, tum decimationem tum comeſtionem rerum nondum decimatarum, rebus determinantibus, ſatis & quantum ex ſcopo, dixiſſe putamus.

XXVIII. Indicanda nunc eſt pœna, qua, qui de rebus decimandis illicito modo comederunt, affecti fuerant. Statim igitur ac omne fructuum opus erat abſolutum, & juxta unam ex ſex mox expoſitis rebus, ad decimas determinata omnis comeſtio erat illicita, donec decimæ ex illis erant detractæ; fructus qui in ejuſmodi ſtatu ſunt, טבל vocari ſolent, quam vocem Judæi ex לא & טוב ridicule compoſitam volunt, quia res, ob nondum datas decimas, *non ſit bona*; vulgo vertitur per *res illibatas*, de quibus Thrumæ & decimæ nondum ſunt deſumtæ, quarum quoque comeſtio eſt prohibita, *Maim. Tract. de Cibis Interdictis c.* x. §. 15. כל אוכל שהוא חייב להפריש ממנו תרומה ומעשרות קודם שיפריש ממנו נקרא טבל ואסור לאכול ממנו שנ' ולא יחללו את קדשי בני ישראל את אשר ירימו ליהוה: *quicunque edit de eo quod tenetur ad ſeparandum ex illo Thrumam & decimas, antequam illas exinde ſeparaverit vocatur Thebbel & vetitum eſt de illo edere; Q. D.* (Levit. XXII. 15.) Et non profanent res ſanctas filiorum Iſraelis, quas obtulerunt Domino. Graviſſima autem erat pœna, cui ille, qui de frugibus illibatis ſeu nondum decimatis comedebat, ſubjiciebatur, ejuſmodi enim hominem, mortis cœlitus inferendæ reum fuiſſe, Judæi nobis tradunt. *Gem. Sanhedr. fol.* LXXXIII. *col.* I. legitur: האוכל טבל חייב במיתה *qui comedit Tebbel reus eſt mortis*. Et in *Jalkut Hattora fol.* CCLXIX. *col.* I. האוכל פירותיו טבל באילו אוכל נבלות וטרפות qui comedit fructus ſuos non decimatos, eſt, ac ſi comederet morticina & diſcerpta: vid. *Cl. Buxtorf. Lex. Thalm. fol.* 850. qui etiam ibidem, ut id ἐν παρόδῳ obſervemus, dicit vocem טבל fructus, de quibus decimæ nondum, ſed tantum primitiæ datæ, denotare, contra ac Judæi ea, fructus de quibus neque Thruma neque decimæ ſolutæ, ſignificari innuunt. *Maimon. l. c.* pœnam טבל comedentis hiſce verbis indicat: האוכל כזית מן הטבל קודם שיפריש ממנו תרומה גדולה ותרומת מעשר חייב מיתה בידי שמים שנ' לא יחללו וגו' *qui comedit quantitatem olivæ de Tebbel antequam Thruma magna & decimarum Thruma exinde ſeparata, reus eſt mortis divinitus inferendæ, Q. D.* Et nec profanent &c. Quale autem hoc mortis vel pœnæ genus fuerit, neque inter Judæos neque Chriſtianos convenit: ſunt qui eam diſtinguunt a כרת *excidio*, eamque hoc eſſe leviorem; exterminii enim pœnam lui poſt mortem; mortem autem θεήλατον cum vita reatum auferre, atque in repentina & præmatura morte, hor-

horrendi & insoliti exempli, consistere, hinc si quis ante quinquagesimum ætatis suæ annum mortuus fuerit, ejusmodi mortis θανάτω pœnam subjisse dicebatur; sed plura de hisce pœnis post *Maimonidem in Hilcot. Sanhedrin*, apud *Cl. Seldenum* in Libris suis de Judæorum Synhedriis, *Cl. Cocceium* annotationibus ad Tr. Mischnicos Sanhedrin & Maccoth, plurimosque alios Philologos legi possunt, quæ omnia exscribere nunc non vacat.

XXVIII. Inter delicta, qualia *Rabi Obad. de Barten. ad Mischn. Sanhedr.* IX. 6. undecim recenset, quæ mortem a Deo infligendam, merebantur, unum quoque est, comestio rerum illibatarum, seu frugum de quibus neque Thruma neque decimæ solutæ, quemadmodum jam indicavimus. Observandum tamen eos, qui hac morte erant plectendi, forum humanum nullatenus effugisse, sed propter commissum delictum vapulasse; Hinc in *Misna Maccoth.* III. I. *sq.* prolixus habetur catalogus flagellandorum, qui alias חייבים במיתה בידי השמים *mortis cœlitus infligendæ erant rei;* quos inter quoque qui אוכל טבל *comedit Tebbel*, refertur. Sed & hic omnem flagellationis ritum describere supersedemus, quum hanc provinciam *Cl. Seldenus*, *Cl. Cocceius* atque ante hos *Cl. Buxtorfius* in Epist. Dedicatoria ad Illustr. *Mornæum Tr. de Abbreviat. Hebraicis*, & *Synag. Jud. c.* XXV. *p. m.* 621. plene occuparint; ad institutum nostrum sufficiet monuisse, duplicem fuisse flagellationem, quæ pro delicti ratione etiam in comestione fructuum illibatorum, adhibita fuerat. Prior est XL. plagarum lege Deut. XXV. 2. fundata, quem numerum tamen restrinxerunt ad XXXIX. quum l. c. dicatur, ut verbera infligantur במספר ארבעים *ad numerum* XL. hoc est, interpretibus Mischnicis, ad numerum, qui quadragenario proximus est; quamvis *R. Jehuda* quadraginta integro numero verbera infligenda esse, statuerit; vid. *Maccoth. c. c.* §. II. cujus quoque sententia procul dubio ad LLatoris mentem propius accedit; nihilominus tamen priorem numerum ordinario observatum fuisse ex traditionibus colligi potest; Ita *Paulus* ad Corinth. XI. 24. scribit: ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον, *a Judæis quinquies quadragenas* (plagas) *una minus accepi*. Et *Joseph. Ant. Jud. Lib.* IV. *cap.* 8. *p. m.* 124. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιήσας πληγὰς μιᾶς λειπούσας τεσσαράκοντα τῷ δημοσίῳ σκύτει λαβών, *qui vero contra fecerit, plagas una minus quadraginta accipit*. Et hæc quidem pœna subeunda erat iis, qui de fructibus, a quibus neque Thruma magna, neque Thruma decimarum separatæ erant, comedissent, alias mortis divinitus infligendæ rei erant. Quod si autem quis de frugibus, quarum Thruma magna & Thruma decimarum, attamen reliquæ decimæ nondum separatæ fuissent, ille quidem hujus præmaturæ mortis non erat reus, sed simpliciter vapulabat. Sic *Maimon. de Cibis Interdictis c. c.* §. 20. tradit: האוכל פרגר שנטלה ממנה תרומה גדולה ותרומת מעשר ועדיין לא הפריש ממנו מעשרות ואפילו לא נשאר בו אלא מעשר עני הרי זה לוקה משום אוכל טבל ואין בו מיתה שאין עון מיתה אלא בתרומה גדולה ותרומת מעשר: *Qui vescitur re, de qua Thruma magna & Thruma decimarum desumta, nondum autem reliquæ decimæ separatæ, quamvis sola adhuc separanda restaret pauperum decima, ille vapulat, propterea quod comedit Tebbel; idcirco tamen non est mortis reus; nulla enim prævaricatio mortem hanc meretur, nisi quoad Thrumam magnam & Thrumam decimarum*. Qui insuper scire cupit omnia delicta hac flagellatione punita, is ea una serie apud *Maim. Hilc. Sanhedrin c.* VIII. I. *sq.* legere potest.

XXIX. Flagellationis altera species est, quam Judæi מכת מרדות *flagellationem rebellionis* seu *contumaciæ* vocant. Hæc pœna instituta est a sapientibus, & potissimum infligitur propter præcepta affirmativa & statuta scribarum neglecta; fit illa virgis, sed altera flagellis, nec ejus percussiones numerantur, sed pro ratione delicti vel minuuntur vel augentur & aliquando ita donec reus animam exhalet; *Maim. in Hilc. Sanhedr. c.* XVI. 3. illam extra terram Israeliticam plurimum in usu esse, dicit: conf. *R. Nathan in Lexico Aruch.* ad vocem מרד *fol.* CIX. *col.* 3. flagellationem hancce describentem & quæ ex illo transtulit *Cl. Buxtorfium Lexic. Thalm. fol.* 1252. Hanc autem merebantur illi, qui placita quædam Scribarum de fructuum illibatorum comestione constituta, transgressi fuerant; veluti si quis postquam res decimandæ per sex res (excipitur hic domus determinans, quæ, quum secundum ipsam divinam legem determinet, idcirco etiam flagellatione legali punitur) supra explicatas, fuissent determinatæ, vel alio, in lege quidem non expressis verbis vetito, modo comestus fuisset. *Maimon. Hilc. Maaseroth. c.* IV. 2. יראה לי שאין לוקין מן התורה על אכילת הטבל עד שיקבע בכניסתו לביתו
אבל

אבל אם נקבע בשאר הששרה ודברים שסנינו אין לוקין עליו אלא מכת מרדות סדבריהם וכן האוכל מפירות שרעתו להולכן לשוק אחר שנגמרה מלאכתו אינא לוקה אלא מכת מרדות : *Videtur mihi non verberandos esse illos ea lege qui de re illibata edunt, donec determinaverit portationem ejus in domum: sed si determinata sit juxta reliquas sex res, a nobis recensitas, non aliter vapulat quam flagellatione contumaciæ ex statutis sapientum; Ita si quis edat de frugibus quas proferre voluit in forum, opere earum jam perfecto, ille quoque eadem rebellionis flagellatione vapulat.*

EXERCITATIO QUINTA

De Terra & Personis ad Decimas solvendas obligatis.

A R G U M E N T U M.

Terra *quæ Decimis tenebatur, vocatur vulgo* Canaan *; quæ tamen non nos totam* Terram Israeliticam *denotat*. Terra Israelitica *in* XII. *tribus distributa ad Decimas solvendas erat obligata. Illius terræ variæ* mutationes, fata *&* divisiones. *Distinctio occupationis regionum* Terræ Israeliticæ *& quomodo ad divinæ Legis præcepta obligata. Præter Israeliticam Terram* Syria *quoque ad Decimas obligabatur.* Totius orbis *divisio juxta Judæos.* Syria *in quibus conveniat & in quibus discrepet a* Terra Israelis. *Fundus* Syriæ *qua ratione ad Decimas fuerit obligatus, variis exemplis exponitur. Post* Syriam *etiam aliæ regiones & quæ* חוצה לארץ extra Terram *sanctam erant, ex Dd. Judaicorum constitutionibus legi de decimis subjiciebantur; veluti* Babylonia; *ubi de* בזיב Csib; Ammon *&* Moab, *quæ duæ regiones, anno Sabbathico* Decimas Pauperum *solvebant;* Ægyptus*; aliaque loca, De* בית שאן Beth Schean, Tyro *in limitibus terræ Israel*, Ascalone *&c.* Personæ *quæ ad decimas solvendas erant obligatæ, sunt omnes* Israelitæ *qui proprium habent fundum.* Sacerdotes *&* Levitæ *an & quomodo illi decimaverint; qua ratione* Pauperes *ad Decimas tenerentur;* Cuthæorum *&* Alienigenarum *Decimæ quo loco habitæ. Subjunguntur* conditiones *personarum decimantium, apud* Persas *requisitæ.*

I. Postquam in præcedentibus, tam de rebus decimandis, quam decimationis vario tempore, rerumque decimandarum vel licita vel interdicta comestione atque posterioris pœna, pro materiæ dignitate locuti fuimus, sequitur, ut nunc de *Terra* & *Personis*, ad decimas solvendas obligatis, disseramus.

II. Terra itaque, cujus fructus decimandi erant, illa regio erat, quam Moses & Josua duodecim tribubus adsignaverant, quæque vulgo Terra *Canaan* (præter plura alia nomina, quibus pro diversa temporum ratione insignitur) appellatur; quamvis id ab aliis minus exacte fieri observetur, quum regio trans Jordanem sita & a tribubus Ruben, Gad & dimidia Menasse inhabitata, pars terræ *Canaan* non fuerit & a terra *Canaan* distinguatur, proinde solam illam terræ Israeliticæ partem, quæ cis Jordanem suit & a reliquis tribubus inhabitata, nomine terræ *Canaan*, appellandam esse; id quod tum Sacræ Scripturæ locis inter se collatis, veluti Num. XXXIII. 51. Jos. XXII. 9. 10. 11. 32. Exod. XVI. 35. Jos. V. 11. Num. XIV. 30. XX. 12. Deut. XXIX. &c. tum Judæorum consensu, terram Canaan patribus promissam, a regione trans Jordanem distinguentium. *Misch. Biccurim* c. I. 10. *Gem. Maccoth. fol.* IX. 2. *Bemidbar Rabba sect.* VII. &c. invicte probat *Celeberrimus Relandus*, paucis quidem *in Antiqq. Hebraicis. p.* 1. 2. prolixius vero in suæ *Palestinæ ex Monumentis Veteribus illustratæ Libro* I. c. I. opere ab orbe literato jam diu desideratissimo, quod jam sub prelo sudare cœpit; cujus specimine Vir, nunquam sine omnis venerationis præfatione mihi nominandus, pro suo in me favore, nudiustertius me beavit, quod gratissima mente agoosco & Cl. Viro vitam viresque comprecor, ut scripto hoc eruditissimo, literatum orbem sibi pergat obstringere. Non autem sola hæc terra *Canaan* seu transjordanica, verum tota regio duodecim tribubus distributa ad decimas solvendas erat obligata; Ideo Deus Levit. XXVII. 3. vult ut כל מעשר הארץ *omnis decima terræ* (ita enim *Terra sancta* ארץ κατ' ἐξοχὴν vocatur, vid. Ruth. I. I. *Mischna Menachoth.* VIII. I. *Kieduschin.* I. 9.) *sancta sit*. Et Num. XIII. 21. dicit : ולבני לוי הנה נתתי כל מעשר בישראל לנחלה : *Et filiis Levi ecce dedi omnem decimam in Israele, in hæreditatem*; forte haud incommode hic voce ישראל *terra Israelitica* intelligi potest, saltem a novis possessoribus hoc nomen ארץ ישראל I. Sam. XIII. 19. sortita est. *Maim. Hilc. Thrumoth.* I. 2. תרומות והמעשרות אין נוהגין אלא בארץ ישראל בין בפני הבית בין שלא

בפני

בפני הבית: *Thrumæ & decimæ solvi non solent, nisi in Terra Israelis, stante templo sive eo non stante.*

III. Verum *Israelitica* hæc *terra*, ex quo Israeitis in possessionem data, varia passa est fata, ejusque facies non una vice mutata; Davidis tempore illa *Syriæ* occuparione aucta; Salomone fato functo in duo regna, *Judæ*, nempe quod duas tribus *Judam* & *Benjamin*, & *Israelis*, quod decem reliquas tribus continebat, divisa est; attamen abductis Israelitis per Salmanassarem, eorum regnum sublatum est. Mutata quoque est terra Israelitica, quum *Samaritani* alia adsciviffent sacra, & peculiarem sedem in illa fixissent, hinc Judæis maxime erant invisi, qui idcirco, neglecta Samaritanorum regione terram suam in יהודה ועבר הירדן והגליל *in Judæam, regionem transjordanicam* seu *Peræam & Galilæam* diviserunt; quæ iterum trifariam dividuntur ceu videre est *Misch. Scheviith.* IX. 2. nempe in ההר שפלה ועמק *montanam, campestrem & vallem*. Conf. *Cetubboth.* XIII. 10. *Bava Bathra* III. 2. Et sub Templo secundo, Judæis e Babylonica captivitate restitutis, denuo alius terræ hujus erat status, atque in plures provincias divisa, veluti in *Judæam, Samariam, Galilæam, Peræam, Gaulonitin, Batanæam, Trachonitim* &c. & tandem in *toparchias* & *tetrarchias*; quæ omnia tum ex *Cl. Relandi Antiqq. Hebr. p. 2. & Cl. Hottingeri Patruelis Dissertat. de Geogr. Terra Canaan Goodovvino p. 251.* inserta, in compendio repeti possunt.

IX. Coeterum, quoad *Terram Israeliticam*, in qua divinæ legis præcepta obtinebat, illam Judæi dicunt eam esse; quæ a Rege vel propheta, totius populi auxilio erat occupata; verum in illis regionibus a peculiaribus tribubus subactis, omnia præcepta non obtinuisse; *Maim. Hilcoth. Thrumoth. c. 1. 2.* ארץ ישראל האמורה בכל מקום היא בארצות שכיבשן מלך ישראל או נביא מדעת רוב ישראל וזהוא הנקרא כבוש רבים אבל יחיד מישראל או משפחה או שבט שהלכו וכבשו לעצמן מקום אפילו מן הארץ שניתנה לאברהם אינה נקרא ארץ ישראל כדי שינהגו בו כל המצות ומפי זה חלק יהושע ובית דינו כל ארץ ישראל לשבטים אף על פי שלא נכבשה כדי שלא יהיה כבוש יחיד כשיעלה כל שבט ושבט ויכבש חלקו: *Ubicunque mentio facta est Terræ Israel, intelligenda est ea terra, quam subjecit Rex Israelis consensu populi Israelitici & vocatur* כבוש הרבים *subactio multorum: sed si quis privatus vel familia aliqua, vel peculiaris tribus subegerint pro se ipsis, licet locus sit in terra Abrahamo data, attamen non vocatur terra Israelis, ut obtineant in ea omnia præcepta; atque idcirco divisit Josua cum Synedrio suo, totam terram Israelis tribubus, quamvis nondum esset subacta, ne fiat* כבוש היחיד *subactio unius, quando singularis tribus partem aliqum subegisset*. Ex quibus liquido patet, solam illam regionem, quæ intet duodecim tribus a Mose & Josua distributa, ad decimarum & Thrumarum leges, proprie & ex lege obligatam fuisse, quod ulteriori demonstratione opus non habet.

V. Sed præter hanc *Terram Israeliticam*, aliæ quoque erant regiones, in quibus lex de Decimis non quidem ex lege divina sed מדברי סופרים *constitutionibus Sapientum*, obtinebat, quæ aut ab Israelitarum Regibus occupatæ, aut Israeliticæ tertæ vicinæ erant. Ex illis est primo סוריא *Syria*, per quam Judæi Syriam Zoba & Achlab a Davide terræ Israeliticæ ad jectas, 2. Sam. VIII. 3. 4. intelligunt, atque eam in quibusdam rebus ejusdem, in aliis vero diversæ cum terra Israelis esse conditionis dicunt; hinc apud illos totius terrarum orbis divisio in tres partes, nempe 1. ארץ ישראל הסחלוקת *terram Israelis* כשבטים *distributa inter* XII. *tribus*. 2. סוריא *Syriam*, de qua loquimur. 3. חוצה לארץ *regiones extra terram Israelis* nata est. Distinguenda adeoque est *Syria* tam a terra Israelis, licet in quibusdam cum illa conveniat; quam regionibus extra terram: *Maim. l.c. §. 3.* הארצות שכבש דוד חוץ לארץ כנען כגון ארם נהרים וארם צובה ואחלב וכיוצא בהן אף על פי שמלך ישראל הוא ועל פי בית דין הגדול הוא עושה אינה כארץ ישראל בכל דבר ולא כחוצה לארץ לכל דבר כגון בבל ומצרים: *Regiones subactæ a Davide præter terram Canaan, ut Aram Naharaim, Aram Zobba & Achlab & his similes, quamvis illas Rex Israelis vel Synedrium magnum subegerit, attamen in omnibus rebus non habentur ut terra Israelis, neque etiam ut regiones extra terram quales sunt Babylonia & Ægyptus*. Eadem quoque distinctio *Syriæ* a Terra Israelis in *Mischna Scheviit* VI. 7. & regionibus extra terram sitis *Mischn. Scheviith.* VI. 6. *Orla.* III. 9. innuitur, ceu citata loca conferenti patebit.

VI. Tria autem sunt, in quibus *Syria* Terræ Israeliticæ erat similis. 1. Qui agrum emerat in Syria habebatur ac in suburbiis Hierosolymitanis emisset. 2. Agri ejus ad decimas & jura anni Sabbathici obligabantur. 3. Pura habeba-

batur, si quis ex terra Israelitica eam intrare posset, non tacta terra Gentium *Mischn. Challa.* IV. 7. Gem. *Gittin fol.* VIII. *Tosaph. Kelim. fol.* 1. *apud Cl. Relandi Antiqq. Hebr. p.* 5. qui quoque tria refert in quibus *Syria* regionibus extra terram erat similis, qualia sunt, 1. Regio erat immunda, si quis eam intrare non posset nisi per intermediam terram gentium. 2. Libellus divortii e *Syria* allatus, habebatur ac si e regionibus extra terram allatus fuisset. 3. Qui servum vendiderat in *Syria* censebatur, ac si in regionibus extra terram vendidisset. Convenit ita *Syria* cum Terra Israelitica in solvendis decimis. Verum id ita intelligendum non est, ac si omnes *Syriæ* incolæ, ejusque regionis proventus decimandi fuissent, soli illi agri, qui Israelitas habebant possessores hac lege tenebantur. *Mischna Demai.* VI. 11. hæc leguntur: המוכר פירות בסוריא ואמר משל ארץ ישראל הן חייב לעשר מעשרין הן נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר משלי הן חייב לעשר מעשרין הן נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר ואם ידוע שיש לו שדה אחר בסוריא חייב לעשר: h. e. *Cl. Guisio* Interpretes: *Si is qui vendit fruges in Syria dicat esse eas ex terra Israelitica, decimari debent: si addat, decimatas esse dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit eadem solvit. De suo esse agro, decimari debent; decimatas esse dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit eadem solvit. Sin notum sit, habere eum agrum in Syria, decimari debent.* Fruges igitur quæ in Syria nascuntur Israelita non obligatur decimare, nisi & ipse ager suus sit, qui vero in Syria proprium emerit fundum ipsi omnino fructus ex illo producto, decimare incumbit. *Maimon. l. c.* §. 15. הקונה שדה בסוריא חייב בתרומות ובמעשרות מדבריהם כמו שיתחייב מן התורה הקונה בירושלים *Qui comparavit sibi agrum in Syria tenetur ad separandas inde Thrumas & decimas ex statutis sapientum, quemadmodum tenetur ille ex lege, qui comparavit Hierosolymis.* Hinc si quis emerit campum olere consitum in Syria, antequam tempus decimationis advenerit, tenetur ad decimas, at si post tempus decimationis, liber est, ceu legitur *Mischna Maaseroth.* V. 5. Fructus quos Israelita a Syro emit, licet id fecerit ante decimationis tempus, a decimis liberi habebantur. *Maim. ibid.*

VII. Post Terram Israeliticam & Syriam, aliæ insuper erant reggiones, quæ ad frugum decimas obligabantur, & חוצה לארץ *extra Terram* Sanctam sitæ erant; ita enim Judæi, omnem terram, præter Israeliticam & Syriam nuncupare solent, quæ etiam ארץ העמים *terra gentium* vocari solet. Sunt autem in hisce regionibus quædam, quæ aliquo respectu a reliquis regionibus extra terram erant distinctæ, quippe decimas qoque frugum dabant, quales *Babylonia, Ammon, Moab & Ægytus* sunt, ad quam legem a Prophetis & Sapientibus erant obligatæ. *Maimon. l. c. fu* 1. postquam dixerat legem de Primitiis & Decimis ex lege bonnisi in Israele observari, pergit: ונביאים התקינו שיהו נוהגות אפילו בארץ שנער מפני שהיא סמוכה לארץ ישראל ורוב ישראל הולכין ושבים שם והחכמים הראשונים התקינו שיהיו נוהגות אף בארץ מצרים ובארץ עמון ומואב מפני שהם סביבות לארץ ישראל: *Et Prophetæ constituerunt ut eadem lex quoque obtineret in Terra Sinear, quandoquidem illa vicina est Israeliticæ, potior quoque Israelitarum pars eo patebat. Et Sapientes priores constituerunt, ut eadem quoque obtineret in Ægypto, Ammon & Moab quia illæ Israelem circumdant.* Et primo quidem quod *Babyloniam* attinet nemini mirum videri debet, Sapientes, ut in illa quoque decimæ solverentur, constituisse; quandoquidem numerus Judæorum, post captivitatem *Babylonicam* ibi commorantium, maximus erat, frequens quidem erat redeuntium, ceu videre est Esr. II. 1. sqq. majorem tamen ibi commorantium fuisse, multis probabiliter persuasum est; saltem id ex Sacerdotum, ascendentium cum Ezra numero, tuto asseri potest, cum ex XIV. Eorum Ephemeriis, nonnisi IV. in Palæstinam, Ezr. II. 36. 40. recensitæ, redierint; Insuper Jeremias per literas Dei nomine jusserat captivos, ut domos sibi ædificarent, hortos plantarent, per matrimonium prolem multiplicarent, Jerem. XXIX. 5. sqq. ex quibus facile colligi potest, eos qui per LXX. annos fixas ibi fecerunt sedes, melius fore judicasse, si ibi remanerent, quam cum Ezra in patriam incultam, periculis & penuria plenam reverterentur; hinc Judæi ipsi referunt Ezram fœcem tantum populi, quique impuri erant sanguinis, atque eos, ut quidam magistri volunt, coactos secum abduxisse, quum nullum in *Babylonia* Synedrium M. fuerat, quod eos curaret & ad divinæ legis præcepta obligaret. *Gem. Kiddusch.* LXXI. 1. apud *Cl. Lightfoot. p. T.* II. *Op.* 430. conf. *Misch.* IV. 1. qui itaque in *Babylonia* remanserunt, præcipui erant ex Israelitis, homines notæ familiæ, quique stirpem suam, sine mixtura conservarunt,

proin progenies Judæorum Babyloniorum clarior quam Græcorum, habebanturque puriores illis, qui Judæam repetebant. Atque adeo hæc causa erat satis prægnans, quapropter Prophetæ, & Sapientes Judæos istos Babylonios, præter alia divina præcepta, ad illud quoque de decimis obligarunt, & eodem puritatis gradu *Babyloniam* cum Terra Israelitica, habuerunt. Sed hisce non obstat, quod aliquando apud Judaicos scriptores legitur אין מעשרות בבבל *non sunt decimæ in Babel*, & in *Midrasch. Ruth. fol.* XLVII. *col.* 4. legitur, quamprimum Israelitæ adducti sunt in *Babel* liberi erant a decimis; conf. *Echa Rabbathi* s. comment. alleg. in *Thren. Jerem. fol.* LVIII. *col.* 3. hæc enim non aliter ipsi Judæi intellecta volunt, quam eam non fuisse ad decimas obligatam ex præscripto legis, verum tantum ex statutis Prophetarum, uti diximus.

VIII. Reduces autem hi e *Babylonia*, non eadem omnia loca Terræ Israeliticæ occuparunt, quæ antea possederunt. Terra enim Israelitica quam occuparunt post captivitatem arctiores habebat limites, quam illa quæ ascendentibus ex *Ægypto* cessit, Samaria exclusa erat, minores quædam regiones ab Ethnicis erant occupatæ; hinc Judæi distinguere solent, inter terram Israeliticam שההזיקו עולי בבל *quam occuparunt ascendentes ex Babylone*; & eam שהחזיקו עילי מצרים *quam occuparunt ascendentes ex Ægypto*; atque duplicem hanc terram inter se divisit urbs כזיב *Csibb. Maim. ad Mischn. Demai.* I. 3. quæ Jos. XIX. 29. אכזיבה & Jud. I. 31. אכזיב vocatur; postea Eccidippa appellata est; erat maritima *Tyrum* inter & *Ptolemaidem* sita, quam Judæi regionum ad decimas obligatarum terminum faciunt. *Gem. Hierosol. Scheviit. fol. m.* XII. *fac.* 2. המהלך מעכו לכזיב מימינו למזרח הדרך טהורה משום ארץ העמים וחייבת במעשרות ובשביעית עד שתורע לך שהיא פטורה משמאלו למערב הדרך טומאה משום ארץ העמים ופטורה מן המעשרות ומן השביעית עד שתורע לך שהוא חייבת עד שהיא מגיע לכזיב: *Proficiscenti ab Aco (Ptolemaide) ad Csibb a dextra viæ orientem versus, illa regio munda est propter terram gentium, & tenetur ad Decimas & jura anni septimi, donec innotescat eam immunem esse; a sinistra viæ occidentem versus, regio immunda est propter terram gentium & libera a decimis & jure anni septimi, usquedum innotescat eam teneri, donec accesserit ad Csibb.* Et in *Gemara Hierosol. Demai fol. m.* VI. *fac.* 2. nominatur quoque צור *Tyrus*, una ex terræ limitibus, quæ tenebatur ad decimas; prolixe quoque ibidem recensentur varia loca quæ in hisce terminis legi de decimis subjectæ, vel illa liberæ erant; locum *Cl. Lightf. Op. T.* II. *p.* 236. exhibuit.

IX. *Ammonitarum* & *Moabitarum* seu *Siebonis* & *Ogi* regiones ad decimas quoque fuisse obligatas, jam supra indicavimus; verum de hisce regionibus acriter olim inter Doctores Mischnicos *Rabi Tarphon*, (quem nonnulli *Tryphonem* esse conjectant contra quem scripsit *Justinus Martyr*, eum Judæi propter abundantiam opum ejus הכהן העשיר *sacerdotem divitem*, appellare solent) & *Rabi Eleazarem fil. Azariæ*, disputatum est, quales nempe decimæ ex dictis regionibus anno septimo fuerint solutæ, quandoquidem enim eo neque in Israelitica Terra neque in *Syria* (in qua Septimi anni jura obtinebant) decimæ fuerunt solutæ, quum omnis terræ proventus juris erat communis, attamen in regionibus extra has sitis, decimæ quædam separatæ erant; *R. Tarphon* volebat ut ex *Ammon* & *Moab* separarentur decimæ pauperum, sed *Rabbi Eleazar* decimæ secundæ; post multas rationes ab utraque parte productas, tandem vicit sententia *R. Tarphon*, decimas pauperum Anno septimo in *Ammon* & *Moab* solvendas esse, statuentis; qua de controversia prolixe agitur in *Misch. Jadaim.* IV. 3. cujus ultima tantum verba hic apponemus: ובשבא רבי יוסי בן דורמסקית אצל רבי אליעזר ללוד אמר לו מה חרוש היה לכם בבית המדרש היום אמר לו נמנו ונמרו עמון ומואב מעשרים מעשר עני בשביעית בכה רבי אליעזר ואמר סוד ה׳ ליריאו ובריתו להודיעם צא ואמור להם אל תחושו למנינכם מקובל אני מרבן יוחנן בן זכאי ששמע מרבו ורבו מרבו עד הלכה למשה מסיני שעמון ומואב מעשרין מעשר עני בשביעית: *Quum venisset R. Jose Fil. Dormascith apud R. Eliefer in Lud*, (cujus scholæ R. Tarphon Rector erat) *dixitque, quid novi hodie in schola vestra accidit? respondit ei, suffragati sunt & concluserunt quod Ammonitæ & Moabitæ decimas solvant anno septimo; flevit R. Eliefer, dixitque: secretum Domini sit pro timentibus ipsum & fœdus illius ad indicandum ipsis, exito & dicito illis, ne soliciti estote de suffragiis vestris, accepi ego a R. Jochanan ben Zacai, qui audivit a Magistro suo & Magister ipsius a Magistro ipsius usque ad constitutiones Mosis e Sinai, Ammonitas & Moabitas ad decimas pauperis anno septimo teneri.* Idem quoque legitur in *Gem. Jebbamoth. fol.* XVI. *col.* I. Est adeoque traditio

hæc

hæc ex Judæorum ſententia jam inde a traditionibus de monte Sinai acceptis arceſſenda; Impoſitæ quoque ſunt *Ægypto* ſeptimo anno præter decimam primam, decimæ pauperum a זקנים *ſenioribus; Babylonia* autem ex decreto נביאים *prophetarum* ſolvebat decimas ſecundas anno VII. vid. *Miſch. l. c. Maimon. de Donis Pauperum* VI. 5. ובחוצה לארץ שאין בה שמטה קרקע מפרישין בארץ מצרים ובעמון ובמואב מעשר ראשון ומעשר עני מפני שארצות אלו קרובות לארץ ישרא׳ כדי שיהיו עניי ישרא׳ נסמכין עליה בשביעית והלכה למשה מסיני שיהיו מפרישים בארץ עמון ומואב מעשר עני בשביעית אבל בארץ שנער מפרישין בשביעית מעשר שני בסדר רוב השנים: *Et extra terram, ubi fundi non eſt requies ſeparant in Ægypto, Ammon & Moab decimam primam & decimam pauperum; quia regiones iſtæ Terræ Iſraeliticæ ſunt propinquæ, ut pauperes Iſraelitæ in anno* VII. *ex illis ſuſtentarentur; atque hæc eſt Traditio Moſis e Sinai ut Ammon & Moab An.* VII. *ſeparent pauperum decimas: ſed in Babylonia eodem anno ſeparant decimas ſecundas, juxta ordinem plurium annorum.* Idem ergo jus in *Ammon*, *Moab* & *Ægypto* quoad decimas obtinebat.

X. Quemadmodum autem hæ regiones, de quibus hactenus diximus ad decimas tenebantur, licet fuerint extra terram Iſraeliticam, ita ſunt & alia loca, quæ licet aut in ipſa terra Iſraelitica aut ad terminos ejus ſita fuerint, tamen ab hoc præcepto libera pronuntiabantur. Refertur inter hæc a Judæis בית שאן *Bethſcean* una ex urbibus *Decapolitanis* (conf. ſupra p. 37.) quæ & Scythopolis vocatur. *In Gem. Hieroſol. Demai fol. m.* V. *fac.* I. una cum aliquot aliis urbibus a decimatione excipitur; recenſetur quoque in *Gemar. Bab. Chullin. fol.* VI. 2. R. Meir folia olerum non decimatorum comediſſe in *Bethſcheane*, atque eapropter eam Rabbinum a decimis liberaſſe: vid. *Cl. Lightfoot. Op. T.* II. *pag.* 418. *ſq.* Ratio autem quare hæc urbs a decimis liberata fuerit, cum tamen in ipſa terra Iſraelitica transjordanica ſit, hæc redditur a Judæis, poſſediſſe quidem Iſraelitas eam in ſubjugatione prima, ſed non in altera poſt reditum e Babylone, tum enim ſemper habitabatur ab Ethnicis, hinc habebatur quoque ut urbs gentilis & ac ſi eſſet extra Iſraelem, ubi neque Thrumarum neque decimarum leges obtinebant. Et idem quoque cum *Cl. Lightfooto* de reliquis urbibus *Decapoleos* judicandum putamus, quod quidem fuerint intra limites terræ Iſraeliticæ ſed poſſeſſæ ab Ethnicis; nullum tamen dubium eſt hanc regionem, cum adhuc ab Iſraelitis culta & inhabitata fuerat, decimas quoque ſolviſſe. Vid. *Cl. Bernard ad Joſeph. Antiqq. Lib.* IV. *cap.* 8. *pag.* 287. *vid.* etiam *Joſephum Antiqq.* XVII. *cap.* 13. *p.* 611. *de B. J. L.* II. *cap.* XIX. XX. *p.* 813.

XI. Quod ad loca ad Terræ Iſraeliticæ limites Septentrionales ſita, repeti poſſunt quæ jamjam §. VIII. de *Cſib*, *Aco* & *Tyro* &c. diximus. In limitibus Terræ cisjordanicæ auſtralibus occurrit urbs maritima Philiſtæorum Aſcalon; equidem in *Miſch. Gittin.* I. 2. videtur illa urbs ſimilis habita cum regionibus Ethnicis & quoad ejus obligationem ad decimas prolixe diſſeritur *Gem. Hieroſ. Scheviit. fol. m.* XIII. *fac.* I. atque quænam ejus pars intra quænam extra terram pertineat; fuerunt, quibus examen hujus diſtrictus erat demandatum, qui טיהרוהו מפי ר׳ פנחס בן יאיר דאמר יורדין היינו לסירקייא של אשקלון ולוקיחין חטין ועולין לעירן וטובלין ואוכלין בתרומתינו: *mundam pronuntiarunt ex authoritate Rabi Pinchaſi ben Jair, referentis: deſcendimus in forum frumentarium Aſcalonis emimuſque ibi triticum, aſcendenteſque in civitatem noſtram lavimus, Thrumamque noſtram edimus.* Alii tamen ipſam urbem Aſcalon כלחוץ ac ſi fuiſſet extra terram, & idcirco לפוטרה מן המעשרות liberam a decimis habebant. conf. *Cl. Lighfoot. ibid. p.* 180. Terra itaque Iſraelitica in XII. tribus diſtributa, ſola proprie & ex lege ad decimas ſolvendas erat obligata, ſed propter varias hujus terræ mutationes, incrementa & decrementa, incolarum in vicinas terras gentium diſperſiones, factum eſt ut aliæ quoque regiones ad decimas obligatæ fuerint, ceu dicta ſatis oſtendunt. Quibus id unicum addimus, quod Judæi tradunt de arbore in extremis terræ ſuæ limitibus plantatæ, ſi nempe illa inclinet, extra teram tum judicium faciendum juxta radicem; ſic in *Miſch. Maaſeroth.* III. 10. תאנה עומדת בארץ ונוטה חוצה לארץ בחוצה לארץ ונוטה לארץ הכל הולך אחר העיקר: *Si ficus plantata fuerit in terra Iſraelis & inclinaverit ſe extra terram; aut ſi plantata extra terram Iſraelis & inclinaverit ſe intra terram Iſraelis omnia procedunt juxta radicem:* ſi ſcilicet radix ſteterit in Terra Iſraelis, rami ejus ſe inclinaverint extra Terram Iſraelis tunc arboris hujus fructus tenentur de decimis.

XII. Progredimur Perſonas ad decimas ſolvendas obligatas indicare. Tales erant omnes Iſraelitæ, qui proprios ha-

bebant agros, quorum proventus decimare debebant. Dabant quidem Levitæ quoque decimas de suis a populo acceptis Sacerdotibus, de quibus tamen sequenti Exercitatione specialius agemus, hic solum nobis sermo est de Personis; ad varias toti tribui Leviticæ decimas solvendas obligatis; tales, inquam, erant filii Israel scilicet ceterarum XI. tribuum; qui etiam quoad præceptum hocce a Levitica tribu Num. XVIII. 24. distinguuntur. Verum, quum Sacerdotes & Levitæ, sequioribus præsertim temporibus, lucri cupidi agros vel fructus ab Israelitis coemissent, ipsi quoque a Sapientibus, ut agrorum & fructuum possessores decimas aliis Sacerdotibus & Levitis solverent, obligati fuerunt, ut eo magis ejusmodi emtionem inhiberent: vid. *Misch. Peah.* I. *6. Gem. Hierosol. Peah. fol. m.* VI. *fac.* 2. Et quidem quoad fructus, si illos Sacerdos aut Levita emerit, postquam præparati, tunc demum tenebantur ad decimas; *ibid.* unde *Maim. Hilc. Maaseroth.* VI. 15. כהן או לוי שלקחו פירות מישראל אחר שנגמרה מלאכתן מוציאין את התרומה והמעשרות מידיהן ונותנין אותם לכהנים ולוים אחרים קנס הוא להם שלא יקפצו לגרנות ולגתות ויקנו טבלים כדי להפקיע מתנות אחיהם הכהנים ואם קנו קודם שתגמר מלאכתן אין מוציאים מידם: *Sacerdos aut Levita, qui emerunt fructus ab Israelita postquam opus eorum perfectum est, educere debent Thrumam & decimas e manibus suis aliisque Sacerdotibus & Levitis dare, atque hoc modo mulctant illos ne transiliant areas & torcularia ut circumeant dona fratrum suorum Sacerdotum: si vero emerint fructuum opere non perfecto decimas non educunt e manibus eorum.* Sunt plura alia quæ Sacerdotes & Levitæ lucri causa excogitarunt, unde variæ de decimis constitutiones ortæ sunt; ita si Sacerdos aut Levita agrum ab Israelita conduxerint, ea conditione, ut ipsi dent tertiam aut quartam partem proventus, tunc partem illam tertiam aut quartam Israelitæ dare tenentur, quam postea, pro Thruma & decimis Sacerdoti aut Levitæ cuicunque lubuerit tradit: vid. *Misch. Demai.* VI. 3. Aliquando etiam Sacerdotes & Levitæ agros Israelitæ pro decima parte elocarunt, quod tamen pactum nonnisi per quatuor aut quinque annos valere poterat; nonnunquam vendebant Sacerdotes agros Israelitis ea conditione, ut ipsi ex eo agro decimas persolvant vel ad vitæ suæ dies vel ipsi & filiis suis, vel alia conditione *Maim. l. c.* Ita enim sæpius accidit ut Sacerdotes aut Levitæ colonos hac ratione obligarint ut ex hoc vel illo agro decimas acciperent, quum colonus pro lubitu suo cuicunque volebat Sacerdoti vel Levitæ decimas suas exhibere potuerit. Hac ergo ratione & non ex lege Sacerdotes & Levitæ ad decimas obligabantur, alias in maximum damnum ceterorum ex Levitica tribu, quibus res angusta domi erat, cessisset, si ex agris quos ditiores ab Israelitis emerant, nullas accepissent decimas.

XIV. Nonnisi ergo in recensitis casibus Sacerdotes ac Levitæ ad Decimas obligabantur, alias omnino erant liberi ab illis & a populo accipiebant eas; hinc *Maim. Hilc. Maaseroth.* I. 4. אין מוציאין המעשר מיד הכהנים שנ' כי תקחו מאת בני ישראל וכן כל מתנות כהונה אין מוציאין אותה מכהן לכהן: *Non educuntur Decimæ e manibus Sacerdotum Q. D.* (Num. XVIII. 26.) quum acceperitis a filiis Israel decimas &c. *& sic omnia dona sacerdotalia non solvuntur a sacerdotibus. Raschi ad Deut.* XIV. 23. Levitas אינא חייבים במעשר *ad Decimas non teneri*, dicit. Sed præter Israelitas qui erant בעלי השדה *possessores agrorum*, pauperes quoque, qui alias certas decimas ab illis accipiebant, in quibusdam casibus ad decimas solvendas obligati erant, qui tamen quum ad explicationem *Decimarum Pauperum* pertineant, loco suo explicabuntur.

XV. Videamus nunc quo loco *Cuthæorum* & *Alienigenarum*, qui inter Israelitas habitarunt, decimæ habitæ fuerint. *Cuthæorum* nomine Judæi Samaritanos indicare solent, ab urbe *Cutha* prope Babelem sita, כותים dicti: vid. *Cl. Relandi Dissertat. de Samaritanis T.* II. *pap. 67.* Hos autem *Cuthæos*, quum post eorum divortium ab Israelitis, in ipsa terra Israelitica sedes occuparint, & peculiarem cultum instituerint, maximo Judæi odio prosecuti sunt; attamen terra illorum, domus, viæ, receptacula aquarum pro mundis habita fuerunt; ceu traditur *Misch. Mikvaoth.* VIII. I. vid. ibi *Comment. R. Obad. de Bartenora:* terra ipsa ob antiquam possessionem & promissionem Abrahamo factam terræ Canaan accensebatur, qui tamen ritibus eorum addicti erant, a Judæis, ut pro gentilibus habebantur, sed alii eos qui inter Israelitas habitarunt, his similes statuerunt. *Gem. Hierosol. Beracoth. fol. m.* XXIX. *fac.* I. כותי כישראל לכל דבר דתני כותי הרי הוא כגוי דברי רבי רבן שמעון בן גמליאל אומר כותי הרי הוא כישראל לכל דבר: *Cuthæus inter Israelitas in omnibus rebus quæ traditæ*

ditæ a Cuthæo ecce ille habetur pro Ethnico, verba sunt Rabbi. Sed Raban Simeon fil. Gamaliel dixit: Cuthæus ecce ille habetur ut Israelita in singulis rebus: quia nempe Judæi *Samaritanos* pro idololatris habebant, idcirco eos gentilibus accompararunt; cum autem varias Samaritanorum sectas statuant, atque quidam fuerint qui decimarum solutionem accurate observarunt, hinc inter Israelitas habitantium decimæ ratæ habebantur. *Misch. Demai. v. 9.* מעשרין משל ישראל על של כותים משל כותים על של כותים רבי אליעזר אוסר משל כותים על של כותים: *Decimæ desumuntur de frugibus Israelitarum pro frugibus Cuthæorum & de frugibus Cuthæorum pro frugibus Cuthaorum. R. Eliefer vetat de frugibus Cuthæorum pro frugibus Cuthæorum*: vid. *Comment. Maimonidis ad h. l.* & *Mischn. Trumoth.* III. 9. העכ״ום והכותי תרומתן תרומה מעשרות מעשר והקדשן הקדש: *Alienigenæ & Cuthæi primitiæ pro primitiis, decimæ pro decimis & consecratum pro consecrato habentur.* Unde colligitur *Cuthæum* seu *Samaritanum*, agrum inter Israelitas possidentem, æque ac ipsos Israelitas ad decimas solvendas fuisse obligatum. Ceterum observandum quoque *Samaritanos* ipsos sacris suis ministrantibus decimas ex omnibus satis, fructibus & animantibus solvisse, atque apud eos quoque distinctionem inter primam & secundam decimam obtinuisse, quemadmodum *Cl. Relandus* ex Chronico suo MS. *l. c. p.* 45. refert, quamvis Judæi scribant, Manassem Saneballathi generum, qui a Judæis ad Samaritanos defecit, & universam religionem Samaritanam nova facie induit, concessisse Samaritanis ut nullas primitias, nullas decimas erogarent; vid. testimonium apud laudatum Virum ex *Schevet Jehuda p.* 15. *ed. Amstelod.* l. c. allatum.

XVI. Alienigenarum seu gentilium inter Israelitas habitantium eadem ferme quæ Samaritanorum, quoad decimas, erat ratio; quod si gentilis agrum in Israelitica terra habuisset, ab eodem decimæ quoque exigebantur; unde fundamentalis Canon Celeberrimo *R. Mejer* adscriptus apud Judæos natus: אין קנין לגוי בארץ ישראל להפקיע מן המעשרות non est possessio gentili in terra Israelis ad rescindendas decimas. Eodem quoque utitur R. Jochanan *Gemara Hieros. Peah. fol. m.* XIII. *fac.* 2. proinde מעשרין משל ישראל על של גוים משל גוים על של ישראל: *Decimæ desumuntur de frugibus Israelitarum pro frugibus gentilium; & de frugibus gentilium pro frugibus Israelitarum. Misn. Demai l. c.* Jam supra pag. 46. indicavimus spicilegium, prætermissum & angulum, utpote quæ dona pauperibus sunt communia, libera esse a decimis, si scilicet sint ex agro Israelitæ; verum ad hæc dona Ethnici quidem non tenebantur, attamen ex illis decimas separare debebant. *Misch. Peah.* IV. 9. הלקט והשכחה והפאה של נכרי חייב במעשרות אלא אם כן הפקיר: *Spicilegium, manipulus oblivionis & angulus alienigenæ tenentur de decimis, nisi si communis juris fecerit.*

XVII. Haud inconveniens erit hoc loco, conditiones in personis decimantibus apud Persas requisitis, quas ex summa *Theologiæ Abas Magni Illustr. Chardin in Itinerario suo Persico Tom.* VII. *p.* 332. recensuit, subjungere; sunt autem sequentes: 1. ut persona decimans sit majorennis & emancipata; infans, infra ætatem nunquam obligatur ad decimas solvendas; (fructus vero minorennium & pupillorum apud Judæos decimandi erant a tutoribus. *Gem. Hierosol. Gittin. fol.* XLVII. *col.* 1.) 2. ut sit sanæ mentis, non homo nequam, neque etiam simplex. 3. ut sit sui juris, nunquam enim servus ad decimas tenebatur. 4. ut certam pecuniæ summam possideat; Præter frugum, auri etiam ac argenti decimas Persæ solvere debent. 5. ut aptus sit ad augenda bona sua. 6. ut facultates suæ legitimo modo sint acquisitæ, furto enim ablatæ & male partæ nullatenus decimis subjiciuntur.

EXERCITATIO SEXTA

De Decima prima a populo Levitis & Decima e Decima a Levitis Sacerdotibus soluta.

A R G U M E N T U M.

Divisio *decimarum in* quatuor species. *Solutionem decimarum præcedebat separatio* בכורים primitivorum & תרומות primitiarum. *Quæ paucis describuntur, quibus separatis solvenda* מעשר ראשון decima prima, *qui ordo non erat invertendus, quod juxta Judæos Exod.* XII. 29. *indigitatur. Hæc* decima prima *pertinebat ad* Levitas, *juxta Num.* XVIII. 21. 24. *contra fecisse leguntur* Tobias *cap.* I. 7. & Samaritani. *Explicatur locus Hebr.* VII. 5. Cl. Relandi *peculiaris in hunc locum observatio. De decreto* Ezræ, Levitarum *decimas*, Sacerdotibus *adjudicantis*. Singulis

gulis annis, *excepto Sabbathico*, *in terra Israelitica solutæ sunt : nunquam successerunt in locum* decimarum pauperum. *De* decimis primis *cui edere fas fuerit*, *nulla illis inerat* sanctitas. *Has decimas* Levitis *destinavit Deus in mercedem ministerii sui*, *quod paucis describitur. Prius quam* Levitæ *ex his decimis usum capere poterant*, *aliam* מעשר מן המעשר decimam e decima *dictam*, *separare debebant*, *quæ distinguenda a* עמשר שני decima secunda. *Illa solvenda erat* Sacerdotibus *ex Num.* XVIII. 26. *&* *quibus*, *afferenda* Hierosolymam, *ubi in* conclavibus templi, *asservata; hanc itidem decimam* Sacerdotes, *præter alia dona*, *accipiebant pro mercede ministerii*, *quod etiam paucis describitur*.

I. ANtequam ad ipsam primæ decimæ pleniorem expositionem pergimus, prius quædam de divisione decimarum in species præmittenda. Solent autem diversimode dividi: sunt qui duas faciunt species, *decimas primas* & *decimas secundas* vocatas; decimam enim e decimis, ex decimis primis solutam & decimam pauperum, quæ intra septennium semel atque iterum in locum decimarum secundarum successit, peculiarem speciem non facere, autumantes; Tametsi autem hæc distinctio, qua & ipsi Dd. Judaici passim utuntur, valere posset, attamen, quum quævis recensitarum species peculiarem habeat legem & singularia jura in earum solutione observanda obtineant, decimarum species (missis aliis divisionibus) ad quatuor commode referri posse putamus; scilicet erat I. מ,שר ראשון *decima prima;* quam populus solvebat Levitis, de qua Num. XVIII. 21. II. מעשר מן המעשר *decima e decimis* quam Levitæ pendebant Sacerdotibus: ibidem v. 26. III. מעשר שני *decima secunda*, quam colonus Hierosolymas afferre ibique consumere debebat. Deut. XII. 27. IV. מעשר עני *decima pauperum*. Deut. XVI. 12. Atque hoc ordine, quatuor hasce decimarum species, in posterum expositurі sumus.

II. Primo igitur de *decima prima* dicendum nobis erit, cujus descriptioni pauca de iis, quæ separationem ejus præcesserunt, præmittimus. Antecedebat autem decimæ hujus primæ solutionem, separatio בכורים *πρωτογεννημάτων primitivorum*, quæ Deus ex omni fructu terræ Deut. XXVI. 2. adferri jusserat, quamvis Judæi *Mischn. Biccurim* I. 3. septem tantum fructuum genera nempe triticum, hordeum, uvas, ficus, malogranata, olivas & dactylos, adducta fuisse tradunt: Hi fructus dedebant esse ex selectissimis, &, nisi id viæ longinquitas impediret, recentes Hierosolymas adferri; quantitas eorum a LLatore definita non est, quemadmodum in decimis, sic ut quis totum agri proventum in primitiva consecrare potuisset. *ibid.* II. 4. Sapientes tamen אחד משישים *unum de* LX. dandum decreverunt. Adductio autem horum primitivorum fructuum solennis admodum ac pomposa erat, *ibid.* III. 2. descripta, multisque ritibus ac cœremoniis, veluti publica confessione, cantico, sacrificio &c. concomitata; ea vel ipse fructuum possessor vel alius ejus nomine in canistro afferebat, atque in atrio Sacerdotibus tradebat, qui eos inter se dividebant ac Hierosolymis comedebant; Tempus autem adductionis primitivorum erat intra festum Pentecostes & Encœniorum. Atque hæc prima erat fructuum separatio, quam dein excipiebat separatio תרומות *Primitiarum*, quas Græci *ἀφαιρέματα* & *ἀπαρχὰς τῶν γεννημάτων* vocant; sic enim traditur in *Misch. Thrumoth.* III. 7. primitiva præmittenda esse primitiis & primitias decimis &c. Harum primitiarum jura eadem prope erant quæ decimarum; separabantur enim de iisdem frugum speciebus, iisdem personis, eadem ex terra, nisi quod eæ quæ extra terram erant separatæ, in Terram Israelis inferre non licuit, uti traditur *Mischn. Scheviit.* VI. 6. Neque de his primitiis solvendis quantitas aliqua a Deo est definita; *Hillеliani* statuerunt unum ex XL. sed *Schamæani* unum ex XXX. dandum statuerunt: tradunt tamen Judæi vulgo unum e L. datum fuisse, qui autem sordidi nimis & tenaces erant, tantummodo unum ex LX. dabant, quorum Thruma vocabatur תרומה עין רעה *Thruma oculi mali*, liberaliorum autem תרומה עין יפה *Thruma oculi boni*. In quo præ aliis Pharisæi eminebant, qui teste *Epiphanio Hæres.* XVI. *p. m.* 34. *τὰς ἀπαρχὰς ἐδίδουν τριακοντάδας καὶ πεντηκοντάδας* *primitias solvebant tricesimas & quinquagesimas*. Has primitias seu תרומה גדולה colonus Sacerdoti cuicunque volebat, dabat, quas etiam Sacerdotes mundi in terra sancta comedebant. Num. XVIII. 11.

III. Primitivorum ac primitiarum separationem, solutio *decimæ primæ* excipiebat, quæ simpliciter מעשר ראשון & מעשר *δεκάτη πρώτη*, apud *Josephum* Tob. I. 7. & Judæos vocatur, de qua præceptum extat Num. XVIII. 21. 24. ולבני לוי הנה נתתי כל מעשר בישראל לנחלה

לנחלה חלף עבדתם אשר הם עובדים אדת עבדת אהל מועד: כי את מעשר בני ישראל אשר ירימו ליהוה תרומה נתתי ללוים לנחלה על כן אמרתי להם בתוך בני ישראל לא ינחלו נחלה: *Et filiis Levi ecce dedi omnem decimam in Israele in hæreditatem; pro ministerio eorum, quo ipsi ministrant ministerio tentorii conventus. Nam decimas filiorum Israel, quas offerant Domino in oblationem dedi Levitis in hæreditatem, proin dixi illis: inter filios Israel ne possidento hæreditatem.* Quæ in superioribus de rebus decimandis, decimationis tempore terra & personis ad decimas solvendas obligatis, prolixius commentati sumus, nunc repetere nolumus, ne bis coctam crabem proponamus; sufficiet hic monuisse, ea omnia quæ ibi diximus, ad jura, ut omnium, sic quoque primarum decimarum pertinere, quæ harum rerum curiosus inde repetere potest; Nobis nunc nihil aliud restat quam peculiares de decimis primis constitutiones, explicare.

IV. Statim igitur ac Thruma magna Sacerdotibus solvenda, erat separara, colonus *decimam* hanc *primam* segregare debebat. *Maimon. Hilc. Maaseroth* I. 1. אחר שמפרישין תרומה גדולה מפריש אחד מעשרה מן הנשאר וזהוא הנקרא מעשר ראשון וכו נאמר כי את מעשר בני ישראל אשר ירימו ליהוה ונומר: *Postquam separarunt Thrumam magnam, separant unum ex decem de reliquo, quod vocatur decima prima, de* Num. XVIII. 24.) *D. E.* Nam decimas filiorum Israel quas offerunt Domino &c. Atque hic ordo omnino erat observandus, juxta canonem Judæorum שלא להקדים חקי התבואות *non esse anticipanda statuta proventuum;* licet autem quis contra fecerit & decimas primas ante nominatam Thrumam separaverit, ejus tamen separatio rata habetur. *Misn. Thrumoth.* III. 6. המקדים תרומה לבכורים מעשר ראשון בתרומה ומעשר שני לראשון אף על פי שהוא עובר בלא תעשה מה שעשה עשוי שנאמר מלאתך ודמעך לא תאחר: *Si quis præmiserit primitivis primitias, primitiis decimas primas, decimis primis secundas, factum valet, quanquam præceptum negativum violaverit.* Q. D. (Exod. XXII. 29.) Plenitudinem & lacrymas tuas non tardabis. Nempe ex hisce verbis supra dictum canonem & præceptum negativum Dd. eliciunt, explicantque vocem מלא plenitudinem de בכורים *primitivis* & דמע de תרומות *oblationibus*; verba vero לא תאחר *non tardabis*, reddunt לא תקדים תרומה לבכורים *non dabis Thrumam ante primitiva*. Videsis *Raschium ad h. l.* B. Avum in *Jure Hebræor. Leg.* LXXVIII. & quæ ex *Merhilta* refert. *Cl. Guisius ad Misn. citatam. R. Obad. de Bartenora ibid.* & alios.

V. Multis in *personas*, ad quas prima hæc decima pertinebat, inquirendum non est, cum supra citata lex, eam *Levitis* solvendam esse clarissimis verbis præcipiat Num. XVIII. 21. 24. Neque enim hic per filios Levi tota Levitica tribus, qua alias Sacerdotes quoque comprehenduntur, sed *Levitæ* specialiter sic dicti, ut Sacerdotum in quibusdam sacris ministri, intelligendi, ceu ex collatione v. 26. patet, ubi Sacerdotum decimæ ab illis Levitarum, clare distinguuntur. Non impedit tamen quod de *Tobia* c. I. 7. in quibusdam exemplaribus legitur, eum πρώτην δεκάτην dedisse Sacerdotibus τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλήμ, quemadmodum etiam in Latina *Junii* & *Tremellii* versione legitur; quod citatæ legi contrariatur, qua decimæ primæ Levitis assignantur. Sed *Illustris Scaliger* in Tractatu suo *de decimis*, aliter hæc *Tobiæ* verba profert: τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. *Et decimam primam dedi filiis Levi ministrantibus Hierosolymis*; Et in Hebræo *Tobiæ* libro dicitur cum in genere מעשרות *decimas*, primogenita ad Sacerdotes detulisse, frumentum, vinum ad Levitas &c. Sed quæ plura de Tobia decimas solvente, leguntur, in Exercitatione de *Decimis Pauperum*, explicabuntur. Est quoque contra divinam institutionem, quod *Cl. Relandus in Dissertat. de Samaritanis p.* 46. ex Chronico suo Samaritano refert, decimas nempe primas a Levitis Sacerdoti Summo fuisse solutas, de quo tamen Judæorum statuta alte silent, nihil aliud referentia, quam Levitas ex suis decimis, alias solvisse Sacerdotibus; unde Vir Clarissimus conjicit in textu hujus Chronici interponendam esse particulam מן *ex*, sic ut sensus non sit, Levitas dedisse illas decimas, sed ex illis decimis aliquid Sacerdoti. Nec requirebatur ut eas darent Pontifici Maximo, quod Samaritani volunt, sed לכהן *sacerdoti* simpliciter & ita convenit cum Sacris Literis & traditionibus Judæorum, quemadmodum pluribus dicetur.

VI. Sed majorem difficultatem, quod *personas*, qui decimas primas accipiebant, parit alius locus θεόπνευστος Pauli Heb. VII. 5. ubi legitur: Καὶ οἱ μὲν ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν, κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ, *Et ii quidem, qui sunt ex filiis Levi, sacer-*

cerdotium accipientes, præceptum habent decimandi populum secundum legem, hoc est, a fratribus suis licet egressi ex lumbis Abraham. Apostolum hic loqui de iis, qui decimas a populo accipiebant, nullus Interpretum inficias ibit; etenim vox ἀποδεκατοῦν, quemadmodum Hebræorum עשר tam *decimas dare*, quam ab aliis *accipere* denotat, sicuti jam supra p. 5. monuimus; dicitur hic de iis qui decimas accipiebant a populo, quales erant *Levitæ* decimas primas accipientes & subjungitur, eos qui ex filiis Levi sacerdotium acceperunt, habuisse mandatum ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν & quidem κατὰ τὸν νόμον atque ita decimæ a populo solutæ non Levitis, sed Sacerdotibus tribui videntur, quum tamen illis κατὰ νόμον Num. XVIII. 21. 24. tribuantur. Difficultatis hujus & ἐναντιοφανείας conciliatio a claris Interpretibus, variæ tentata est; vulgo tamen ita instituitur accepisse *Sacerdotes* decimas a populo non quidem immediate sed mediantibus *Levitis* ac si sermo hic esset de decimis quas *Levitæ* ex iis a populo acceptis, pendebant Sacerdotibus. *Cl. Drusius in præteritis lib.* VIII. *p.* 334. ad h. l. ita commentatur: Decimas sumere a populo. *Imo Levitæ sumebant a populo; e quibus deinde dabant decimas ipsis sacerdotibus, quæ decimæ decimarum dicebantur; solvo nodum: Levitæ sumebant a populo immediate, sacerdotes autem mediate, videlicet per Levitas, qui ex decimis suis, quas a populo acceperant, decimam partem dabant filiis Aharonis, hoc est sacerdotibus*. Quæ explicatio eo aptior videri posset, si juxta traditiones Judæorum consideremus, ipsos Sacerdotes aliquando decimas suas, ab ipso populo, quas expectabant a *Levitis*, accepisse: colonus enim seu frugum possessor, decimas Sacerdotibus solvendas ex Levitarum decimis detrahere poterat, ipsisque exhibere; ut ita hoc modo Sacerdotes decimas a populo accepisse non adeo incommode dici possint. Saltem hæc conciliatio præferenda mihi videtur aliorum expositioni, qui putant respici hic ad Ezræ factum, qui ne Leviti decimæ solverentur vetuit, sed ut Sacerdotes illas decimas a populo acciperent, decrevit quandoquidem Paulus h. l. non de Ezræ decreto & consuetudine quæ Templo secundo stante obtinuit, verum de ipso Dei præcepto & quod κατὰ νόμον fieri debebat, loquitur.

VII. Conciliationes autem istæ, & si quæ aliæ sint, quamvis hactenus a pluribus receptæ, non satisfaciunt *Clarissimo Relando*, qui in huncce Pauli locum, peculiarem & doctissimam fovet sententiam, quam olim בעל פה *oretenus* ab Viro celeberrimo accepi, eam, nuper admodum, ipse in *Antiqq. Hebr. p.* 380. sq. publico communicavit, cujus ipsissima verba huc omnino pertinentia, exhibere non pigebit. Dici posset, inquit, respici hic ad decimas, quas Levitæ dabant Sacerdotibus, ita ut populus Sacerdotibus, per Levitas decimas solveret, quemadmodum Deus ipse primitias accipere dicitur, quæ Sacerdotibus dabantur, *In Gem. Sanhedrin* XXXIX. 1. At videtur potius hic agi de Levitis ipsis, sicut illi qui Jerem. 32. 21. appellantur הלוים הכהנים *hic qui nuncupentur illi qui ex filiis Levi sunt*, id est, *Levitæ, quorum tribui jura sacerdotalia concessa sunt* sive τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, illi jus habent ad decimas. Nam commate 4. tribui Leviticæ sacerdotium a Mose tributum memorat & commate 9. *Levi scribit decimas accipere*. Ita in Targum Hierosol. Genes. 25. 31. legitur Pontificatum maximum datum fuisse tribui Levi אתיהיבת כהונתא רבתא לשיבטא דלוי & Jos. 8. 7. sacerdotium esse hæreditatem Levitarum. Nec dubium esse potest, quin Levitæ illi fuerint, quibus Deus mandaverit decimas a populo accipere non Sacerdotes: etiamsi ut Judæi tradunt, in *Gem. Ketubboth*. 26. 1. stante Templo II. decimas Levitis aliquando non dederint, vetante hoc Ezra, sed Sacerdotibus. Hic autem agit Paulus non de consuetudine sed de mandato Dei, quo certæ Levitæ ad decimas jus acceperunt. Hactenus Vir πολυμαθέστατος. Ex qua explicatione vel cæcutienti patet, Legi divinæ Num. XVIII. 21. omnino satisfieri, ad quam Paulum allusisse nullum omnino dubium est; hoc scilicet commodum est, quod ex collatione phrasium Græcorum N. T. cum Hebraicis, oritur. Examinandæ adeoque sunt diversæ hujus loci versiones. *Belgæ* transtulerunt: Ende die uyt de kinderen Levi het Priesterdom ontfangen, hebben wel bevel om tiende te nemen van het volk, na de wet, dat is, van hare broederen, hoewel die uyt de lenden Abrahams voortgekomen zijn. *Tigurina* nostra vernacula: Und zwar die von den Kindern Levi sind, die (*Luth.* da sie) das Priesterthum empfangen, haben ein Gebott, den zehenden von dem Volck zunemmen, nach dem Gesatz, das ist, von ihren Brüderen, (wiewol auch dieselbigen aus der lenden Abrahams herkommen sind. Versio *Galica* Theologorum Genevensium hunc in modum vertit: *Et quant a ceux d' entre les enfans de Levi, qui recoivent la charge de la sacrificature, ils ont bien une ordonnance, pour dimer le peuple, selon la Loy (c' est-a-dire leurs freres) bien qu' ils soyent sortis*

tis de reins d' Abraham. Versio Italica Diodati: *Hor quelli d' infra i figliuoli di Levi, i quali ottengono il sacerdozio, hanno bene il comandamento secondo la Lege, di decimar il popolo, cioe, i lor fratelli benche siano usciti de' lombi d' Abrahamo*. Videntur certe hi Interpretes Pauli verba sic accepisse, ac si Sacerdotes mandatum seu legem habuissent ἀποδεκατῦν λαὸν quæ tamen nullibi extat sed Levitis data legitur. His versionibus addimus *Hebræam*, quam *Elias Hutterus Norimberg. Anno* MDII. *in* 4. edidit, quæ sic se habet: ומבני לוי אשר את הכהונה יקחו יש להם מצוה לעשר את העם כתורה זה הוא את אחיהם אף כי גם המה יוצאי ירך אברהם: quæ translatio, si conferatur cum supra dictis, haud inepta videri & cum *Cl. Relandi* expositione stare posset, cui nos lubentes subscribimus, quippe ex qua liquet Mosen & Paulum amice conspirare, atque utrumque decimas a populo acceptas, hoc est, *primas* Levitis, non Sacerdotibus adscribere.

VIII. Ezræ decretum, cujus statim aliquam mentionem injecimus, quod attinet, id suas habebat causas. Scilicet *Ezras* qui venerabilis concilii quod כנסת גדולה *Synagoga magna* vocatur, præses erat, pro sua, quam sibi conciliabat authoritate, una cum Synagogæ membris, quæ inter *Haggæus*, *Zacharias*, & *Malachias* (quamvis nonnulli tum Judæi, tum Christiani ipsum Ezram *Malachiæ* nomine, non sine rationibus intelligant) eminebant, omnem movebat lapidem, ut coronam Legis, quæ per captivitatem Babylonicam nimis corrupta, in pristinum restitueret statum & nitorem. Hinc plurimæ ortæ sunt constitutiones ab *Ezra* sancitæ, quarum decem una serie in *Gem. Hierosol. Megilla fol.* LXXV. *f.* I. recensentur, quæ apud *Cl. Othonem in Hist. Doct. Mischnic. p.* 5. *sq.* latine legi possunt. Sunt autem aliæ adhuc bene multæ constitutiones ab Ezra, ad Ecclesiam Judaicam restituendam, introductæ, de quibus passim apud Judaicos Dd. agitur. Atque illi quoque adscribitur illud decretum, quo decimas a populo Levitis pendendas, Sacerdotibus adjudicavit. Quia nempe, ut jam supra p. 106. monuimus, frequentissimus Judæorum, ex quavis & ipsa quoque Levitica tribu, numerus, Babylonicæ terræ valedicere nolebat; quum tamen, præsertim ad sacra administranda & populum in lege informandum, præsentia Levitarum & Sacerdotum, quibus hoc munus incumbebat, maxime erat necessaria; idcirco Ezras Levitas, quod cum ipso patriam petere & ibi sacris fungi nolebant, punivit, redituſque eorum ipsis negavit & decimas Sacerdotibus, qui majori numero confluxisse videntur, donavit; de quo decreto legitur in Gem. *Babyl. Jebbamoth. fol.* XXVI. *f.* I. ועזרא קנס את הלוים בזמנו שלא יתנו להן מעשר ראשון אלא יתנו לכהנים לפי שלא עלו עמו לירושלם: *Et Ezras mulctavit Levitas tempore suo, ne ipsis darentur decimæ primæ sed sacerdotibus, quia nolebant cum ipso repetere Hierosolymas*. vid. *Maim. Hilc. Maas. c.* I. §. 4. Quo decreto, procul dubio, nihil aliud Ezras intendebat, quam ut frequentiori numero redirent Levitæ; nam, quum Exras in castris prope flumen, quod *Ahavam* alluit, reduces e Babylonia lustrasset, ומבני לוי לא מצאתי שם: *at ex filiis Levi neminem inveni ibi*: quemadmodum legitur Ezr. VIII. 15. quamvis dici non possit plane nullos rediisse Levitas, quum eorum cum cantoribus & janitoribus, in catalogo reducum e Babylonia ibid. cap. II. 40. sq. CCXXXIII. capita numerentur; hinc forsan est, quod alii Ezram hoc decretum publicasse contra Judæos negent, præsertim cum Nehem. X. 38. & XII. 5. de decimis Levitis solvendis sermo fit sed & ibid. v. 10. dicitur, Levitas, quum debita munera non allata fuerint, ad agros suos rediisse & a Templo aufugisse. Saltem hoc Ezræ de Levitarum decimis decretum constanter a Judæis traditur, qui insuper produnt, ob illud *decimarum confessionem*, solutis decimis publice recitandam ex Deut XXVI. 13. a Jochanan Pontifice Maximo abrogatam fuisse, quia in illa occurrunt verba: *Dedi Levitis....&, secundum omnia quæ præcepisti mihi*, quod tamen ex Ezræ constitutione vere dicere non poterant, qua ne Levitis decimæ darentur prohibebat. Verum de hac decimarum confessione & iis quæ ad eam pertinent, infra in peculiari Excercitatione, prolixius dicemus.

IX. Quicquid autem de hoc Ezræ decreto sit, attamen ex supra dictis patet, juxta legem divinam non Sacerdotes sed Levitas a populo decimas, quas primas vocamus, accepisse. Videbimus nunc de tempore, quo decimæ Levitis fuerant solutæ. Jam supra Excercit. IV. §. III. & V. §. V. IX. præmonuimus decimam primam in Terra Israelitica singulis excepto Sabbathico, annis solutam fuisse, quia tunc erat quies terræ; in quo Syria quoque, ubi jura anni Sabbathici obtinebat, cum terra Israelis conveniebat; sed in cæteris Israeliticæ vicinis regionibus,

bus, veluti Babylonia, Ægypto, Ammon & Moab, nbi septimi anni jura non observabantur, ipso anno Sabbathico decimæ primæ pro Levitis separabantur. Atque hæc constans Judæorum est assertio, quam supra citata testimonia luculenter probant, ut ulteriori demonstratione supersedere possemus, nisi quidam docti Philologi essent, qui Judæisse hic opponunt, pro quibus tamen nobis pugnandum esse puto. Magna inter Eruditos orta est questio, de decimis pauperibus solvendis, an nempe sint peculiaris decimarum species? vel an tertio & sexto anno (nam quoad hocce tempus plurimi inter se conveniunt) in locum secundarum, vel primarum solutæ fuerint? Duas priores quæstiones suis locis ventilabimus, & hac vice eam, sententiam examinabimns quæ decimas primas non singulis, uti diximus, annis, sed tantum primo, secundo, qnarto & quinto Levitis, tertio autem & sexto easdem pauperibus fuisse solutas, statuit.

X. Sententiæ hujus patronum *Illustris Scaliger*, se nobis offert, qui eam in Tractatu suo *de decimis*, *Bibliis post Deut.* xxvi. inserto, hisce prodit verbis: „ τὴν τρίτην δεκάτην in Libro Tobiæ accipere debemus τῷ τρίτῳ ἔτει δεκάτην, „ quæ nihil erat, quam πρώτη δεκάτη, „ quæ primo & secundo anno hebdomadis, item quarto & quinto Hierosolymas a colono vel a vicario coloni delata in manus Ephemeriæ Levitarum „ tunc ministerio fungentis tradebatur. „ Tertio autem & sexto hebdomadis „ annalis anno in horrea, cellas & apothecas coloni condebatur atque Levitis, viduis, orphanis, in ostio coloni „ erogabatur. Deut. xiv. 28. 29. propterea hæc decima dicebatur מַעֲשַׂר „ עָנִי in annis tertio & sexto, quæ in „ annis primo, secundo, quarto & quinto dicebatur decima prima. Qui enim „ diversam putant a prima & tertiam „ constituunt, tam decipiuntur, quam „ qui decimam decimæ inter has differentias ponunt. Nam decimarum tantum ratio habetur quas coloni non „ Levitæ pendebant. Hucusque Scaliger. Cui secundas facit *Cl. Amama in comment. de Decimis Mosaicis*, (qui idcirco a *Cl. Guisio*, author humi repens & a Scaligeri ore pendens, nimis inique vocatur, Vir alias de Philologia bene meritus) cujus iterum verba & rationes apponemus: „ Magnus ille Scaligar vult „ nihil aliud eas (decimas scilicet tertias „ seu pauperum) fuisse quam primas, „ quæ primo & secundo item quarto & „ quinto anno Hierosolymam a colono „ peportabantur in manus ephmeriæ Levitarnm tum ministerium obeuntis: „ tertio autem & sexto anno hebdomadis annalis in horrea, cellas & Apothecas recondebatur, Levitis viduis, „ orphanis & peregrinis in ostiocoloni erogandæ. Licet vero ratione hujus suæ „ sententiæ non afferat, non tamen sine ratione sic statuisse putandus est. „ Hoc tantum vide. Aut fuit prima „ aut secunda, vel aut fuit loco primæ „ aut secundæ, vel aut peremit primam & secundam; utramque enim si peremisset, quæ in atrio præsente colono „ absumebatur, quia sic toto anno multum esurivissent Sacerdotes; utpote „ quum nihil expectandum fuisset, præter decimas decimarum Levitarum & „ Therumas, quarum pars quotidiano „ victu insumenda, pars anno sexto in „ in annum remissionis s. Sabbathicum „ (quo ut nulla messis, ita nullæ decimæ, nullæ Therumæ) reponenda. „ Quantillæ etiam decimæ islæ decimarum fuerint ad tantum numerum Sacerdotum annum, nedum duos alendum, præter Therumam & ea quibus „ ex sacrificiis & pecoribus fruebantur, „ judicabit, quicunque apud Josephum „ in Apolog. adv. App. legerit, quamque classem Sacerdotum (quæ xxiv. „ erant) suo ævo, ultra V. millia Sacerdotum habuisse. Ergo primam. Ut „ hoc pacto Sacerdotibus tantum decimarum, Levitis tantum illud quod in „ orphanos, viduas & pauperes conferebatur decesserit, Atque ita exiguo utrusque ordinis dispendio a sapientissimo Legisletore communi egestati consultum est; quæ omnia secus essent, „ si, ut quidam opinantur, hæ trietericæ docimæ secandas peremissent. Hæc Amama. Horum quoque opinionem ex Lutheranis secutus est *B. Dn. D. Varenius Trifol. Sacr. cap.* xii.

XI. Sed, quod tantorum Virorum pace dictum sit, nullam in recensitis eorum verbis idoneam video rationem, quæ me a communi ὁμοψήφων suffragio confirmata sententia movere possit, quam alibi pluribus probatam dabimus, nunc ea tantum quæ ad decimam primam pertinent notantes. Quod si igitur juxta horum Virorum verba, decimæ primæ tertio & sexta heptaeridis anno, pauperibus fuissent solutæ, non video quomodo Levitæ, præsertim postquam ad numerum tot millium excreverunt, sufficientem, unde vixissent, habuissent victum. Levitæ enim ad quos decima hæc prima, primario pertinebat, denuo decimam aliam de sua Sacerdoti-

bus

bus cedere debebant; & sic eodem modo Sacerdotibus sua abjudicatur decima, de quibus etiam, quandoquidem frequentissimus, ipso etiam observante Amama, erat numerus, misere actum fuisset: Non enim ex his Decimis Levitæ tantum & Sacerdotes, id est, ii qui sacris muneribus fungebantur, sed tota eorum familia, quæ numerum comedentium nimium auget, alenda erat. Habebant quidem Levitæ & Sacerdotes alia bene multa dona, quæ tamen ad eorum, uxorum & liberorum alimenta vix sufficeissent; præsertim si consideremus, quorundam horum talem fuisse rationem, ut iis nonnisi in sanctitate locisque sanctis vesci licuerit, unde factum, ut familiæ eorum nullum ex illis usum capere potuerint. Perpendentes insuper, Deum Levitis hasce decimas concessisse, quia terræ nullam, ut reliquæ tribus, habebant partem; dein etiam illis datæ sunt, ut essent remuneratio pro ipsorum ministerio: si itaque tertio quovis & sexto anno Levitis decimam primam & consequenter Sacerdotibus decimam ex decimis denegemus, quæ ministerii eorum merces? vel an duobus istis annis minora ipsorum officia erant, quam ceteris, ut constitutum salarium meriti non fuerint? id nullus affirmaverit; eadem semper & perpetua, sine annorum discrimine officia Sacerdotibus æque ac Levitis erant obeunda, idcirco quoque singulis annis eadem merces solvenda erat, quænam autem illa si non decima prima? Atque ita ex his patet, non adeo exiguo tam Levitarum quam Sacerdotum dispendio consultum fuisse, si diceremus decimam primam duobus intra septennium annis, in pauperes erogatam, Levitis autem neque decimam primam, & Sacerdotibus decimam ex decima, solutam fuisse; Ita enim sacris his ministris potior redituum pars negatur. Tutius adeoque est, communem Judæorum sententiam sequi, nempe decimam hanc primam a populo Levitis & decimam ex decimis ab his Sacerdotibus, singulis annis excepto Sabbathico in terra Israelitica, solutas fuisse.

XII. Dicendum nunc quoque est de loco, ubi decimæ primæ Levitis solutæ fuerint; de qua quæstione iterum inter Eruditos non convenit; sunt qui putant, illas Levitis qui urbes sui districtus incolebant, fuisse solutas; alii tamen, veluti iterum *Illustr. Scaliger* & *Cl. Amama*, eam Hierosolymas delatam fuisse contendunt. *Scaliger l. c.* „ Primam, inquit, decimam Hierosoly-
„ mam a colonis deferri solitam in apothecas templi, quæ לשכות vocabantur: extat illustris locus Paralip. XXXI.
„ 5. 6. 11. 12. quibus custodiendis & distribuendis præpositi erant homines,
„ Levitæ spectatæ fidei. ibid. 13. Colonus igitur tenebatur aut ipse Hierosolymam portare species aut per vicarios ad id delegatos, quos שלוחים
„ id est, Ἀποστόλους vocabant, deque iis in jure cautum, ne e gentilibus crearentur; tradebat autem species colonus vel ejus Apostolus Levitis, qui in ἐφημερίᾳ sua ministerio suo fungebantur in Templo. Tob. I. 7. τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδων τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλήμ . . . . . Vides ipsum colonum manibus suis τὴν πρώτην δεκάτην tradere solitum Levitis, quorum ἐφημερίᾳ fungebatur in templo.

XIII. Verum neque hic sæpius laudatis Viris assensum nostrum præbere possumus, vero similius putantes decimas hasce primas Levitis in urbibus suis, quas incolebant, distributas fuisse; quod si enim illæ Hierosolymas fuissent adferendæ, de eo proculdubio præceptum aliquod extaret: quale tamen de hac decimarum specie, nullum in Mose extat & de hac apportatione ex Num. XVIII. 21. seq. ubi jura harum decimarum traduntur, nihil quicquam præsumi potest, quæ nonnisi de decimis secundis mandata Deut. XIV. 22. 23. legitur. Neque etiam videre possum cui usui illæ Hierosolymas fuissent vehendæ atque Ephemeriæ Levitarum, tum temporis ministranti dividendæ, quum illis nulla inesset Sanctitas ut loco sancto consumi debuissent; potuissentque insuper a quovis hominum & ubivis locorum comedi. Quid ergo aliud ex ejusmodi adductione, quam ingens molestia, neque minores sumtus surrexissent? Nonne enim Israelitæ in extremis terræ Israeliticæ finibus habitantis maximus fuisset labor, qui ipsi magni insuper constitisset, si decimarum primarum fruges, quæ sine adæratione vel permutatione pendi debebant, Hierosolymas in Templum adducere debuisset? Unde etiam Levita ex iisdem finibus non paucioribus incommodis vel sumtibus Hierosolymis ad urbem suam reducere debuisset. Locus 2. Chron. XXXI. 5. seq. id, quod *Illustris Scaliger* vellet, non probat, sermo enim ibi est de מעשר קדשים *decimis* in quibus aliqua erat *sanctitas*, talis autem non erat in *primis*; neque etiam sequitur, ex eo quod Levitæ præfecti fuerint inspectioni conclavium, ubi decimæ affer-

asservabantur, easdem decimas ad ipsos & non alios, veluti Sacerdotes pertinuisse, quum custodia aliarum rerum, quæ ad Sacerdotes pertinebant, Levitis quoque demandata fuerit. Parum quoque valoris habet, quod Scaliger ex Tobia Græco profert, eum nempe τὴν πρώτην δεκάτην dedisse τοῖς υἱοῖς Λευὶ &c. quod si enim cum Hebræo codice legamus, eum מעשרות *decimas* attulisse Hierosolymas, æque de decimis aliis, illuc adducendis, quales erant Sacerdotum, quam de primis verba intelligi possunt; legitur insuper in Hebræo textu Tobiam istas מעשרות solvisse לכהנים בני אהרן *Sacerdotibus filiis Aharonis*, & sic etiam Græca exemplaria habent, τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς ἱερατεύουσιν ἐν Ἱερουσαλήμ; quæ lectio omnino alteri præferenda videtur, utpote cum lege magis conveniens.

XIV. Favet insuper nobis quod Nehem. x. 38. legitur, nempe Levitas decimas in quibuscunque civitatibus ministerii sui accepisse, mentio enim ibi fit tum de Levitarum decimis, tum & de iis, quas exinde Sacerdotibus separabant & in Sanctam urbem deferebant; ut adeoque decima hæc prima Levitis in urbibus suis relicta atque ibidem inter eos distributa fuerit. Videsis *Cl. Hottingeri notas ad Goodwin Mos. & Aharon. pag.* 867. Hac ergo ratione tum Israelitarum tum Levitarum molestiis ac sumptibus consultum erat; cum enim Levitæ in tota terra dispersi fuerint, Israelita quivis proventus sui decimas Levitis in proxime adjacente urbe habitantibus facili negotio exhibere poterat; ut ita Levitarum inter XII. tribus dispersio in Israelitarum bonum & Levitarum honorem cesserit. *Jarchi ad Genes.* XLIX. 7. scribit: אין לך עניים סופרים ומלמדי תינוקות אלא משמעון כדי שיהיו נפוצים ושבטו של לוי עשאו סחור ע״ל הגרנות לתרומות ולמעשרות נתן לו תפוצתו דרך כבוד: *Non erunt tibi pauperes Scribæ & Pædagogi nisi ex Schimeone, ut dispersi sint; tribum vero Levi fecit circumeuntem areas propter oblationes & decimas & dedit ei dispersionem suam honoris gratia.*

XV. Videamus nunc cui de Decimis Primis edere fas fuerit. Ex lege Num. XVIII. 31. illarum comestio concessa est Levitis ipsorumque liberis, neque, juxta Judæos, his solis, sed & toti Levitarum familiæ, imo ipsi quoque Israelitæ & quidem in immunditie, quandoquidem habebantur חולין *profanæ*, in quibus nulla plane est קדושה *Sanctitas*. Sic *Maimon. Hilc. Maas. loc. cit.* I. 2. והמעשר הזה ללוים זכרים ונקבות שנ׳ ולבני לוי הנה נתתי את כל מעשר בני ישראל לנחלה מעשר ראשון מותר באכילה לישרא׳ ומותר לאכלו בטומאה שאין בו קדושה כלל וכל מקום שנאמר במעשרות קדש או פדיא אינה אלא מעשר שני ומניין שמעשר ראשון חולין שנאמר ונחשב לכם כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב מה גרן ויקב חולין אף מעשר ראשון שניטלה תרומתו חולין לכל דבר: *Et decima hæc cedit Levitis masculis & fœminis: Q. D.* (Num. XVIII. 21.) Et filiis Levi: Ecce dedi omnem decimam in Israele in hæreditatem. *Et eadem prima licite vescitur Israelita etiam in impuritate quandoquidem ea minime sancta est; ubicunque vero de decimis sanctitas vel redemptio innuitur intelligendæ sunt decimæ secundæ; & inde conjicimus decimas primas esse profanas; Q. D.* (ibid. 27.) Et reputabitur vobis Thruma vestra sicut frumentum ex area & plenitudo ex torculari; *Area autem, & torcular sunt profana in singulis rebus, proin etiam decimæ primæ, de quibus ablata est Thruma, profanæ quoque sunt in singulis rebus.* Hinc quoque filia Levitæ captiva abducta aut stuprata licite de his decimis comedit; sed non illa, quæ ex unius hominis relatione, maritum suum mortuum esse inaudivit alique nupsit; ceu traditur in *Gemara Jebbamot. fol.* XII. *col.* I. & apud *Maimon. l. c.* בת לוי שנשבית או שנבעלה בעילת זנות נותנין לה המעשר ואוכלת אף מי ששמעה שמת בעלה או העיד לה עד א׳ ונסרת ואח״כ בא בעלה קנסו אותה חכמים שתהיה אסורה במעשר: *Filiæ Levitæ quæ captiva abducta aut scortum commisit esum harum decimarum concedunt; sed non ei, cui innotuit mors mariti aut cui unus testis mariti mortem affirmaverit & cujus solius testimonio alii nupsit, redeunte postea priori marito; ejusmodi mulierem multarunt sapientes ut a decimis abstineret.* In ceteris tamen harum decimarum usus, omnibus sine discrimine, personis concessus erat; & quidem ut Num. c. c. 31. dicitur בכל מקים *in omni loco*, etiam, juxta *Raschium*, immundo, veluti כבית הקבורה *domo sepulcrorum* seu cœmeterio; *Aben-Esra* tamen nonnisi במקום טהור *in loco mundo*, earum comestionem licitam pronuntiat. Decimis insuper primis, ut id verbo moneamus, fieri poterat mixtura sabbathica & desponsatio, non tamen decimis secundis, sed decimis pauperum, uti traditur *Misna. Erubbin.* III. 2. *& Kidduschin.* II. 10.

XVI. Decimæ ergo hæ primæ ordinarii erant reditus Levitarum, quos singulis annis excepto Sabbathico ab Israe-

rae-

raelitis in urbibus suis accipiebant & cum tota familia consumebant. Præter decimas quidem alios quoque habebant reditus: Erant nempe unicuique Leviticæ urbi, (fuerant autem xxxv.) suburbia bis mille cubitorum quaquaversum adsignata, quorum proventus in Levitarum usus cedebant. Num. xxxv. 4. 5. In hisce autem suburbanis duplices notantur fuisse agri; alii nempe erant agri communes, ad quos omnes Levitæ idem jus habebant & neque vendi neque permutari poterant; Alii autem erant proprii, qui certos habebant Dominos & illi vendi poterant; Ejusmodi videtur fuisse ille Jeremiæ ad Leviticam urbem Anathoth situs Jerem. xxxii. 6. seq. communis enim ager si fuisset vendi non potuisset. Præterea habebant quoque Levitæ partem ex conviviis sacris in templo habitis etiam sacrificiorum carne, ad quæ invitabantur; hinc Deut. xviii. 1. Sacerdotibus æque ac Levitis de igne absumendis domino ut נחלם יהוה *hæreditatem Domini* comedendi licentia datur. Dein aderant quoque cum Israelitæ Hierosolymis decimas secundas consumebant. Deut. xiv. 27. sic etiam, quibus res angusta domi erat, jus habebant ad omnia dona & decimas pauperum; His addunt Judæi, quod si hæc omnia Levitis non suffecissent, eos ex ærario publico sustentatos fuisse.

XVII. Nemini autem mirum videri debet, Levitas adeo liberaliter a Deo fuisse donatos, voluit enim ipse, ne illi unquam cum ceteris tribubus terræ Israelitæ hæreditariam possiderent partem; sed placuit aliunde ipsis prospicere, atque decimam omnium proventuum comestibilium terræ partem adsignare, ex qua sola colligi potest eos plus habuisse, quam reliquas tribus. Verum non frustra eam ipsis concessit Deus, sed in mercedem & retributionem ministerii eorum, in quo ut diligentiores essent neque ab illo alienis curis distraherentur, hanc ipsis gratiam fecit; Ita Num. xviii. 21. totidem verbis legitur, Deum ipsis in hæreditatem dedisse decimas, *pro ministerio ipsorum quo ipsi ministrant ministerio tentorii conventus*. Erat scilicet Levitarum munus Tabernaculo stante arcam Dei sacraque vasa custodire & portare, quod inter tres Levi filios *Gerson*, *Kahath* & *Merari* distributum erat; *Gersonitarum* labos versabatur circa operimenta, vela tentorii & tapetes occellatos atrii; *Kahathitarum*, circa vasa sancta veluti arcam mensam, lichnuchum, altare; *Meraritarum* circa asseres tabernaculi, pessulos, columnas, stylobatas aliaque instrumenta Num. iii. 24. sq. iv. 4. &c. hæc potissima ipsorum erant munera quamdiu Tabernaculum hinc inde transferendum, nondum habebat fixam sedem; quo tempore quidem, quum terram promissam nondum occuparunt, nullas adhuc decimas accipiebant, sed communi cum Israelitis victu alebantur.

XVIII. Occupata vero Israelitica terra alia ipsis a Davide concredita sunt munera; ut nempe in rebus sacris, Sacerdotibus in quantum id salva Dei lege fieri poterat, inservirent; hinc 1. Chron. xxiii. 28. sq. legitur ipsis demandatam fuisse curam conclaviam atriorum, mundationis sacrarum rerum, panum propositionis, quorum præparatio 1. Chron. ix. 32. Kahathitis adscribitur; fertorum, mensurarum &c. Insuper in excoriandis victimis, coquendis & assandis agnis Paschalibus eorum operam adhibitam fuisse patet ex 2. Chron. xxxv. 11. 14. ut ita optimo jure ἱερόδουλοι iii. Ezræ i. 3. vocentur. Nonnunquam etiam erant præpositi decimis, primitiis aliisque rebus sacris conservandis. 2. Chron. xxxi. 13. Præcipua autem & ordinaria munera Levitarum circa templum erant canere & excubias agere; unde Nehem. x. 29. הלוים השערים השוררים *Levitæ custodes*, & *cantores* nominantur. Et cantores quidem David in xxiv. classes juxta numerum filiorum *Asaph*, *Heman* & *Jeduthun* dividebat, qui singulis diebus ad motum sudarii Saganis tempore libationis in sacrificio jugi, consistentes in דוכן seu *suggestu*, canebant & psallebant: 1. Chron. xxv. Pari modo Levitæ vigiles a Davide in xxiv. classes divisi, ibid. c. xxvi. ubi quoque notantur loca in quibus sub Templo primo excubias agebant; & sub Templo secundo xxi. loca exteriora Templi ipsis a Judæis adsignantur; scilicet ad v. portas montis Templo, in monte ad iv. angulos intrinsecus, ad iv. angulos atrii magni extrinsecus & ad v. portas atrii, uti & conclave oblationis veli & post S. Sanctorum. *Misn. Middoth.* 1. 1. *Gemara Tamid. fol.* lxi. *col.* 1.

XIX. Præterea Levitarum munus quoque erat, ut una cum Sacerdotibus populum docerent & de lege ejusque vero sensu informarent, uti legere est 2. Chron. xxxv. 3. quo etiam pertinet quæ Moses de Levitica tribu Deuter. xxxiii. 10. prædixerat. Huc etiam Judæi referunt dispersionem Levitarum inter xii. tribus a Jacobo Genes. xlix. 7. prædictam. *R. Bechai in leg. fol.* lix. *col.*

ᶜol. 1. נחלת לוי ערי מקלט מנופצות בכל ישראל וסה שפזר אותם בכל ישראל הענין הזה לתועלת ישראל בהוראותי הם ובעניז שנתב כהם יורו משפטיך ליעקב ותורתך לישראל: *Hæreditas Levi sunt urbes refugii per universum Israelem dispersæ. Quare autem dispersit eos per universum Israelem? quia id cessit utilitati Israelitis per institutionem ipsorum, juxta id Q. S. E.* (Deut. l. c.) docebnnt judicia tua Jacobum & legem tnam Israelem. Quod certe munns Sacerdotibus æque ac Levitis optime conveniebat, tum quod dispersi erant per omnem Israelem, tum quod sufficiens ipsis suppetebat otium, ut studiis incumberent, non enim opus habebant ut vel agricultnra vel aliis modis victum quærerent, qni ipsis subministrabatur; sed de Sacerdotum & Levitarum docendi munere plura apud *Cl. Alting. in Schilo L.* III. *c.* XIV. XV. *pag.* 194. *sq.* legi possunt. Atque quum ex hac informatione Levitæ facti fuerint legis peritissimi, hinc quoque tum a Mose tum Davide ad judicia adsciti & membra Synedriorum facti fuerunt, quamvis Synedrium si totum constitisset Israelitis, nihilominus legitimum fuisset. Hæc sunt diversa Levitarum munera, in quorum retributionem, præter alia dona, decimam proventuum in toto Israele fruebantur partem.

XX. Quemadmodum autem colonus de frugibus suis, antequam Thrumam magnam & decimas primas separasset, nullum usum capere licuerat, ut in superioribus pluribus ostendimus; Ita quoque Levitis de decimis a populo acceptis, edere vetitum erat, donec & illi, decimam Sacerdotibus debitam solvissent; Coloni quidem fruges, primis decimis separatis, habebantur חולין βέβηλα profanæ; *Maim. Hilc. Maas.* VIII. 1. הפירות שהורם מהן תרומה גדולה ותרומת מעשר הן הנקראין חולין: *Fructus de quibus ablata est Thruma magna & decima prima profani vocantur;* tum enim demum ad promiscuum usum adhiberi poterant, quamvis alia adhuc decima a colono separanda erat. Ipsum autem divinum præceptum, de hac decima Sacerdotibus solvenda latum, Num. XVIII. 26. 27. 28. extat, hisce conceptum verbis: וידבר יהוה אל משה לאמר: ואל הלוים תדבר ואמרת אלהם כי תקחו מאת בני ישראל את המעשר אשר נתתי לכם מאתם בנחלתכם והרמתם ממנו תרומת יהוה מעשר מן המעשר: ונחשב לכם תרומתכם כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב: כן תרימו גם אתם תרומת יהוה מכל מעשרותיכם אשר תקחו מאת בני ישראל ונתתם ממנו את תרומת יהוה לאהרן הכהן: *Et allocutus est Dominus Mosen, dicendo: Levitas item alloquere & edicas eis: quum acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis ab illis pro hæreditate vestra: tunc offeretis ex iis oblationem Domini, decimas ex illis decimis; Et imputetur vobis oblatio vestra, sicut frumentum ex area & plenitudo ex torculari. Sic offertote vos quoque oblationem Domini, ex omnibus decimis vestris, quas acceperitis a filiis Israelis, & detis ex illis singulis oblationem Domini, Aharoni Sacerdoti.* Conf. Nehem. x. 38.

XXI. Expressa satis hæc lex est, ex qua tota harum decimarum ratio statim cognosci potest. Nomina quibus insigniuntur duo hic sunt; prius תרומת יהוה *oblatio Domini*, est; quæ vox alibi aliam oblationem, Sacerdotibus quoque solvendam & supra §. III. descriptam denotat; unde etiam ad hujus oblationis distinctionem תרומה מעשר *Thruma decimarum*, altera vero תרומה גדולה *Thruma magna*, vocatur. Posterius nomen est מעשר מן המעשר *decima ex decima*; scilicet quia pendenda erat ex decimis Levitarum, qua etiam appellatione Judæi sæpissime utuntur. Græcis est δεκάτη τῆς δεκάτης. Videtur quoque eam 2. Chron. XXXI. 6. מעשר קדשים *decimam sanctitatum*, vocari. Sunt quidem alii, veluti *Cl. Munsterus & Cl. Fagius* ad Deuter. XIV. 3. qui dicunt hanc esse eam decimam, quæ alias a Judæis appelletur מעשר שני *decima secunda*, sicuti quoque *Hieronymus ad Ezech.* XLV. eas δευτεροδεκάδας vocat. Verum hac appellatione Judæi plane alias indicare solent decimas, quæ nempe non a Levitis, Sacerdotibus; sed ab ipso colono separatæ, Hierosolymas allatæ ibique consumptæ fuerunt; ut alias differentias, inter decimas e decimis & secundas decimas observandas, atque in progressu indicandas, taceam.

XXII. Legem ipsam quod attinet, præcipitur illa, ut Levitæ de decimis suis, aliam persolvant decimam; id quod tamen, juxta Judæorum δευτέρωσιν, ut id adeo stricte observetur & Levita has decimas ipse Sacerdoti daret, non adeo erat necessarium, poterat id Israelita facere, & portionem Levitis dandam decima parte imminuere. *Maimon. Hilc. Thrumoth.* III. 12. מצוה תרומת מעשר שיפריש אותן כן לוי ממעשרו שנאמר כי תקחו מאת בני ישראל את המעשר ויש לישראל להפריש אותה ולתנה לכהן המעשר ללוי אחר שיפריש ממנו תרומה שהיא מעשר מן המעשר:

Præ-

Praeceptum est de Thruma decimarum ut illam separet filius Levi de decimis suis, Q. D. (Num. XVIII.) quum acceperitis decimas a filiis Israel: *poterat tamen illam quoque separare Israelita atque Sacerdoti dare; solvitque decimam suam, & hæc est decima e decimis.* Hinc forsan est, quod Sacerdotes aliquando decimationi interfuisse legantur, ut simul eodem tempore cum Levitis suas quoque acciperent decimas ab ipso colono; quamvis supra citatæ legi convenientius sit, decimas istas ab ipsis Levitis, Sacerdotibus fuisse solutas; jubentur enim Levitæ ipsi ex acceptis ab Israelitis decimis, oblationem Domini offerre & Sacerdotibus exhibere; quare etiam non frustra in sequentibus additur: *Et imputetur vobis oblatio vestra, sicut frumentum ex area & plenitudo ex torculari.* Sicunempe Israelitæ privati ex propriis suis horreis & torcularibus decimam dabant Levitis, quam ipsis Deus loco possessionis terræ destinavit; ita Levitæ de percepta decima, quam ut rem propriam habebant, decimam dabant Sacedotibus; quæ decima decimæ eodem modo ipsis proderat, qua decimæ primæ privatis ex cumulo proprii proventus Levitis solventibus; quasi Deus dixisset: oblatio hæc, quam si Sacerdotibus offeretis, habebitur vobis ac si obtulissetis ex area vestra triticum & torculati vestro mustum. conf. *Vatablum* & *Illustrem Grotium ad h. l. Abarbenel* vero verba *& imputabitur* &c. non ad decimas primas sed Thrumam magnam refert! ita ille *in Leg. fol.* CCXLII. *col.* 3. ובהיות מעשר ראשון ללוים במקום נחלתם לכן חייב אותם שהם ירימו ממנו תרומה ליהוה והוא שיתנו מעשר מן המעשר ההוא לכהנים ונקרא תרומת מעשר ונחשב לכם הלוים רוצה לומר שיחשב ללוים התרומה הזאת אשר יתנו לכהן מן המעשר שקבלו מישראל כתרומת גורן רוצה לומר כמו שחייב ישראל התרומה גדולה שירימו מן הגורן ומן היקב כי תרומת מעשר חובה על הלוי כתרומה גדולה לישראל מן הגורן ומן היקב: *Et quum decima prima Levitis data sit loco hæreditatis ipsorum, idcirco oportebat quoque eos oblationem facere Domino, quæ ipsa nihil aliud est, quam de decima decimam solvere Sacerdotibus, & quæ vocatur Thruma decimæ. Et verborum* (Num. XVII. 26. Et reputabitur vobis *scil. Levitis, sensus hic est: Oblationem hanc, quam daturi sint Sacerdotibus de decima ab Israelitis accepta perinde Levitis assumatum iri, ac oblationem areæ; hoc est: Uti Israelita tenetur Thrumam magnam dare de area & torculari, ita obligatur quoque Levita dare oblationem decimæ, quemadmodum Israelita Thrumam magnam, ex area & torculari.* Proculdubio *Abarbanel* has decimas e decimis ideo cum Thruma magna comparavit, quia illæ תרומת מעשר vocari solent. conf. *Raschius ad h. l.* licet ex connexione legum melius concludi posse videatur, decimas a Levitis solutas illis quos Israelitæ Levitis solvebant, adæquari: & hac ratione legi omnino convenit, ut Levitæ ipsi Sacerdotibus decimas persolvant; ut ita Judæorum traditio ad consuetudinem, quæ peculiari tempore obtinebat, utpote quæ legi non est contraria, referri possit, hæc enim sola circumstantia non variat rem aut ipsam legem, quæ, ut ex Levitarum decimis, aliæ decimæ Sacerdotibus pendantur, statuit.

XXIII. Decimæ autem istæ, sive ab ipso Levita sive colono separatæ, solvendæ erant in usum Sacerdotum, illæ enim sunt ex XXIV. donis Sacerdotalibus, quas cuicunque Sacerdoti aliquis vellet, dare licuisse, Judæi volunt. Notandum vero varia fuisse dona Sacerdotalia, alia aliis sanctiora, quorum distribuendi modus variabat; neque etiam ejusdem authoritatis sive dignitatis erant Sacerdotes; inveniebantur, quos Judæi חברים seu תלמידי חכם *literatos*, & quos כהנים עם הארץ *Sacerdotes illiteratos* vocabant: (qui tamen posteriores non confundendi cum כהן הדיוט qui non, ut quidam volunt *illiteratus*, sed privatus, nulla dignitate præ aliis Sacerdotibus conspicuus & tamen חבר seu *literatus* erat) Sacerdotibus illiteratis Judæi dona Sacerdotalia præsertim quibus major inerat sanctitas danda negant, hinc dicunt: quicunque Sacerdoti plebejo Thrumam dant idem facit ac si leoni daret, de quo dubitari potest an calcaturus sit pedibus & comesturus an non: Ita de sacerdote plebejo dubitari potest, an comesturus sit in munditia an in immunditia. *Gem. Babyl. Sanhedr. fol.* XC. *col.* 2. semper enim apud Judæos Sacerdos plebejus de impuritate habebatur suspectus: Idcirco neque decimam ex decimis Sacerdoti indocto dari posse, contendunt & quamvis de quibusdam donis statutum sit, ea cuicunque Sacerdoti exhiberi posse, non aliter intelligendum esse, quam de Sacerdote legi divinæ diligenter operam dante. vid. *Maimon. ad Misch. Challa* IV. g. 9. & *R. Obad. de Bartenora ibid.* Et hinc est quod inter Sacerdotes æque ac Israelitas pauperes fuerint, quum enim in libertate Israelitarum steterit, dona, quæ Sacerdotibus de-

debebant, dare cuicunque voluissent, facile cogitari potest doctiores semper plus accepisse atque idcirco ditiores evasisse quam indoctos & plebejos, quales proculdubio plures fuerunt, quum etiam inter ipsos Summos Pontifices tales fuerint, qui tam inscii ac rudes erant ut ne quidem legere potuerint. vid. *Misch. & Gem. Joma cap.* I.

XXIV. Tanta tamen huic Thrumæ decimarum non inerat sanctitas quanta reliquis Sacerdotum donis, quæ קדשי המקדש *sanctitates sanctuarii* appellantur, quæque in locis sanctis consumebantur, quum illa inter decem dona numeretur quæ בגבולין *in provinciis* terræ Israeliticæ comedi poterat & quidem a tota Sacerdotis familia utriusque sexus ipsis quoque servis Cananæis & bestiis *Maim. Hilc. Thrumoth.* VI. I. תרומה ותרומת מעשר נאכלת לכהנים בין גדולים בין קטנים בין זכרים בין נקבות הם ועבדיהם הכנענים ובהמתן שנאמר וכהן כי יקנה נפש קנין כספו וגומר *Thrumam magnam & Thrumam decimarum comedunt Sacerdotes, tam adulti quam impuberes tam mares quam feminæ; ipsi & servi eorum Cananæi quin & pecudes ipsorum*, *Q. D.* (Levit. XXII. II.) cum Sacerdos emerit animam emtionem pecuniæ suæ &c. quam materiam toto illo capite *Maimon* prolixe persequitur & quibus Thrumarum comestio vetita sit, indicat.

XXV. Attamen non omni tempore videtur obtinuisse, ut decimæ decimarum a Levitis seu colono, cuicunque Iubebat Sacerdoti solutæ fuerint, quum legatur eas in ipsum sanctam urbem fuisse allatas ibique servatas; Ita Nehem. x. 30. refertur Levitarum decimas suarum decimarum adportasse ad domum Dei in conclavia & domos thesaurorum; (sicuti & apud Tobiam legitur decimas pro sacris ministris fuisse delatas Hierosolymam) Hæc vero consuetudo ad illa tempora referenda est, quæ sine dubio ideo introducta ut Sacerdotum ministrantium numerus augeretur & Templo magis adhærerent, quæ ipsa ratio v. 40. ibid. redditur: ולא נעזב בית אלהינו: *ne derelinquamus domum Dei nostri*. Quod enim Sacerdotibus ac Levitis debita munera non fuerant allata, a templo aufugere solebant, quemadmodum Levitas fecisse ibid. XIII. 10. notatur. Et ex Mal. III. 10. colligi potest, Sacerdotes quandoque cibum defecisse, quare ipse Deus ibi jubet decimas ad Templum afferre ut Sacerdotes haberent, quod ederent. Optime ita consultum erat sustentationi Sacerdotum, quod populi reduces constituerunt, ut eorum decimæ aliaque dona unde vivendum ipsis erat, Hierosolymas adportarentur. Sed consuetudo hæc altius & inde ab Ezechiæ Regis tempore repetenda est: Ille enim, qui in collapsa & per Idololatriam corrupta Ecclesia & religione Judaica restituenda, strenue occupatus erat, curam quoque habuit ministrorum sacrorum, & ut ipsis decimæ diligenter exhiberentur, sollicitus fuit; atque ea propter conclavia in templo exstruenda curavit ad asservandas ibi Thrumas & decimas Sacerdotum, quorum custodiam Levitis perspectæ fidei demandavit. vid. 2. Chron. XXXI. II. למען יחזקו בתורת יהוה: *ut* (Sacerdotes nempe & Levitæ) *corroborarentur in lege Domini* & muneribus suis diligenter obirent.

XXVI. Conclavia hæc l. c. vocantur לשכות & Nehem. l. c. הלשכות בית האוצר conclavia, domus Thesaurorum & Mal. l. c. simpliciter בית האוצר Erant scilicet conclavia, quæ, ut videtur, in Templo primo in atriis ædificata sed secundo in monte Templi erecta, in quibus primitiæ & decimæ in usum Sacerdotum reconditæ, quæ simul sumta בית האוצר domus Thesaurorum appellari possunt: commode verti potest per *horrea*, quamvis hæc vox potissimum de receptaculis frumenti sumatur. In *Mischna Sota* VIII. 2. occurrit בית האוצרות quam *R. Salomon* ad h. l. dicit significare domum ad condendum ibi יין שמן תבואה *vinum oleum & frumentum*, ædificatam; addit *Cl. VVagenseilius*, accuratissimus hujus tractatus interpres: *Et eam domum merito borreum appellavimus, nam illud non tantum frumenti sed & vini aliarumque rerum Apotheca est, unde & Scævola J. Ctus. in lib. 7. d. de fund. Instr.* Legaverat, *inquit*, horreum vinarium cum vino & vasis & instrumento & institoribus, quos secum habere consueverat. Quamvis tum in sactis tum profanis בית האוצרות *Gazophylacium significet*, quod tum ex substrata materia explicandum est; hoc loco nobis significat horreum in quo tum sicci tum liquidi fructus, quorum usus penes Sacerdotes erat, significat. Horum quoque conclavium *Josephus Antiqq. lib.* XX. *cap.* 6. meminit, & quomodo illa, propter rixas inter ipsos Sacerdotes spoliata sint, refert. Cum nempe Felix Procurator esset Judææ, tumultum, ait, exortum esse ac contentionem inter Sacerdotes principes ἀρχιερεῖς & inter reliquos Sacerdotes ac principes populi; principes vero Sacerdotum, ut reliquos Sacerdotes male haberent, vi abstulisse ex Apothecis,

cis, in quibus adſervabantur decimæ. quibus vitam illi ſuſtentabant, quod uſque adeo iis exitiale fuerit, ut nonnulli ex tenuioribus inopia interierint; ita hiſtoriam hanc ex *Joſepho* refert *Cl. Seldenus in curis ſecundis ad ſect.* II. *Tract. de Decimis*; additque contigiſſe hunc tumultum Nerone imperium tenente, quemadmodum etiam *Euſebius Hiſt. Eccleſ. l.* II. *c.* 2. & *Nicephorus l.* II. *c.* 26. & ſequentia Joſephi verba indicant; quamvis *Ruffinus* in ſua *Euſebii* translatione Claudio inperante factum hoc velit. Ita ergo has decimas ex decimis ſeparandi modus pro temporum diverſitate & vario Reip. Judaicæ ſtatu variabat.

XXVII. Quandiu autem Judæorum res integræ erant tamdiu Sacerdotes decimas ſuas juxta legem a Levitis accipiebant, eaſque, quemadmodum Levitæ a populo ſingulis annis; modo Sabbathicum excipias, erantque illæ ordinarii quoque Sacerdotum reditus. His tamen accedebant plura alia dona qualia Judæi XXIV. numerant & מתנות כהונה *dona Sacerdotalia* appellant, quæ omnia ſpeciatim deſcribere, nimis prolixum foret; obſervamus tantum hic alia aliis fuiſſe ſanctiora & diverſis in locis conſumenda, veluti עשר מקדש *decem in Templo*, ארבע בירושלים *quatuor Hieroſolymis* בגבולין *decem extra Hieroſolymas* & ubivis locorum in terra ſancta. Quænam autem omnia hæc Sacerdotum dona fuerint diſcere poſſumus ex *Gem. Hieroſol. Challa. fol. m.* XIV. *fac.* 2. quorum Catalogus talis eſt: עשרים וארבע מתנות ניתנו לאהרון ולבניו עשר במקדש ארבע בירושלים ועשר בגבולין אילו הן שבמקדש חטאת ואשם וזבחי שלמי ציבור וחטאת העוף ואשם תלוי ולוג שמן של מצורע שתי הלחם ולחם הפנים ושירי מנחות והעומר ואילו הן שבירושלם הבכורות והביכורים והמורם מן התודה ומאיל נזיר ועורות המוקדשים אילו הן בגבולין התרומה ותרומת מעשר וחלה והזרע והלחיים והקיבה וראשית הגז וגזל הגר ופדיון הבן פטר חמור וחרמין ושדה אחוזה : *Viginti quatuor ſunt dona danda Aharoni & filiis ejus ex quibus decem in ſanctuario,* IV. *Hieroſolymis &* X. *in provinciis conſumenda: Ea autem quæ in ſanctuario erant conſumenda hæc ſunt: Sacrificium piaculare* (ſcil. ex quadrupedibus) *ſacrificium pro delicto* (certo) *ſacrificia ſalutaria publica, ſacrificium piaculare ex avibus, ſacrificium pro delicto dubio, log olei leproſi, duo panes* (pentecoſtales) *panes propoſitionis, reliquiæ fertorum, manipulus paſchalis: conſumenda Hieroſolymis hæc ſunt: primogenita* (pecudum) *primitiva, partes elevatæ ex ſacrificio confeſſionis & ariete Nazyræi* (i. e. pectus, crus, IV. placentæ, armus, placenta & laganum) *pelles ſacrificiorum ſanctiſſimorum. In provinciis conſumenda: Thruma, Thruma decimarum, placenta, armus, maxillæ & venter,* (quæ dona ſunt ex animantibus profanis Sacerdotibus dandis) *primitiæ lanæ, rapina proſelyti, pretium redemptionis filii primogeniti, pretium primogeniti aſini, res devotæ* (alii habent שדה חרמים *ager devotus*) *ager poſſeſſionis*. Levit. XXVII. 16. Recenſentur quoque hæc dona in *Gem. Babyl. Chullim fol.* CXXXIII. *fac.* 2. & apud *Maimon. Hil. Biccurim c.* I. vid. etiam *Cl. Relandi Antiqq. Hebr. p.* 186. *ſq.*

XXVIII. Cuivis ex hiſce donis Sacerdotibus ſolutis patebit, quanti eorum fuerint reditus & licet maximus horum fuerit numerus, qui de iis participabant, nihilominus facile colligi poteſt fuiſſe inter Sacerdotes homines ditiſſimos, iis præſertim temporibus, quibus Reſpublica Judaica florebat. Accipiebant autem Sacerdotes tum decimas tum cetera dona in mercedem miniſterii ſui & ut muneribus ſuis eo diligentiores fungerentur. Erant enim quædam munera ipſis obeunda ſatis moleſta, quæ tamen omnia explicare nobis non eſt propoſitum: Judæi in *Gem. Babyl. Chullin fol.* CXXXIX. *fac.* 2. quindecim & *Gem. Sanhedrin fol.* LXXXII. *fac.* 2. tres Sacerdotum functiones & ita ſimul octodecim memorant, quæ apud *Cl. Relandum l. c. p.* 190. legi poſſunt, quibus tamen omnes non comprehenduntur: nos tantummodo principaliores enarrabimus, ut conſtet quid ipſis pro tot donis laborandum fuerit. Singulis ergo diebus Sacerdotes mane & veſperi occupati erant in offerendis ſacrificiis jugibus, accenſione lychnorum, adolendo ſuffitu, inflatione tubarum, Templi interiorum & ſanctiorum partium cuſtodia, ſcilicet ad conclave Abtines, conclave Nitzotz & Beth Moked; *Miſch. Middoth.* I. I. *Tamid.* I. I. hæc ad quotidianam & ordinariam ipſorum operam pertinent, quæ quandoque offerendarum victimarum nimium, feſtorum præſertim tempore, aucta erat. Ex difficillimis autem Sacerdotum muneribus habebatur, de mundo & immundo cognoſcere, vid. Ezech. XLIV. 23. præſertim de lepra, quæ inter graviores immunditiès recenſenda, judicare. Ipſorum quoque erat res Deo devotas æſtimare mulierem Sota ſeu de adulterio ſuſpectam examinare, quolibet Sabbatho panes facierum e ſancto aufer-

re ac novos substituere, vaccam rufam comburere, quod ipsi Pontifices M. quoque faciebant: & quæ alia bene multa munera erant in quibus Sacerdotibus quotidie desudandum erat, quæ tum in Sacris Literis tum Judæorum scriptis prolixius describuntur.

XXIX. Functiones autem istæ, Sacerdotibus erant propriæ, ita ut ne quidem Levitis iis fungi licitum fuerit; & viceversa Sacerdotibus quoque interdictum erat operari in Levitarum muneribus: quod si vero Sacerdotum munia executi fuissent Levitæ, vel si quis horum Levitam in alio opere atque suo adjuvisset, morte divinitus infligenda multabatur. Sacerdos quidem, qui Levitæ munere fungeretur, mortis reus non habebatur, sed tamen præceptum negativum transgressus erat, & idcirco plagis undequadraginta vapulabat. vid. *Maim. Hilc. Beth Habbech.* III. II. Habebant Sacerdotes cum Levitis quædam munera communia, velut populum docere & judicare. Docendi quidem munus toti tribui committebatur sed speciatim etiam Sacerdotibus commendatur Levit. X. II. & 2. Chron. XVII. 8. inter eos, quos Josaphatus ad populum in lege erudiendum emisit memorantur quoque Sacerdotes. Illi enim erant, quorum labia custodirent scientiam & ex quorum ore lex requirebatur; ceu legitur Mal. II. 7. Hinc etiam ipsis potissimum Scholarum & Academiarum cura demandabatur, quam ob causam quoque decimas accipiebant: hinc in *Gem. Hieros. Maas. Scheni fol.* LV. *col.* 2. legitur: *R. Jonab decimas solvit Rabi Achæ bar Ulæ non eo quod Sacerdos fuerit* אלא משום דהוה לעי באורייתא *verum eo quod in lege laborabat*; scilicet eo quod maxime studiis deditus esset & idoneus Doctor. *Cl. Lightfootus Op. T.* II. *pag.* 41. hæc referens, subjicit: „ Magnopere a veritate aberrant, qui „ credunt, sub lege decimas in Tem„ plo solum solutas in subsidium Sacer„ dotum, ibidem cultum ritualem præ„ stantium & eo nomine decimas Levi„ tici juris esse autumant. Prout enim „ eo nomine in Templo quædam pars „ soluta erat, ita pars maxima soluta „ erat Sacerdotibus & Levitis in 48. „ Academiis ipsorum commorantibus. „ Jos. XXI. in subsidium scilicet eorum, „ qui ibidem studiis operam dabant, ut „ idonei ad ministerium fierent & po„ pulum docerent in quem finem desi„ gnati erant. Deut. XXXII. 10. Mal. „ II. 7. Denique per terram sparsis & „ in Synagogis ministrantibus, decimæ „ etiam solvebantur in ipsorum subsi„ dium. Hæc ille. Et omnino ita erat quod Sacerdotibus ac Levitis studiis in Academiis suis vacantibus, decimæ ad ipsorum sustentationem fuerint exhibitæ, illi de ceteris donis Sacerdotalibus, in locis sanctis & Hierosolymis consumendis, participare non poterant. Tandem Sacerdotes una cum Levitis Synedriorum membra facti, quod Josaphat Hierosolymis 2. Chron. XIX. 8. fecisse legitur. Et Ezech. XLIV. 24. ab ipso Deo judices ad componendos lites, constituuntur. conf. quæ supra p. 135. de Levitis diximus.

EXERCITATIO SEPTIMA

De Decimis secundis ab Israelitis solutis & Hierosolymas allatis.

ARGUMENTUM.

Decima secunda *non eadem est, quæ* decima ex decima, *uti docti quidam putant*. Secunda *quare vocetur*. *Post eam separatam reliqui fructus fiunt* profani *seu* polluti. *Conveniunt quidem in quibusdam* decimæ secundæ *cum* primis: *Ceterum tamen illæ peculiaria habent jura; juxta Levit.* XXVII. 30. *Deut.* XII. 17. *sqq.* XIV. 23. *quibus locis omnino de* decimis secundis *agitur, quamvis id a quibusdam apud* Aben-Ezram *& a* Lyrano *negetur, constans tamen est Judæorum traditio. Harum decimarum fruges in* loco sancto *comedendæ erant, Tabernaculo in* Schilo *stante, unde* Schilo *conspici poterat & extructo Templo intra* muros Hierosolymitanos: *qui vero extra hanc urbem iis vescebantur in* flagellationis *pœnam incurrebant. Adferendi autem erant ipsi fructus, qui nulla ratione* permutari *vel* vendi *vel* oppignorari *poterant. Propter* decimarum magnitudinem *vel* longiorem viam *illarum fruges* argento redimi *poterant*; argentum *quibus redemtio facienda, secundum Judæos debebat esse* signatum *non* ἄσημον. *Quædam de* numis *Hebræorum.* Modus *redimendi: addenda erat* quinta pars; *&* locus. *Præmittenda illi erat* benedictio. Pecunia, *qua decimæ secundæ redemtæ, quibus rebus impendenda. De decimis secundis quibus edere* licitum *vel* interdictum *fuerit. Ante earum comestionem* lavandæ erant manus. *Comestionis* locus *Hierosolymis. Decimæ secundæ quoque comedebantur quum Hierosolymis nullus esset* murus.

Tem-

Tempus, *quo decimæ secundæ separabantur.*

I. IN præcedentis Exercitationis initio omnes decimas Judaicas in quatuor divisimus species, ex quibus duas priores ibi explicuimus. Sequitur nunc ut de tertia specie loquamur. Hæc decima tam a Judæis quam Christianis מעשר שני *decima secunda* appellari solet, licet sint, qui hac appellatione מעשר מן המעשר *decimam ex decimis* a Levitis Sacerdotibus solutam sed falso intelligunt, ceu supra p. 137. monitum est. In quo errore ipse *Cl. Buxtorfius* versabatur, qui *in Recens. Oper. Thalmud. p. m.* 251. & *Lexic. Thalmud. fol.* 1682. hæc scribit: מעשר שני decimæ secundæ. *Has Levitæ de decimis sibi oblatis dabant Sacerdotibus & consumebantur Hierosolymæ*, quem quoque *Munsterus* & *Fagius in Comment. ad Deuter.* XIV. 23. secuti sunt. Sed contra Mischnicorum mentem hoc asseritur, qui nobis in Tractatu מעשר שני s. *de decimis secundis* inscripto, decimas non a Levitis sed ipsis Israelitis solutis & Hierosolymis consumtis describunt. Videtur secunda appellari respectu personarum ad eam solvendam obligatarum, quæ enim ad primam, eædem quoque ad secundam separandam tenebatur, ut ita quivis colonus de frugum suarum cumulo semel atque iterum decimas separare debuerit & inde appellationes primæ & secundæ decimæ ortæ sunt. Secundarum autem decimarum separatio sequebatur primarum; secunda vero decimatione absoluta reliquum fructuum חולין מתוקנין *βέβηλα ἑτοιμασμένα profana præparata*, nempe exposita usibus profanis, vocabantur; Latini dicerent *pollucta*. *Pollucere* dapem est de sacro eximere & populo dare; Inde illa apud *Plautum: non sum pollucta pago*, i. e. exposita tanquam dans profanata: vid. *Illustr. Scaliger l. c.* cedebant enim tum fructus in promiscuum colonorum usum.

II. Decimarum vero secundarum plane alia sunt jura & leges quam primarum. Conveniunt quidem cum decimis primis in generalioribus, quod ex iisdem terræ fructibus, ab iisdem personis, eodem solo & anno septimo in Babylonia quoque (vid. supra p. 110.) separandæ fuerint; quamvis *Maimon. de decimis secundis c.* 1. 14. tradat, decimas secundas in Syria non fuisse solutas, quod tamen in primis factum fuisse supra quoque p. 104. sq. idoneis testimoniis probavimus. Peculiares autem de decimis secundis leges Levit. XXVII. 30. Deut. XIV. 17. sqq. & XIV. 2. traditæ leguntur; sancitum nempe de iis est, ne coloni earum fructibus intra urbium suarum portas vescerentur sed coram Domino; idcirco eas Hierosolymas adferrent, ibique in sacris conviviis, Sacerdotibus & Levitis ad ea quoque adscitis, consumerent: quod si autem decimarum quantitas nimia fuisset, vel colonus ad Israeliticæ terræ extremos terminos habitasset, non opus erat, ut ipsæ fruges in sua substantia adportarentur, sed poterant pecunia permutari, quam solam etiam in sancta urbe consumere debebat, addita tamen quinta parte. Hæc sunt quæ ipse Deus de hac decimarum specie præcepit, in quibus explicandis Dd. Judaici in supra citato tractatu Mischnico de decima secunda, adeo prolixi sunt, ut si omnia exscribere vellemus, ingens volumen exurgeret, nos ea solum quæ scitu magis utilia & necessaria videbuntur tangemus.

III. Primo igitur vetat Deus, ne Israelitæ intra portas suas comedant has decimas. Non opus erit, multis demonstrare sermonem hic esse de decima quam *secundam* appellamus, cuivis enim leges de decimis conferenti parebit, peculiarem hanc de quibus ll. cc. agitur, esse decimarum speciem, & hoc ipso quod intra urbes colonorum non poterat comedi, a prima diversam, quæ in Levitarum sustentationem separanda, quum hæc de qua loquimur in ipsorum Israelitarum usum cesserit. Et hæc quidem tum inter Judæos tum Christianos recepta est sententia. Fuisse tamen qui eam negarunt, hisce nempe locis non esse sermonem de decima secunda fingentes, colligi potest ex *Comment. Aben-Ezræ ad Deut.* XIV. 22. המכחשים אמרו כי מצות עשר תעשר היא מעשר ראשון וטעם וצרת הכסף בידך עם הלוי ידבר וכן ובכורות בקרך עם הכהן ידבר ואין שם מעשר שני רק זה שהיא לשלש שנים : *Apostatæ s. mendaces*, (sunt qui putant Aben-Ezram *Karræos* hac voce indigitare) *dixerunt præceptum* decimando decimabis *loqui de decima prima*, *verba vero* & ligabis argentum in manu tua, *de Levita dicta esse* & primogenita de armentis tuis, *ad Sacerdotem referri debere*, *ut adeo non sit decima secunda*, *nisi quæ quovis triennio soluta*. Hisce quos *Aben-Ezra* hic nominat consentit *Nicolaus Lyranus*, ex Judæo factus Christianus, cujus verba apud *Cl. Frischmuthum in Dissert. de Decimis cap.* v. §. 3. citata, hæc sunt: *Dicunt aliqui*, *quod Judæi faciebant quolibet anno duas decimas de omnibus suis & prima erat sola* de

de jure Levitarum, secunda quæ erat de novem partibus remanentibus, non sic erat & de ista hic loquitur scriptura. Sed hoc dictum non habetur in scriptura, sed solum una decima quolibet anno fiebat, aliquolibet tertio, quæ erat pro pauperibus, ut habetur Deut. 14. Sed quam alienæ hæcce hujus legis interpretationes sint, quivis, qui textum vel obiter inspicit, judicare potest; ut hanc sententiam allegasse sit refutasse. Distinctissima enim hæc lex est ab illa, qua decima prima solvenda præcipitur, & hinc quoque diversa decimarum species oritur: Recte *Abarbanel ad l. c.* סלבר אותו המעשר ראשון ללוים יפרישו עוד מעשר שני אינה ללוים אבל הוא נאכל לבעלים עצמם לירושלם: *Præter decimam primam dandam Levitis, alia adhuc secunda nempe erat separanda, quæ tamen in usum Levitarum non cedit sed ab ipso colono Hierosolymis comeditur.* Similia legi possunt apud *Fl. Joseph. Antiqq. L.* IV. *c.* VIII. Quæ assertio in sequentibus pluribus confirmabitur. Conf. *Rever. Patruelis Joh. Henric. Hottingeri notas ad Gudvvin Mos. & Aaron p.* 868.

IV. Cedebat ergo decima secunda in ipsorum possessorum usum sed non arbitrarium vel profanum; quare interdictum erat iis in propriis urbibus vesci; sed voluit LLator, ut in locis sanctis & puritate consumeretur, ואכלת לפני יהוה אלהיך במקום אשר יבחר לשכן שמו שם מעשר דגנך תירושך ויצהריך: *Et comedes coram Domino Deo tuo in loco quem elegit ad habitandum nomen suum ibi decimas frumenti tui, musti sui & olei tui* &c. Deut. XIV. 23. Locus itaque, ad quem hæ decimæ secundæ portandæ & consumendæ erant, sanctus esse debebat & in quo cultus divinus exercebatur publicus, quemadmodum & aliæ bene multæ res in locis sanctis consumi debebant. Comestionis autem locus l. c. ille indicatur, quem Deus elegit, ut ibi nomen suum habitaret, id est primo circa Tabernaculum postea vero Templo exstructo, intra muros Hierosolymitanos; tradunt enim Judæi Tabernaculo in Schilunte exstructo, decimas secundas in omni loco unde Schilo videbatur comedi debuisse. Ita in *Mischna Megilla c.* III. אין בין שילה לירושלם אלא שבשילה איכלים קלים ומעשר שני בכל הרואה ובירושלם לפנים מן החומה וכאן וכאן קדשי קדשים נאכלים לפנים מן הקלעים קדושת שילה יש אחריה היתר וקדושת ירושלם אין אחריה היתר *Non est differentia inter Schilo & Hierosolymam nisi quod Schilunte comedebant sanctitates leves & decimas secundas in omni loco unde Schilo conspiciebatur, sed Hierosolymæ intra muros* &c. vid. *Gem. Megillah fol.* x. *fac.* 1. *Misch. Sebhachim.* XIV. 8. *Maim. de decimis secundis* II. 1.

V. Hæc autem adportatio & comestio secundarum decimarum sub pœna Israelitis erat injuncta, sic ut qui de illis extra muros Hierosolymitanos comedebat, flagellationis reus fuerit, ut traditur *Misch. Maccoth.* III. 2. nempe propter transgressionem præcepti negativi: ex lege quidem hæc pœna non irrogabatur, nisi fruges jam intra Hierosolymam erant illatæ, id quod fusius *Maim. l. c.* §. 5. *sq.* hisce verbis explicat: כל האוכל כזית מעשר שני או ששתה ממנו רביעית יין חוץ לחומת ירושלם לוקה שנאמר לא תוכל לאכול בשעריך מעשר דגנך תירשך ויצהריך וגו׳ ולוקה על כל אחד ואחד בפני עצמו לפיכך אם אכל שלשתן חוץ לחומה לוקה שלש מלקיות שנאמר ואכלת לפני יהוה אלהיך מעשר דגנך וגו׳ למה פרטן ולא אמר לא תאכלם בשעריך לחייב על כל אחד ואחד בפני עצמו: אינה לוקה מן התורה עד שיאכלנו אחר שנכנס לחומת ירושלם שנאמר לא תוכל לאכול בשעריך וגו׳ ,ואכלת לפני יהוה אלהיך כיון שנכנס למקום אכילתו ואכלו בחוץ לוקה אבל אם אכלו קודם שיכנסו לירושלם מכין אותו מכת מרדות מדבריהם: מקצת מעשר בפנים ומקצתו מבחוץ האוכל מזה שעדין לא נכנס מכין אותו מכת מרדות והאוכל בחוץ מזה שנכנס לוקה: *Quicunque de decimis secundis comedit ad quantitatem olivæ aut quadrantem vini ex illis bibit extra muros Hierosolymitanos, vapulat: Q. D.* (Deut. XII. 17.) non poteris comedere in portis tuis decimam frumenti tui, musti tui & olei tui, *& quidem vapulat super omnibus singulatim, idcirco si ederis de tribus istis extra muros vapulat triplici flagellatione Q. D.* (ibid. XIV. 23.) Et comedes coram domino decimam frumenti tui, musti tui & olei tui. *Quare autem speciatim nominat ea & non dicit:* non comedes ea in portis tuis? *scilicet ad obligandum omnia singulatim pro se ipsis. Ex lege autem non vapulat nisi comederit de frugibus intra muros Hierosolymitanos jam illatis; Q. D.* (l. c.) non poteris comedere in portis tuis, & comedes coram Domino Deo tuo. *En quo* itaque allatæ sunt in locum comestionis, editque quis de iis *extra locum, vapulat. Sed si quis edat antequam illatæ sunt Hierosolymas, verberant ipsum flagellatione rebellionis ex decreto Sapientum. Si dimidia pars decimarum secundarum fuerit extra* (Hierosolymam) *& dimidia intra, res ita se habet: Si edat de parte nondum illata vapulat flagellatione rebel-*
lio-

lionis, *si autem de ea quæ est illata*, *vapulat*, scil. flagellatione legali xxxix. ictibus. vid. quæ de flagellatione supra p. 97 98. diximus.

VI. Non vero sufficit attulisse fructus sub secundarum decimarum nomine, seu oportebet ut illi ipsi fructus, qui forte quasi, in secuoda decimatione selecti erant, sine ulla permutatione intra Hierosolymam apportarentur. *Mischna Thrum.* xi. 3. אין עשין תמרים דבש ולא תפוחי יין ולא סתניות חומץ ושאר כל הפירות אין משנים אותם מברייתן בתרומה ובמעשר שני אלא זיתים וענבים בלבד. *Cl. Guisio* interprete: *Non licet facere de Dactylis mel*, *nec de malis vinum*, *nec acetum ex uvis brumalibus*, *atque reliquos omnes fructus non licet a natura sua pervertere si primitiæ sint*, *vel decimæ secundæ præter olivas & uvas duntaxat:* quod probant ex Num. xviii. 12. Hinc quoqae decimarum secundarum fruges non licet vendere neque oppignorare; ceu traditur *Misn. Maas. Scheni* i. i. מעשר שני אין מוכרין אותו ואין ממשכנין אותו ואין מחליפין אותו ולא שוקלין כנגדו ולא יאמר אדם איש לחבירו בירושלם הילך יין ותן לי שמן וכן שאר כל הפירות אבל נותנים זה לזה מתנת חנם: *Non licet vendere decimas secundas neque oppignorare*, *neque commutare neque librare eis*; *neque cuiquam dicere proximo suo Hierosolymis:* acciptio vinum & dato mihi oleum; *idem tenendum de reliquis fructibus sed alter alteri dono dare potest*. Statutum hoc pro fundamento habet, quod decimis secundis certa posita sit mensura, quæ non immutanda & spectat tum fruges adhuc extra Hierosolymas, tum jam intra earum muros illatas, proin dicitur neque in ipsis Hierosolymis cuiquam fas esse vinum pro oleo permutare. Donatio insuper secundarum decimarum recte intelligi debet: non enim hic sumenda est ut simplex aliqua donatio, sic ut colonus decimarum harum fructus alteri gratis cedere potuerit; sed donatio hæc in eo consistit, quod cuivis Decimas secundas statuto loco consumenti, alios quoque ad convivium vocare, integrum fuerit. Quæ prolixius explicantur in *Gem. Hieros. Maas. Scheni. fol. m.* i. *fac.* 2. conf. *R. Obad. de Barten. ad h. l. Mischinicum.*

VII. Clare satis hucusque ostendimus, decimarum secundarum fruges ad locum aliquem sacrum, sine ulla commutatione, fuisse afferendas ibique consumendas; de specialiori vero consumtionis earum loco, infra quædam dicenda restabunt. Tametsi autem quod diximus certum sit, ipseque Deus jusserit decimas secundas iotra Hierosolymitanos muros adferri, id tamen non sine aliqua exceptione mandavit. Quum enim colono ad terminos terræ sanctæ commoranti, illi quoque, qui per peculiarem Dei benedictionem magnam decimarum secundarum quantitatem habebar, difficile nimis fuisset, omnem frugum massam in sua substantia Hierosolymas advehere, ideo Deo molestiis hisce occurrere atque in duobus hisce casibus, ut fruges pecunia redimerentur, (quæ & ipsa in loco sancto consumenda) concedere placuit: En ipsius Dei verba: וכי ירבה ממך הדרך כי לא תוכל שאתו כי ירחק ממך המקום אשר יבחר יהוה אלהיך לשום שמו שם כי יברכך יהוה אלהיך ונתת בכסף וצרת הכסף בידך והלכת אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיך בו ונתת הכסף בכל אשר תאוה נפשך בבקר ובצאן וביין ובשכר ובכל אשר תשאלך נפשך ואכלת שם לפני יהוה אלהיך ושמחת אתה וביתך והלוי אשר בשעריך לא תעזבנו כי אין לו חלק ונחלה עמך: Ex vers. Jun. & Trem. *Quod si magnum sit præter facultatem tuam inter ipsum*, *ut non possis ferre illas decimas*, *si distet præter facultatem tuam locus*, *quem elegerit Dominus Deus tuus ad collocandum nomen suum ibi: eo quod benedixit tibi Dominus Deus tuus: Tum commutabis pecunia & colligatam pecuniam habens in manu tua*, *ibis ad locum*, *qeem elegerit Dominus Deus tuus*, *Expensaque pecunia illa in omnia quæ desideraverit animus tuus*, *in boves aut in pecudes & in vinum aut in alium potum inebriantem*, *denique in omnia qua expetierit abs te animus tuus*, *comedes ibi coram Domino Deo tuo ac lætaberis tu cum familia tua*: *sed Levitam qui erit intra portas tuas*, *ne derelinquito*, *non enim est ei pars vel possessio tecum*. Deut. xiv. 24. 27. Hæc vero lex, quam exactissime tum causam tum modum redemtionis decimarum secundarum præscribit, quam ideo ob oculos ponere voluimus, quod in posterum dicenda, commentarii loco in hanc legem inservient.

VIII. Redemtionis harum frugum causa, ut jam indicavimus duplex esse poterat; i. vel longinquitas viæ; ii. vel nimia decimarum magnitudo. Quæmadmodum Deus, in exploratione primarum decimarum in Levitarum usum separandarum, noluit ut coloni earum fruges Levitis in uno eodemque loco, sed quivis Levitis sibi proximis, ut molestiis & sumptibus parceretur, exhiberent; Ita quoque in decimarum secundarum frugibus Hierosolymas adportandis, ut iisdem laboribus ac sumtibus consule-

leretur, permittere voluit, ut qui longius ab Hierosolymis morarentur, fruges pecunia redimerent. Terminus a quo redemptio concessa fuerat, a LLatore nullus figitur; Sapientes tamen statuerant, ut decimarum secundarum fructus, intra spatium itineris die ab Hierosolymis nascentes, eo deportarentur comedendi & non redimerentur כדי לעטר שוקי ירושלים בפירות *ideo ut fructibus coronarentur plateæ Hierosolymitanæ*; ceu traditur in *Glossa ad Maas. Scheni c.* v. 2. apud Cl. *Lightfootum Op. T.* II. *p.* 182. Hac nempe ratione Sapientes cavere voluerunt, ne coloni privilegio hocce abuterentur atque nullas plane fruges apportarent, quum tamen frequentes allatæ ornamento urbi & festis fuerint, illis enim decimæ secundæ potissimum solvi consueverunt, uti infra pluribus explicabitur.

IX. Operæ vero pretium fore putamus *redemptionem* hanc omnemque ejus modum distinctius explicare. In quem finem ea quæ *Maim. Hilc. Maas. Scheni cap.* IV. 1. de illa tradit, præmittere lubet: הרוצה לפדות פירות מ״ש פודה אותה מדמיהן ואומר הרי המעות האלו תחת הפירות האלו או הפירות האלו מחוללות על המעות האלו ואם לא פירש אלא הפריש מעות בלבד כנגד הפירות דיו ואינה צריך לפרש ויצאו הפירות לחולין ויעלו המעות לירושלים ויוציאם שם שנאמר וכי ירבה ממך הדרך כי לא תוכל שאתו: וכן אם רוצה לחלל פירות המעשר על פירות אחרות שיעלו הפירות ויאכלו בירושלים ולא יחלל ממין על שאינה מינו ולא מן היפה על הרע ואפילו באותו המין ואם חילל הרי הן מחוללות: אין פודין פירות מעשר אלא בכסף שנאמר וצרת הכסף וכן אם פודה לעצמו ויוסיף חומש לא יהיה החומש אלא כסף כקרן ואין פודין בכסף שאינו מטבע אלא בכסף מפותח שיש עליו צורה או כתב (שנאמר וצרת הכסף) ואם פדה בלשון של כסף וכיוצא בו והוא הנקרא אסימון לא עשה כלום ואין פודין פחות מפרוטה מפני שהוא כפודה באסימון: *Qui voluerit fructus decimæ secundæ suæ redimere, redimat pretio, quo constat atque dicat*. Numi hi sint loco fructuum illorum *vel* fructus hi communes habentur pro numis illis: *si vero diserte hæc non dixerit, sed solummodo numos separaverit pro fructibus, jam sufficit, neque necesse est ut formulam illam exprimat. Ita fructus communes redduntur, numi vero Hierosolymam portantur, ubi illos expendit*; Q. D. E. (Deut. XIV. 24.) quod si tibi iter longius fuerit, ut illam ferre haud valueris. *Consimiliter si volueris fructibus decimæ alios substituere, tum substitui in sanctam urbem adducendi atque ibi comedendi. Non tamen licitum est fructus decimandos, pro alia fructuum specie communes habere neque bonos pro malis, licet ejusdem speciei sint: si quis tamen ita fecisset, fructus nihilominus communes habentur. Porro qui in proprium usum redimit, quintam insuper partem addere debet atque agnoscitur sors capitalis. Redemtio non fit pecunia, quæ nulla nota insignis, sed forma aut sculptura aliqua illi inesse requiritur. Hinc si quis redemisset ligula argentea aut simili quod ἄσημον dicitur, ejus redemtio nulla. Nulla quoque quando pretium infra valorem Prutæ, quandoquidem hoc idem ac si pecunia non signata redemisset.* conf. *Misch. Maas. Scheni cap.* III. 4. &c.

X. Hæc quæ nunc celeberrimi *Maimonidis* verbis diximus, redemptionis secundarum decimarum modum, diversimode illustrant, tamen aliqua adhuc expositione opus habent. Quoad pecuniam, qua redemptio fieri debebat, in supra citata divina lege non alia, quam בכסף memoratur: vox hæc, ab *Alexandrinis* ἄργυρος, ἀργύριον translata, in genere *argentum* denotat, & ubi de pecunia dicitur, numos argenteos indicat; eandem quoque speciatim eam Hebræorum numorum speciem, quæ alias שקל seu *sicli* nomine vulgo venit, quemadmodum etiam *Onkelos ad Genes.* XX. 16. בכסף per siclum transtulit, in sacris notare, notius est quam ut multis probari debeat. Nobis autem hoc loco aliud nihil significat, quam argentum: sic ut sensus sit, redemptionem decimarum secundarum, non aliter quam בכסף *argento* fieri potuisse. Quod autem *Maimon* & cum eo ceteri Judaici juris Dd. *argentum*, quo decimarum fruges redimendæ erant, intelligant *signatum*, non vero ἄσημον, id ex ipso textu elici non potest, verbum enim וצרת quod ex Judæorum mente *&* *signabis* vertendum esset, melius omnino *&* *ligabis argentum*, vertitur, ut etiam probatiores translationes habent. Etenim Mosis vel jam Abrahami ævo, quæ *Cl. Scacchi in Myrothec. Sacror. Elæochrism. Lib.* II. *cap.* III. sententia, numos cusos exstitisse, assertio est, a Viris Doctissimis jam dudum explosa. Nostri equidem instituti nunc non est, de agitata inter Eruditos controversia, quando nempe, an vel sub primo vel demum secundo Templo numi inter Judæos cudi cœperint? prolixius agere, extant de ea Clarissimorum Philologorum, ut *Villalpandi*, *Waseri*, *Morini*, *Conringii*, *Sperlingii*, *Hottingeri*, avi nostri, *Relandi*, qui *Schacchum* præsertim in *de Num. Samarit. Dissert.* I. *pag.* 49.

49. ad partes vocavit, aliorumqne literatis nntissima scripta, quæ harum rerum cupidn facile satisfacere poterunt.

IX. Quantum interim ex sacris Veteris Testamenti libris colligi potest, certo statuendum videtur, antiquissimis temporibus solitos fuisse Hebræos nummos ponderare, certamque auri argentive quantitatem ad stateram expendere, non Abrahami tantum ævo, qui Ephronitæ valorem cccc. siclnrum pro agro Genes. XXIII. 16. ponderasse dicitur: sed etiam Davidis, ceu patet ex 1. Chron. XXI. 25. & Jeremiæ quoque tempore Jerem. XXXII. 9. Quihus in locis, cum mentio fiat ponderationis, etiam si nummi exigun numero solvendi essent; nusquam vero in Codice Veteris Instrumenti (cujus Historia a mundo condito usque ad rudimenta Templi secundi protenditur) nummos cusos esse legamus, tum credimus ætatem nummorum cusnrum ad tempora Templi secundi debere referri: verba sunt, postmodum solidissimis rationibus suffulta, *Cl. Hadr. Relandi* l. c. p. 78. Utque ita nummnrum Hebrænrum, ab inscriptarum literarum forma Samaritani appellatnrum, qui ab ipsis cusi sunt & adhucdum passim in cimeliarchiis, tam pnblicis quam privatis asservantur, antiquitas non altius, quam ab exstructi Templi secundi tempore, arcessenda sit: qun, quum Viris Doctis probatum sit, Hasmonæis cudendorum numorum licentiam, datam fuisse, nullum quoque dubium est, quin genuini adhucdum reperiundi sint, contra ac *Cl. Sperlingius in Differt. de Numis non cusis p.* 102. statuit, omnes numos, qui Samaritanas ant Hebræas literas præferunt, confictos esse a recentinribus lucri faciendi gratia, nullosque nmninn numos a Judæis etiam stante templn secundo, cusos fuisse. Cui tamen *Cl. Sperlingii* npinioni supra laudatnrum virorum scripta jure npponi possunt. Quod si Cel. Vir hæc de snlis siclis, qui nimis frequenter circumferuntur, dixisset, facilius ipsi concedi posset, vix nempe tales genuinos nostris temporibus reperiri; repræsentantur illi ab omnibus, qui de Hebræorum numis scripserunt, sub inscriptione ab una parte שקל ישראל *siclus Israelis* & ש׳ר i. e. שנת ד׳ *anno quarto*; & ab altera ירושלים *Hierosolyma sancta*, qualem etiam, qui aliqualem antiquitatem nstentat, Honoratissimus Parens meus possidet: verum rei numismaticæ peritinres illos nnnquam indnbiæ habuerunt antiquitatis, idcirco qni ejusmodi numos custodiunt, ut eos accurate examinent, priusquam pro genuinis venditent, monet. Vid. præter alios *Cl. Relandum l. c. Differt.* v. *pag.* 185. *sq.* Ex his tamen dubiæ antiquitatis numis, nnn sequitur ceteros omnes, qui temporis quo cusi sunt, certos habent characteres & requisita, spurios & rejectitios esse, quod *Cl. Sperlingius* vellet. Sed quæ de numnrum Hebræorum origine & antiquitate diximus ad propositum nnstrum sufficere possunt; redeamus nunc e diverticulo in viam.

XII. Quandn igitur Judæi tradunt, decimarnm secundarum fruges argento sigato fuisse redimendas, non aliter intelligi debet, quam de sequioribus temporibus, quibus numos cudere cœperunt; Mosis autem ævn & quamdiu primum Templum stetit, illud argentum, pro illius temporis consuetndine, statera appensum & pro fructnum valnre Hierosolymas allatum fuisse; ab eo autem tempore, quo cusi a Judæis erant numi, nmnino nnn alin quam signato argento redemtionem fieri potuisse. Erant autem variæ nummnrum species vel ex auro vel argento vel cupro cusæ, de quarum valnre pauca dicemus ex Judænrum calculn. Erat primo *siclus* כסף dictus cujus pondus olim erat cccxx. granorum hnrdeaceorum, verum postea stante Templo secundo Sapientes auxerunt sicli pondus, ita ut æquale esset numo סלע dicto, qui ponderabat CCCLXXXIV. grana hnrdeacea. Sic quidem *Maimon. in Hilc. Schekalim* 1. 2. at in *Comment. ad Misch. Maas. Sheni* 2I. 9. dicit סלע הוא שני שקלים ודינר הוא רביע הסלע כי הסלע ארבע דינר ורביעיתו הוא רביע השקל והוא חצי דינר : *Sela continet duos siclos & denarius est quarta pars* סלע ;, *nam Sela complectitur quatuor denarios & quarta pars sicli est dimidius denarius*. Sed sciendum est *Maimonidem* in altero locn locutum fuisse de שקל תורה *siclo Pentateuchi* cujus scilicet in scriptis Mosaicis fit mentin; hic vero de שקל של רבנן *siclo Rabbinorum*, quales dun æquivalent siclo Pentateuchi ut *R. Nathan in Lexico Aruch ac vocem* זו tradit. De Sela autem traditur eam cnmplecti quatuor denarios, unum vero denarium sex מעין. Nummum מעה eundem esse cum גרה uti appellabatur tempore Mosis, atque duo פונדיונים comprehendisse. Unum vero pondion cnntinebat dun assaria, octo Perutæ unum efficiebant assarium; sic ut pondus מעה seu גרה sive גרה *Gere* sit sedecim granorum hordei, assarii quatuor granorum; perutæ dimidii grani; præterea erat alia moneta, quæ pondere æquivalebat duobus siclis sive סלעים

& ap-

& appellabatur Dracon. Hæc fere ſunt quæ de hiſce oumis accuratiſſime tradidit *Maim. in Schekal. l. c.* quorum uberior explicatio & collatio cum aliis nummis apud ſupra laudatos authores & *Cl. Eiſenſchmidium in Diſquiſitione Nova de Ponderibus & Menſuris Veterum* peti poteſt. Atque hi nummi ſunt, quibus Judæi in emtione venditione utebantur, quibuſque etiam decimæ ſecundæ redimebantur; excepto tamen pretio minori *Peruta* פרוטה, quo, ut ſupra ex Maimonide audivimus, redimi non poterant, quum eſſet, ac ſi pecunia non ſignata, redemiſſet, viliſſimus quoque ejus valor fuerat, dimidii nempe grani hordeacei, quod alibi pro octava aſſarii Italici parte exprimitur: ſic in *Miſch. Edius.* IV. 7. האשה מתקדשת בדינר ובשוה דינר כדברי בית שמאי ובית הלל אומרים בפרוטה ובשוה פרוטה וכמה היא פרוטה אחד משמונה באיסר האיטלקי: *Mulier deſpondetur denario & pretio denarii, juxta Scholam Schammai: ſed Schola Hillelis ſtatuit Pruta vel Prutæ pretio; ſed quanti valet Pruta? Octavam aſſarii Italici partem.* conſ. *Gemar. Hieroſol. Maaſer. Scheni fol. m. x. fac.* I.

XIII. Quod vero æſtimationem fructuum decimarum ſecundarum attinet, eam juxta pretium vilius, quemadmodum fruges tabernarii coemere ſolent, faciendam fuiſſe Judæi tradunt: qui vero fructus ſuos transfert ad diverſa loca, ubi fructuum pretium variat, redimit pretio loci, ubi tum commoratur; ſic *Miſch. Maaſ. Scheni.* IV. I. 2. המוליך פירות מעשר ב' ממקום היוקר למקום הזול או למקום הזול למקום היוקר פודהו כשער מקומו המביא פירות מן הגורן לעיר וכדי יין מן הגת לעיר השבח לשני ויציאת מביתו: פודין מעשר שני בשער הזול במות שהחנוני לוקח לא במות שהוא מוכר במות שהשולחני פורט ולא במות שהוא מצרף ואין פודין מעשר שני אכסרה את שדמיו ידועים יפדה על פי א' ואת שאין דמיו ידועים יפדה על פי ג' כגון היין שקרם ופירות שהרקיבו ומעות שהחליאו: *Qui fructus decimarum ſecundarum detulerit de loco caro in locum vilem, aut de loco vili in locum carum, redimet eos juxta pretium loci præſentis. Qui detulerit fructus ex borreo in civitatem & cantharos vini e torculari in civitatem, lucrum cedit decimis ſecundis, ſed impenſæ fient e domicilio ejus. Redimunt decimas ſecundas pretio vili uti tabernarius emit, ſed non ut vendit; ut numularius accipit, ſed non ut conjugit.* (ut poſtea numulos cum aliis, debito lucro commutet) *Non redimunt decimas ſecundas ex æquo; cujus pretium notum eſt, id redimet dicto teſtis unius, cujus vero pretium ignotum, id redimunt dicto trium; uti vinum acidum, fructus qui putruerint & numi qui rubiginem contraxerint*: conſ. *Miſch. Sanhedr.* I. 3. De delatione autem fructuum ad varia loca, ubi idem non obtinet pretium tenendum, id quidem caſu aliquo fieri potuiſſe, quod ſi vero quis deportaverit de induſtria v. g. e loco caro in locum vilem ut ſcilicet fructus ſuos viliori pretio redimere poſſet, id omnino erat vetitum, & obligabatur fructus in loco unde deportavit redimere aut Hieroſolymas adferre. Præterea quoad delatiooem frugum ex pagis io urbes obſervandum, lucrum aliquod inde naſci; ſolent enim fructus in urbibus pluris vendi quam in pagis; quod ſi exempli gratia, fructus qui in pagis valuerint ſiclum unum, detulerit in civitatem, ubi duos ſiclos valeant, ſequitur ut eos redimat pro duobus ſiclis & hoc eſt השבח *lucrum* quod cedit decimis ſecundis; quod vero conſumſit inter advehendum ad urbem, id non decimis ſecundis annumerabit ſed propriis ſuis impenſis & hic eſt ſenſus verborum Miſchnicorum ויצאות מביתו *& impenſæ fient e domicilio ſuo* i. e. pecunia ſua privata: nam יציאות idem eſt quod הוצא *impenſæ* a יצא *exire* quia impenſæ exeunt e poteſtate poſſeſſoris; ut *Maimon. ad h. l.* commentatur. Ceterum fructuum æſtimatio ſemper inſtituenda juxta pretium ordinarium, quod in loco obtinet, & in fructibus bonis ſemper notum, hinc fit quod non æſtimentur ex æquo ſine menſura ſeu pondere, quantum quis pro caniſtro uvarum ſeu ficuum dare voluerit: ſed ſi fructus redimendi, quodammodo fuerint corrupti, ſic ut pro ratione corruptionis, eorum pretium mutetur, hinc eſt quod jus circa ejuſmodi fructus ſtet penes judicium trium, quorum æſtimatio, etſi unus ex iis ſit gentilis & unus poſſeſſor bonorum, rata habebatur: conſ. *Miſch. Sanhedrin.* I. 3.

XIV. Plures aliæ conſtitutiones ſunt, de argento quo decimæ ſecundæ redimi poterant obſervandæ. Cavendum omnino erat, ne pecunia decimarum ſecundarum, quæ ſancta erat commiſceatur cum pecunia profana, quod ſi autem id caſu factum fuerit, res hunc in modum reſtituenda erat: סלע של מעשר שני ושל חולין שנתערבו מביא בסלע מעות ואומר סלע של מעשר שני בכל מקום שהיא מחוללת על המעות האלו ובורר את היפה שבה ומחלל עליה מפני שאמרו מחללין כסף על נחושת מדוחק ולא שיתקיים כן אלא חוזר ומחללם על הכסף: *Siclus decima-*

cimarum secundarum & profanus si commixti fuerint, adducet pretium sicli ex ære; dicetque: siclus decimarum secundarum, ubicunque locorum sit profanator super illis numis æneis. *Postea eligit optimum eorum & profanat super illo; Quia dixerunt:* profanaot argentum super ære ex necessitate: *non quod res turpis firma sit, sed denuo æs super argento profanare debet.* *Misch. Maas. Sheni.* II. 6. Quum itaque nesciat quisnam siclus argenteus ex commixtis sit decimarum secundarum, alterutrum eligit æneisque numis profanat & tandem, ne siclum argenteum numis æneis profanatum, pro communi habeat, altera vice æneos oumos argento profanare tenebatur & tum demum siclus argenteus pro siclo decimarum secundarum habebatur.

XV. Diversæ quoque *Schamæanos* inter & *Hillelianos* de permutatione numorum decimarum secundarum, ortæ sunt quæstiones. *Schammæi* asseclæ volebant Siclos decimarum secundarum cum denariis aureis commutare licuisse, idque juxta commentatores, hac de causa, quia fieri possit, quod eos commutare nequeat, unde ascensionem Hierosolymas differat, vel plane intermittat: *Hillelis* vero hanc commutationem concedunt, putantes eam ascensionem Hierosolymitanam differre non posse; quorum etiam sententia exemplo *R. Akibæ* confirmatur dicentis אני עשיתי לרבן גמליאל ולרבי יהושע את בכסף דינרי זהב *Ego ipsemet feci Rabban Gamalieli & R. Jehoschuæ argentum eorum denarios aureos;* uti legitur in *Misch. Maas. Sheni l. c.* §. 7. Hinc quoque *Hillelis* sententia approbatur. Dein ex *Schammæanorum* seotentia licet nummos æneos commutare cum siclo argenteo, quem Hierosolymas adferat, ad itineris onus sublevandum: schola vero *Hillelis* tantum dimidiam numorum æoeorum partem cum argento permutare concedit, quia numi ænei quoque expendi possint Hierosolymis: facile autem accidere posse, ut ad ea, quæ necessaria ipsi sunt, emenda, iis opus habeat: quod si tum plures ad numularios se conferre cogantur, ut siclos pro minutis numis permutent, quo numuli isti apud trapezitas cariores futuri sint & hinc pretium secundarum decimarum pereat: satius proin *Hilleliani* duxerunt partem quoque minutorum numorum Hierosolymas portare, alteram vero argenti partem, si ipsum ænei numi deficiant, ibidem paulatim permutare: vid. *ibid.* §. 8. & *R. Obad. de Bartenora ad h. l.* Dissentit porro biga horum Magistrorum quoad permutationem siclorum cum numis minutis Hierosolymis faciendam: schola *Schamai* dicebat, quemvis omnes suos siclos cum numis æneis Hierosolymis commutare potuisse: *Hillelis* vero dimidiam tantum siclorum partem concedebat; quandoquidem fieri possit, eum totam numorum summam, tempore quo Hierosolymis moratur, non impendere; unde cogatur eos ibi, donec ad aliud festum redierit, deponere; quod si tum denuo numulos minutos (qui forte intra illud tempus æruginem attraxerunt) cum siclis permutare vellet, evenire, numulariorum secunda vice lucrari & consequenter secundarum decimarum pretium minui; & idcirco הלכה seu *decisio* hujus controversiæ juxta *Hillelianos* erat: vid. *l. c.* §. 8. & *Misch. Edint.* I. 9. 10. cum Glossatoribus. Possemus quidem plura hac de re proferre si id operæ pretium vel alicujus utilitatis videretur, proin ad alia pergimus.

XVI. Quicunque igitur hac ratione decimarum secundarum fruges vel propter earum multitudinem vel nimiam viæ longinquitatem ad Hierosolymas, redimere & argento legitimo modo commutare volebat, id ei ab ipso Deo concessum erat. Attamen fruges suas pecunia permutantibus, ipso quoque Deo jubente, quintam capitalis summæ partem superaddere incumbebat: Lex Levit. XXVII. 30. 31. ita sonat: *Et omnis decima terra, quæ fit de semine terræ & fructu ligni Domini est & sancta Domino:* ואם גאל יגאל איש מטעשרו חמישתו יסף עליו *Et si redimere voluerit decimas suas, quintam illarum partem superaddito illis.* Juxta communem Judæorum explicationem lex hæc non ad aliam quam secundam decimam referri debet. *Abarbanel Comment. in leg. fol.* CCXXI. *col.* 3. *edit. nup. Hanov.* אין ראוי לפרשו על המעשר ראשון כי הוא ללוים ולא יוכל לפדותו אבל הוא מן המעשר שני שיוליכוהו לירושלם וכי ירחק ממך המקום ולא יוכל שאתו יוכלו הבעלים לפדות אותו בכסף ולהוליכו לירושלם ולאכלו אבל יהיה בתנאי שחמשיתו יוסיף על הערך: *Non convenit explicare* (legem citatam) *de decimis primis, quippe quæ pertinebant ad Levitas & non poterant redimi; sed intelligenda est de decima secunda quæ Hierosolymas adportabatur: si vero locus nimis distet, ut non potuerit* (in natura) *adferri, a possessoribus redimi poterat argento, quod ipsum Hierosolymas allatum consumebat, ea tamen conditione, ut quintam partem summæ capitali superaddat.* Similiter quoque præter alios *Raschius ad h. l.* במעשר שני הכתוב מדבר

de decima secunda Scripturam hic loqui, dicit. Neque ullum de hoc dubium esse potest, quum nullus hic sermo sit de decimis, quæ redimi possunt, tales autem erant secundæ, quidni etiam additio partis quintæ de iisdem intelligenda? Indicium quoque hujus interpretationis non obscurum est v. 30. quo dicitur: *omnem decimam terræ esse Domini & sanctam Domino*. Atque peculiariter secundæ decimæ Domini & sanctæ Domino dici possunt, quum illæ coram Domino in loco sancto ubi Deus Majestatem suam habitare volebat, comedi debuerint; unde Israelitæ cognoscerent has decimas non suas esse, neque ipsis in profanum usum cedere, sed eo ipso, quod in loco habitationis nominis divini consumendæ erant, scirent, eas esse Domini & proinde sanctas, atque in sanctitate puritate & timore Domini utendas. Jus enim quod Deus in decimas primas habuisset, cessit quasi Levitis, deditque ipsis in hæreditatem communemque usum.

XVII. Pertinet adeoque quintæ partis additio ad redemtionem decimarum secundarum; ut sit colonus habuisset centum modios frumenti, quorum decimas si in natura Hierosolymas adferre voluisset, capitalis decimarum summa erant decem modii: si vero hos decem pecunia redemisset per additionem quintæ partis, valorem duodecim modiorum adportare debuisset; atque sic ducenti in decimarum separatione faciunt viginti, in adæratione autem vel redemtione quatuor & viginti. *Illustris Grotius* ad h. l. commentatur: Addet quintam partem earum: *pro mulcta: quia decimæ nec vendi possunt nec redimi*. Videtur autem hanc additionem quintæ partis sive eam mulctam sive aliter appellemus, impositam fuisse, ut astutiæ & frumentum in pecuniam mutantium fraudibus occurreretur, dein etiam ut fruges eo frequentiores Hierosolymas adportarentur. Ceterum quæ circa hanc legem Judæi observanda tradiderunt, audiemus ex *Maimon. Hilc. Maas. Scheni* v. 1. *sqq.* הפודה מעשר לעצמו בין שהוא שלו בין שנפל לו בירושה בין שניתן לו בטבלו מתנה כמו שבארנו הרי זה מוסיף עליו חומש אם היה שוה ד׳ נתן חמשה ואשה שפדתה מ״ש שלה לעצמה אינה מוסיפה חומש מפני השמועה למדו איש ממעשרו ולא אשה פודה פירות מעשרו והוסיף חומש וחזר ופודה הפדיון לעצמו פעם שנייה מוסיף חומש שני על הקרן ואינה מוסיף חומש על החומש מ״ש שאין בחומשו שוה בפרוטה אינה מוסיף עליו חומש ומעשר של דמאי אינה מוסיף עליו חומש וגו׳ : *Qui redimit decimas pro se ipso, sive propriæ sint, sive per hæreditatem possessæ, sive dono datæ dum adhuc illibatæ erant, quemadmodum exposuimus, ecce ille addere debet quintam partem: si valeant decimæ quatuor, dat quinque. Mulier redimens decimas suas pro seipsa non tenetur addere quintam partem, quia per traditionem didicimus, maritum de decimis suis & non mulierem, obligari. Qui redimit fructus decimarum suarum additque quintam partem, denuo autem redemerit redemtas pro seipso, denuo quoque addit quintam partem pro summa capitali, sed non quinta parte in priori redemtione addita. Decimis secundis, quæ per additionem quintæ partis minus pruta valent, quintam non superaddit neque etiam in decimis secundis dubiis &c.*

XVIII. Attamen modus redimendi has decimas est, quo quinta hæc pars non addebatur, quod per fraudem aliquam licite fieri posse Dd. Judaici tradunt. Nempe regulam habent *Gemara Hierosol. Maas. Sheni. fol. m.* xi. *fac.* 1. traditam: כל מעשר שאינה הוא ופריונו משלו אינה מוסיף חומש : *Super decimis quæ non sunt ipsius* (possessoris) *& quæ non redimuntur per ipsum non additur quinta pars*. Hinc licitum statuunt posse colonum filio ant filiæ natu majoribus, servo & ancillæ ex Hebræis natis dicere: הילך מעות אלו ופודה לך מעשר שני *Accipe illos numulos & redime pro te illas decimas secundas*; Atque hac ratione quintam partem addere non tenebatur: non tamen dicere audebat, ut illos numos accipiat & redimat sibi ipsi, hoc enim casu quintam partem omnino addere debebat: vid. *Misch. Maas. Scheni.* iv. 4. *sq. Maim. l. c.* §. 8. Hæc sere sunt, quæ de additione quintæ partis in redimendis & adærandis decimarum secundarum frugibus dicenda habuimus. Huic autem loco haud inconveniens erit inserere illas res, in quibus si quis peccaverit, quintam persolvere debebat partem: Catalogus earum in *Misch. Bava Mezia:* iv. 8. talis est: חמשה חומשים הן האוכל תרומה ותרומת מעשר ותרומת מעשר של דמאי והחלה והבכורים מוסיף חומש והפודה נטע רבעי ומעשר שני שלו מוסיף חומש הפודה את הקדשו מוסיף חומש הנהנה בשוה פרוטה מן ההקדש מוסיף חומש והגוזל את חבירו שוה פרוטה ונשבע לו מוסיף חומש : Ex Cel. l' Empereur versione: *Quintuplex quinta pars est, ut si quis comederit oblationem primam aut oblationem de decimis & decimis dubiis, aut placentam aut primitias* (vel primitiva) *addet partem quintam. Si quis redemerit arbores anni quar-*

quarti atque decimas suas secundas addet quintam partem. Si quis sancta sua redemerit addet quintam partem. Si quis pretium Prutæ e sanctis utilitatem ceperit, addet quintam partem. Si quis proximo suo surripuit pretium prutæ eique juraverit, addet quintam partem. Sed hæc ὡς ἐν παρόδῳ dicta sunto.

XIX. Hactenus omnem decimarum secundarum fruges redimendi *modum* fatis, ut putamus, evidenter descripsimus; sequitur ut quædam de redemptionis *loco* dicamus. Jam supra §. 8. præfati sumus ex Sapientum constitutione nullas fruges intra spatium itineris diei ab Hierosolymis fuisse redemtas sed in sua specie illuc allatas. Neque etiam intra ipsos urbis Hierosolymitanæ muros fructuum redemtio fieri poterat, ceu totidem verbis legitur in *Misch. Pesach.* VII. 3. אין פורין מעשר שני בירושלם *non redimunt decimas secundas Hierosolymis*. Hinc in *Misch. Maas. Scheni.* III. 5. dicitur פירות נכנסין ואינן יוצאים *fructus intrant* (Hierosolymas) *sed non exeunt*; hoc est: fructus decimarum secundarum intra Hierosolymam illati, efferri nequeunt sed sine redemtione ibi consumi debent, quod, ut in sequentibus explicatur, intelligendum de fructibus quorum opus plene perfectum; si vero illati opere eorum nondum absoluto, illi Hierosolymis educi, redimi & consequenter ubivis locorum comedi possunt; quamvis R. Schimeon fil. Gamalielis voluerit, fructus etiam perfectos Hierosolymas illatos reduci posse. Alia tamen ratio est fructuum Hierosolymas adportatorum & ibi pollutorum, de quibus omnino statutum est, eos Hierosolymis pro vario pollutionis gradu redimi posse; qua de re audiemus *Maimon. Hilc. Maas. Scheni.* II. 12. פירות מעשר שני שנטמאו בירושלם ופדאן אם נטמאו בולד הטומאה אסור להוציאן אלא יאכלו בפנים מפני שולד הטומאה מדבריהם ואם נטמאו באב הטומאה או שנטמאו בחוץ ואפילו בולד הטומאה אע״פ שנכנסו בירושלם הרי אלו נפדין ויאכלין בכל מקום: *Fructus decimarum secundarum polluti Hierosolymis redimunt eos ibi: si polluti filio immunditiei non licet eos illinc reducere sed intra* (Hierosolymas) *comeduntur, quia filius immunditiei est ex statutis Sapientum: sed si polluti sint a patre immunditiei, aut polluti extra* (Hierosolymas) *etiamsi a filio tantum immunditiei, licet Hierosolymis intraverint, ecce fructus illi redimuntur & ubivis locorum comeduntur:* vid. etiam *Misch. Maas. Scheni l. c.* 9. *& Gem. Hieros. ib. fol.* VIII. *fac.* 2.

Observanda hic est distinctio immunditierum, quas Judæi distinguunt אבות הטומאה *Radices* seu *Patres* pollutionum quales Magistri XXXII. recensent uti sunt reptile, pollutio seminis, cadaver bestiæ, cadaver humanum &c. vid. *Mischna Taharoth.* 1. 1. *sqq.* ex quibus oriuntur ולדי הטומאה *surculi seu proles pollutionis*; appellantur autem ita quæcunque ab his *radicibus* sive *patribus* polluuntur. De quibus exactissime egit *Cl. Relandus in Antiqq. Hebr. p.* 202. *sqq.* Hac vero ratione fructus intra Hierosolymas polluti redimi possunt & non aliter.

XX. Ceterum verus ac legitimus redemptionis *locus*, ille est ubi fructuum possessor habitat, qui ibi fructus suos, quocunque pretio valeant, licet viliori, argento commutat. Non enim permissum erat, e loco ubi quis fixam habet sedem, fructus redemptionis gratia de industria deportare; quod si autem casu id fecisset fructusque e loco ubi viliores in alium ubi cariores venduntur vel contra, redimere tenetur juxta pretium quo valent in loco ubi tum moratur: conf. supra p. 160. 161. dicta. Quod si ita quis eo quo hactenus diximus modo fructos suos decimarum secundarum redemisset, ejus redemtio rata habebatur fructusque pecunia permutati ubivis locorum comedere & in quemvis usum adhibere poterat. Ipsam autem redemtionem frugum præcedere debebat ejusmodi *Benedictio:* בא״י אקב״ו על פדיון מעשר שני *Benedictus sis Domine Deus noster qui sanctificasti nos præceptis tuis & præcepisti nobis redemptionem decimarum secundarum*. Conf. *Gem. Hierosol. Maas. Scheni fol.* III. V. *fac.* 1.

XXI. Quemadmodum autem, ut dictum, fructus decimarum secundarum non licet redimere Hierosolymis, alia tamen erat ratio numulorum qui נכנסות לירושלם ויוצאות *Intrant Hierosolymas & exeunt*; hoc est, numi decimarum secundarum Hierosolymas adportati, reduci possunt. Præterea numi in ipsa sancta urbe, vel etiam extra eam profanari poterant, licet fructus alibi sint, non enim necesse erat ut fructus cum numis permutandi, in eodem cum numis loco sint, quod indicatur *Mischn. Maas. Scheni* III. 4. פירות בירושלם ומעות במדינה אומר הרי המעות ההם מחוללי׳ על פירות האלו מעות בירושלם ופירות במדינה אומר הרי המעות האלו מחוללין על פירות ההם ובלבד שיעלו הפירות ויאכלו בירושלם: *Si fructus fuerint Hierosolymis & numi* (decimarum) *in provincia, dicet*: Hi numi profanantor su-

 per

per illis fructibus. *Si vero numi fuerint Hierosolymis, fructus vero in provincia; dicet:* Hi nummi profanantor super illis fructibus; *at ea conditione ut fructus advehantur & comendantur Hierosolymis.* Occasione horum verborum paucis observamus quædam de vocis מדינה & quæ ipsi syuonyma גבולים genuino significatu; de qua nempe aliqualis inter Philologos exstitit controversia, quatenus nempe illa עיר מקדש opponatur. Sunt qui statuunt illa totam terram Israelis excepta Hierosolyma, quam עיר מקדש includunt, indicari, sic ut *Mikdasch* sit tota Hirosolyma una cum Templo, *Medina* vero cœteræ omnes terræ sanctæ urbes; ita *Maimon ad h. l. & Misch. Succa* III. 12. *Misch. Rosch. Hoschana* IV. 1. *Cl. Buxtorf. Lexic. Thalmud p.* 516. *Cl. Seringhamus ad Misch. Joma* VII. 1. IV. 2. Alii tamen ut *R. Obed. de Bartenora ad Misch. Rosch Haschana l. c. Cl. Braunius de Vestitu Sacerdot. p. m.* 676. & ab eo citatus *Cl. Seldenus de Success. in Pontif. Lib.* II. c. VII. contendunt, omne quod extra atrium sit, adeoque ipsam Hierosolymam מדינה seu גבולים vocari. Sed nobis videtur harum vocum significatum pro substrata materia sumendum esse: sunt omnino loca in quibus vox מדינה omne spatium quod extra atrium est, מקדש autem solum Templum denotat; ita quando de Pontificis Summi vestibus traditur, cum eas nonnisi במקדש *in Templo* gessisse, procul dubio urbs Hierosolymitana excluditur, in qua harum vestium nullus erat usus. Sic alia loca produci possent, quibus indicatur ipsam quoque Hierosolymam גבולים seu provinciis annumerari. Sed ab altera quoque parte negari non potest voce מדינה Hierosolymas excludi & solum de urbibus extra hanc urbem dici, ut ita quandoque per Mikdasch tota intelligatur Hierosolyma: colligi id potest ex eo quod supra p. 43. de comestione donorum sacerdotalium diximus, ubi loca comestionis distinguuntur; alia erant comedenda בירושלם *Hierosolymis*, alia vero בגבולים sc. *in provinciis*; ubi Hierosolyma a provinciis distinguitur. Idem probatur ex Mischna supra allegata, ubi quoque tandem habemus distinctionem inter *Medina & Hierosolymas*; sic ut recte commentatus fuerit *Maim. ad h. l.* מדינה נקרא כל מדינה ומדינה ארץ ישראל לבד מירושלם *Medina vocatur omnis provincia ex provinciis terræ Israelis excepta Hierosolyma.* Quomodo controversia hæc facillime decidi potest.

XXII. Redemptione frugum decimarum rite absoluta, colonus ipsam pecuniam fructuum loco Hierosolymas adferre, ibique consumere debebat. Sed videndum quibus rebus hæc pecunia impendenda fuerit. Lege divina supra §. VII. relata, permittitur expendere pecuniam illam in omnia quæ desideraverit animus, in boves, oves, vinum aliumque potum inebriantem. Hinc in *Misch. Erubbin* III. 1. *legitur:* הכל נלקח בכסף מעשר חוץ מן המים ומן המלח: *Pecunia decimarum* (secundarum) *omnia emuntur præter aquam & sal:* quandoquidem non sunt ex speciebus fructuum. Audiamus hac super re *Maimonidem Hilc. Maas. Scheni.* VII. 3. אין נלקח בכסף מעשר אלא מאכל אדם שגידולו מן הארץ או גידולי גידוליו מן הארץ כגון הפרט המפורש בתורה בבקר ובצאן וביין ובשכר לפיכך אין לוקחין בכסף מעשר מים ומלח כמהין ופטריות לפי שאין גידוליהם מן הארץ ולא פירות מחוברים מן הקרקע ולא פירות שאינה יכולים להגיע לירושלם לפי שאינן דומין לבקר וצאן: *Pecunia decimarum secundarum non licet emere nisi quod comeditur ab hominibus & procrescit ex terra vel incrementum suum habet a procretis ex terra, quemadmodum speciatim explicatur in lege: de bove, ove, vino & sicera: idcirco pro pecunia decimarum secundarum non licet emere aquam aut sal, aut fungos aut boletos, quoniam non procrescunt ex terra* (vid. supra Exercit. III. §. 17. *Neque etiam illa emere licet fructus solo adhuc adhærentes, non etiam fructus qui Hierosolymas adduci nequeunt, quia similes non sunt jumento & gregi.* Omnibus igitur rebus quæ cum his in divina lege definitis conveniunt decimarum numos impendere licet, observata etiam jamjam a *Maimonide* audita regula generali, quicquid comestibile, quicquid incrementum suum habet e terra &c. Atque hæc ratio est quare non liceat comparare sal & aquam, licet ad cibum adhibeantur, aqua enim (ita Judæi loquuntur) est alimentum simplex, quod tamen non provenit e terra, sal vero est terra adusta. Si vero quis sal aut aquam, fructusque solo adhærentes vel qui Hierosolymas adduci non possunt emisset, illa sanctitatem decimarum non acquirunt neque ut decimarum fructus habentur: emisset quispiam ejusmodi fructus, quos hac pecunia, etiam extra Hierosolymas, emere nefas erat, imprudenter nesciens fuisse pecuniam decimarum secundarum, tunc

ven-

venditor pecuniam emtori restituere tenetur, quæ postea pro pecunia decimarum secundarum habebatur; si vero emisset de industria, sciens fuisse nummos decimarum secundarum, tunc sanctuario stante fructus Hierosolymis comedere, destructo vero sanctuario deponere debebat, donec putrescant. Hunc in modum intelligi debet *Mischna Maas. Scheni* I. 5. הלוקח מים ומלח ופירות המחוברין לקרקע או פירות שאינן יכולין להגיע לירושלם לא קנה מעשר הלוקח פירות שוגג יחזרו דמים למקומן מזיד יעלו ואכלו במקום ואם אין מקדש ירקבו: *Qui emerit aquam aut sal & fructus terræ adhærentes aut qui Hierosolymas adduci nequeunt, tum illa non aquisiverunt decimæ: Qui imprudens emerit fructus eorum loco restituet pretium; si de industria advehentur* (fructus) *ad locum* (quem elegit h. e. Hierosolymas) *at si non fuerit sanctuarium, putrescant*.

XXIII. Similiter vetitum erat decimarum pecunia bestiam extra Hierosolymas emere; quod si autem id factum fuerit per errorem venditor emtori restituit pecuniam; si vero studio emerit, bestiam Hierosolymas, stante scilicet sanctuario, affert, eo vero destructo eam una cum pelle sepelire, nullumque quamdiu vivit ex ea usum capere debet. Atque eadem ratio omnium rerum pecunia decimarum rite non emtarum: Hinc ejusmudi generalis Canon traditur: כל שהוציא חוץ לאכילה ושתיה וסיכה מרמי מעשר וברח המוכר או מת יאכל כנגדו ואם היה המוכר קיים יחזרו הדמים למקומן: *Quicunque pecunia decimarum educit* (seu sibi comparat) *præter id quod cibo, potui & unctioni inservit, evadente vel moriente venditore juxta pretium ejus comedit eo vero adhuc præsente reddit pecuniam in locum suum*. *Maim. Hilc. Maas. Scheni* VII. 17. tum de suo tantum impendere debet, quantum de pecunia decimarum per errorem scilicet impendebat. Quodcunque autem ad cibandum vel potandum vel ungendum corpus inservit id pecunia decimarum comparari & consumi poterat, etiam mel, ova, lac &c. Attamen ejusmodi res quæ vel propter aspectum vel gustum vel odorem cibis misceri solent, corporique cibando non inserviunt, hac pecunia emi non poterant. Insuper ea non licebat Thrumam, quæ ad Sacerdotes pertinebat, neque septimi anni fructus emere.

XXIV. Nisi putaremus ex dictis facile colligi posse, quomodo pecuniam decimarum secundarum fuerit impendenda, plura proferre possemus, sed sufficiet, pauca adhuc protulisse, quid in emtione bestiarum juris fuerit. Ipse Deus concessit boves & oves pro dicta pecunia comparare, non addito aliquo monito ut altari adducantur, hinc bestias emere solebant ad comedendum eas quasi profanas, proin Sapientes constituerunt, ut pecunia decimarum bestias emant in sacrificium pacificum: Sic *Maim.* l. c. לוקחין בהמה לזבחי השלמים מכסף מעשר שהשלמים נאכלין לזרים בראשונה היו לוקחין בהמות לאכלן חולין מכסף מעשר שני כדי להבריחה מעל המזבח גזרו בית דין שאין לוקחין בהמה מפעות מעשר אלא לשלמים אבל חיה ועוף לוקחין שאינן ראויין לשלמים: *Pecunia decimarum bestiam emunt in sacrificium pacificum, quoniam sacrificia pacifica eduntur quoque a peregrinis. Olim quidem ex pecunia decimarum secundarum emerunt bestiam ad edendum eam ut profanam: idcirco decrevit Synedrium ne imposterum ex nummis decimarum secundarum emant bestiam* (sacrificio aptam) *nisi in sacrificium pacificum; quamvis feras quoque & aves, quæ ad sacrificium pacificum non aptæ, emere quoque licuerit*. Ob haoc autem rationem bestias decimarum pecunia comparatas non consumebant ut carnem profanam: quamvis Dominus bestiæ nullum inde habuerit damnum, quum carnes sacrificiorum pacificorum ipse, in templo vel intra urbis mœnia, cum domesticis suis aliisque convivis comedere poterat. Sed de hoc sacrificiorum genere, infra ubi decimas bestiarum describemus, amplior dicendi locus erit.

XXV. Omnes vero res, decimarum secundarum pecunia, juxta legis divinæ tenorem Hierosolymis comparatæ, habebantur pro decimis secundis, atque æque ac ipsæ fruges argento permutatæ factæ erant, hinc in loco quoque sancto consumendæ. Qui vero fruges ipsas, sine ulla adærationе Hierosolymas adferendas curarunt, illi quoque eas ibidem pari modo comedebant. Toties jam in præcedentibus diximus: decimarum secundarum fructus cedere in sacrum ipsorum possessorum usum: Accuratius tamen hoc loco videndum est, quænam personæ fuerint, quibus fructibus hisce vesci, concedebatur. Tales primo erant ipsi fructuum domini, horumque familiæ, institutis solennibus epulis, ad quæ post alios, præsertim Sacerdotes & Levitas, quibus nulla pars vel possessio terræ data, ipso Deo sic jubente, convocare debebant, quibus præsentibus coram Domino in lætitia & timore Domini decimas hasce consumebant. Hinc

Jo-

Josephus Archæolog. lib. IV. *c.* 7. *al.* 8. decimas secundas δεκάτην πρὸς εὐωχίας vocat. Cum his autem sacris ex decimarum fructibus, (ut & cœteris quoque ex sacrificiorum carne) institutis conviviis primorum Christianorum Ἀγάπαι conveniebant: imo non dubitanter asserimus illas Christianorum, ab Judæis magis, quam gentilibus idololatris, quam vis & illi similem ritum in sacrificando habuerint, arcessitas esse. Finis enim horum conviviorum apud Judæos erat, ut amorem inter se conciliarent, conciliatum confirmarent & propagarent, egenos insuper sublevarent sustentarentque, divinæ benedictionis recordarentur, proque ea debitas referrent grates; certe & hic & non alius scopus Agaparum Christianorum quoque erat. Sed his prolixius demonstrandis non immorabimur.

XXVI. Quum ex præcedentibus haud obscure colligi possit, decimas hasce secundas fuisse rem sanctam, hinc quilibet quoque concludere potest, faciendam esse aliqualem personarum distinctionem, quibus iis frui, licitum fuerit. Oportebat idcirco ut persona comedens sit pura & sine luctu, pollutis enim & qui in luctu erant decimarum comestio pro delicti ratione sub flagellationis pœna interdicta erat. De quo *Maimon.* ubi supra cap. III. 1. sq. האוכל מעשר שני בטומאה לוקה שנאמר ולא בערתי ממנו בטמא בין שהמעשר טמא והאוכל טהור בין שהמעשר טהור והאוכל טמא והוא שיאכלנו בירושלם קודם שיפדה שאינה לוקה על אכילתו בטומאה אלא במקום אכילתו אבל אם אכלו בטומאה חוץ מירושלם מכין אותו מכת מרדות הערל כטמא ואם אכל מעשר שני לוקה מן התורה לוקה על אכילת תרומה שהתרומה קרוי קדש ומעשר שני קרוי קדש שהרי נאמר בו קדש ליהוה וטמא שטבל אבל מעשר שני אף על פי שיא העריב שמשו: *Qui comedit de decimis secundis in immunditie vapulat Q. D.* (Deut. XXVI. 13.) Non separavi de eo in immunditie. *Sive nunc decimæ sint pollutæ & comedens purus, sive decimæ mundæ & comedens pollutus qui comedit Hierosolymis antequam redemit; non enim quisquam vapulat propter comestionem rei immundæ vel in pollutione, nisi in ipso loco comestionis: si vero quis comedat in immunditie extra Hierosolymas, ille vapulat flagellatione rebellionis. Obturatus habetur ut pollutus, qui, quum edit de decimis secundis æque vapulat ex lege quemadmodum vapulat propter comestionem Thrumæ: Thruma enim vocatur sancta, sic etiam decimæ secundæ vocantur sanctæ, de quibus dictum est* קדש ליהוה (Levit. XXVII. 30.) *Pollutus lotus, comedit de decimis secundis, quamvis sol nondum occiderit.* In eandem quoque pœnam, ille qui lugens de fructibus decimarum secundarum comedebant, incurrebat; lugens autem dicitur, qui propter mortem אחד הקרובים *unius ex propinquis* juxta legem lugebat, talis si de decimis comedisset Hierosolymis flagellationis legalis reus erat; comedens vero propter luctum ex statutis Sapientum institutum aut extra Hierosolymas, flagellatione rebellionis vapulabat. Præter hos autem pollutos, lugentes &c. tota possessoris frugum familia participabat de decimis.

XXVII. Si accidat, ut simul puri & polluti Hierosolymis edant & bibant, vel si quis habeat partem filiorum suorum purorum, partem vero pollutorum simul ad mensam assidentium, purique voluerint comedere de decimis, tunc מניחין כלע של מעשר שני ואומר כל שהטהרים אוכלין ושותין כלע זו מחולל עליו ותצא הסלע לחולין שהרי אכלו ושתו בשויה בטהרה ובלבד שלא יגעו הטמאים במאכל שלא יטמאוהו: *Qui puri sunt seponunt selam decimarum secundarum dicendo:* super omnibus istis quæ esuri ac bibituri sunt sela hæcce profanator. *Et sic sela ista evadit profana, eduntque & bibunt iuxta pretium ejus in munditie, modo non tetigerint inter edendum impuros, ne & ipsi polluantur. Misch. Maas. Scheu.* II. 10. *Maim. l. c.* VIII. 15. Et sic fit, quod quicquid ederint ac biberint puri, sit e decimis, perinde ac si eas sela decimarum comparassent, quod vero impuri biberunt profanum habebatur. Præterea cavebant ne illiterati seu plebeji de decimis secundis participarent, quandoquidem illi de impuritate suspecti habentur: *Maimon. l. c.* III. 8. ex *Gem. Hierosol. Demai fol. m.* I. *f.* III. אין נותנין פירות מעשר שני לעם הארץ ולא פירות הנלקות במעות מעשר ולא מעות מעשר מפני שהוא בחזקת טומאה ומותר לאכל מעשר של דמאי באנינות וליתנו לעם הארץ והוא שנאכל כנגדו: *Plebejo neque fructus decimarum secundarum, neque fructus pecunia decimarum emtos neque ipsos numos concedunt, quia talis præsumitur esse immundus: concessum quidem vesci decimis secundis dubiis in luctu, dare quoque plebejo, cui juxta earum pretium comedere licitum erat.* Cœterum personæ quibus decimarum comestio licita erat, eas cum gaudio in conviviis, quemadmodum diximus, consumebant; adhibitis benedictionum formulis, ad mensam usitatis,

de

de quibus non opus est, ut hic multis agamus, quippe quæ a *Cl. Buxtorf. Synagog. Jud. cap.* XII. *p. m.* 240. *edit. Basil.* 1680. & *Goodwino cum Annot. Rev. Patruelis p.* 476. & aliis prolixe satis descriptæ sunt. Speciarim tamen requiritur ut quivis ante comestionem decimarum manus lavet. *Misch. Chagiga* II. 56. נוטלין לידים לחולין ולמעשר ולתרומה ולקדש מטבילין ולחטאת אם נטמאו ידיו נטמא גופו הטובל לחולין והוחזק לחולין אסור למעשר אבל למעשר והוחזק למעשר אסור לתרומה וגו : *Lavant manus pro profano & pro decimis & pro oblatione prima & pro sancto intingunt* (manus) *& pro sacrificio pro peccato; si pollutæ fuerint manus, polluitur etiam corpus* (quoad lotionem manuum sufficit eas lavisse in vasi quod solum רביעית aquæ capit; ad immersionem autem XL. sata aquæ requiruntur) *si quis immerserit se profano & ad profana aptus habitus fuerit, attamen vetitum illi adhuc est edere de decimis; si immerserit se pro decimis atque ad eas comedendas aptus sit, attamen vetitum illi est edere de Thruma &c.* Scilicet requiritur ut ea intentione se immergat, ut licite decimis secundis vesci possit; proin si quis se immerserit ea intentione ut comedat de חולין *profanis*, ad decimas secundas nondum aptus est, donec immersionem iteraverit.

XXVIII. Vidimus personas decimas secundas comedentes, comedendique modum, sequitur nunc, ut *locum* quoque comestionis indigitemus. Ex superioribus (§. seq.) liquet, non alibi quam intra ipsius sanctæ urbis mœnia, comestionem fuisse licitam; quamvis, juxta testimonium R. Jehosuæ, acciderit, quod decimæ secundæ Hierosolymis comestæ fuerint, licet ibi nullus esset murus; sic traditur *Misch. Edius.* VIII. *6.* אמר רבי יהושע שמעתי שמקריבין אף על פי שאין בית ואוכלין קדשי קדשים אף על פי שאין קלעים קדשים קלים ומעשר שני אף על פי שאין חומה שקדושה ראשונה קדשה לשעתה וקדשה לעתיד לבא : *Dixit R. Jehoschua, audivi, quod sacrificarint licet non esset sanctuarium & quod sanctissima comederint licet non essent vela & sancta leviora & decimas secundas, licet* (Hierosolymis) *non esset murus, quia sanctificatio prima sanctificata est pro tempore futuro.* In omnibus autem Hierosolymitanæ urbis locis decimarum comestio ad muros usque erat licita, modo illa intra muros fieret; quod adeo accurate a Judæis definitur, ut si quis decimarum fructus, sub arbore (vel alio loco aut domo) ad urbis muros consita comedere voluisset, arboris vero rami inclinassent extra muros, nequaquam sub illa comestio erat permissa, tum enim habebatur ac si חוץ לירושלם *extra Hierosolymas* comedisset; sub ejusmodi autem arbore cujus radix intra muros urbis erat, decimæ licite comedebantur. Hinc traditio in *Misch. Maas. Scheni.* III. 7. אילן שהוא עומד בפנים ונוטה לחוץ או עומד בחוץ ונוטה לפנים מכנגד החומה ולפנים כלפנים מכנגד החומה ולחוץ כלחוץ בתי הבדים שפתחיהן לפנים וחללן לחוץ או שפתחיהן לחוץ וחללן לפנים בית שמאי אוסרים הכל כלפנים ובית הלל אומרים מכנגד החומה ולפנים כלפנים מכנגד החומה ולחוץ כלחוץ : *Arbor intra* (muros Hierosolymæ) *stans & inclinans se extra* (muros) *stans extra & inclinans intra; e regione muri & interius habetur intra* (ubi comestio permissa) *e regione muri & exterius habetur extra* (ubi comestio interdicta.) *Domicilia torcularium* (qualia cives Hierosolymitani ad urbis mœnia exstruere solebant) *quorum portæ fuerint intra* (muros) *& concavitas extra* (muros) *Schola Schammai dicit, omnia habentur intra* (muros: hinc juxta eam in ejusmodi domiciliis decimarum comestio licita) *sed Hillelis Schola dicit: e regione muri & interius, habetur intra* (& hinc comestio licita) *& regione muri & exterius habetur extra*, scil. muros, ubi comestio prohibita.

XXIX. Non tantum in tota Hierosolymitana urbe, sed & circa ipsum Templum locus erat, ubi decimarum secundarum fructus comedi poterant. Erant scilicet quædam atrii conclavia, quæ profana erant, in quibus ejusmodi convivia instituebantur, in loco quidem sancto ædificata sed לחול *versus profanum* seu montem Templi aperta, de quibus iterum *Mischna l. c.* §. 8. הלשכות בנויות בקדש ופתוחות לחול תוכן חול וגגותיהן בנויות בחול ופתוחות לקדש תוכן קדש וגגותיהן חול בנויות בקדש ובחול ופתוחות לקדש ולחול תוכן וגגותיהן מכנגד הקדש ולקדש קדש מכנגד חול ולחול חול: *Conclavia ædificata in loco sancto & aperta versus profanum* (montem templi) *medium eorum est profanum, tecta vero sancta sunt.* (Si nempe tecta fuerint æquata solo atrii, si vero non æquata, tum neque conclavia neque tecta sancta erant) *si conclavia ædificata fuerint in loco profano & aperta versus sanctum, medium est sanctum, tecta vero profana; si ædificata sint in loco sancto & profano, aperta quoque versus profanum & sanctum locum, medium* (seu cavitas) *& tecta e regione sancti & versus sanctum sunt sancta* (idcirco ibi decimæ non comedebantur)

tur) *sed e regione loci profani & versus profanum, sunt profana*; & idem habebant jus cum ipsa urbe, ubi decimæ licite comeduntur. conf. *Maim. Hilc. Becb. Habbecb.* VI. 7. Et hæc sunt loca in quibus fructuum possessores decimas suas una cum Levitis aliisque personis, sed non pollutis, consumebant.

XXX. Inquirendum adhuc restat *tempus*, quo decimæ secundæ solvi consueverunt. Separatio quidem earum, excipiebat separationem primarum decimarum, ceu supra, ubi de decimarum ordine, quo solvendæ erant, diximus, indicavimus: ut enim colonus de fructibus suis usum capere posset, oportebat prius separare decimas, primam nempe statim Levitis tradere, dein secundam, qua separata, fructus reliqui חולין מתוקנין *profani aptati* & in quemvis usum adhiberi poterant. Quum vero decimarum secundarum fructus, vel eorum loco argentum Hierosolymas afferendum, non opus erat, ut statim ac eas separaverat vel redemerat, eo portaret, sed per tempus domi asservare integrum ipsi erat. Ordinarium autem tempus quo decimarum fructus Hierosolymas allati, ad festa tria majora רגלים etiam כנופיא *congregationis* בבוא כל ישראל לחג quando omnis Israel venit ad festum celebrandum, uti *R. Nathan in Lexico Aruch fol.* XC. *col.* 3. explicat, dicta, nempe Paschatis Pentecostes & Tabernaculorum, erat; his enim festis, ex præcepto divino Exod. XXIII. 17. Deuter. XVI. 16. omnis masculus coram facie Dei Hierosolymis sistere se debebat, ut nempe memores sint trium insignium beneficiorum a Deo in Israelitas collatorum, egressus ex Ægyptiaca servitute, lationis legis, & possessionis terræ promissæ; mulieres tamen, surdi, cœci, stulti, infirmi, pueri, senes, quicunque denique foret, qui pedibus Hierosolymas ire non poterat, eo non obligabatur. Quæ festa magnis cum solemnitatibus, frequentibus sacrificiis offerendis, atque summa lætitia, celebrabantur; de quibus, post codicem Mischnicum Chagiga, videri potest peculiaris de tribus hisce festis dissertatio *Cl. Hottingeri*, Marburgi habita.

XXXI. Fuisse vero hoc tempus, quo vel ipsi fructus vel argentum decimarum Hierosolymas allatum, præter alia idonea testimonia, colligi potest, quod numi trium horum festorum tempore Hierosolymis reperti, pro numis decimarum secundarum habiti fuerint; quemadmodum traditur *Misch. Schekal.* VII. 2. מעות שנמצאו לפני סוחרי בהמה לעולם מעשר בהר הבית חולי' בירושלים בשעת הרגל מעשר ובשאר כל ימות השנה חולין Ex versione Cl. H. Othonis. *Numi qui reperiuntur coram pecorum mercatoribus semper decimæ sunt; qui reperiuntur in Monte Templi communes sunt. Qui Hierosolymis reperiuntur tempore festorum decimæ sunt, in aliis vero anni diebus communes.* Ad quæ verba lubet addere glossam *R. Obad. de Bartenora:* לעולם מעשר אפילו כל השנה כולה לפי שעולי ברגלים אינן מספיקין להוציא כל מעשר שני שלהן ברגלים וסניחין איתן לקרוביהן או לאהוביהן לאכול איתן כל השנה בירושלים ועקר מצות אכילת מעשר שני היא שלמים לפיכך רוב בהמות הנמכרות בירושלם בכל ימות השנה הן נלקחות בכסף מעשר: Mischnæ verba: numos coram pecorum mercatoribus habendos pro numis decimarum semper: *intelligenda sunt de toto Anno: Illi enim qui* (cum decimis secundis) *ascendebant ad festa, omnesque numos decimarum diebus festis non consumebant, qui restabant, relinquebant propinquis suis aut amicis, ut comederent eos per totum annum Hierosolymis; præcepti autem fundamentum de decimarum secundarum comestione est, ut impendatur sacrificiis pacificis, propterea major pars bestiarum, quæ vendebantur Hierosolymis, comparabatur per totum annum pecunia decimarum.* Non ergo opus erat omnem fructuum massam vel totam argenti summam uno consumere festo, sed fieri id poterat successive, quoties alicui Hierosolymas eundum ibique morandum erat, etiam extra festi tempora.

XXXII. Ceterum opportunum admodum erat tempus hocce pro decimarum frugibus vel argento Hierosolymas advehendis ibique consumendis; volebat enim ipse Deus ut decimæ in lætitia consumerentur, quod hisce festis peculiari modo fiebat; commodum quoque erat pro offerendis sacrificiis salutaribus. Distinguenda tamen sunt sacrificia salutaria ex decimarum pecunia comparata, a sacrificiis salutaribus seu pacificis ex divino mandato hoc festo oblatis: Tria nempe potissimum tradunt Judæi in *Gemara Chagig. fol.* II. *cap.* 2. *fol.* VI. *c.* 2. ad quæ quivis, qui in festis comparebat, obligabatur. I. ראייה *præsentiam*; ut unusquisque hisce festis offerat holocaustum sive ex quadrupedibus sive avibus, quod holocaustum ראייה *præsentiæ* appellatur Exod. XXIII. 15. Deut. XVI. 16. debebat ex חולין *profanis*, non decimis afferri. II. חגיגה *celebritatem*. Ut unusquisque offerat sacrificium salutare primo die festi, quod etiam ex profanis adduci debuit, non vero ex rebus

bus

bus Deo facris Levit. XXIII. 41. vocatur illud חובת חגיגה *facrificium celebritatis a Deo mandatum* & diftinguendum a facrificio pacifico libero, quod ex decimis adduci poterat. III. שמחה *lætitiam* Deut. XXVII. 7. ut præter dicta facrificia, alia offerat falutaria, quæ a lætitia nomen habent, & hæc argento decimarum vel etiam decimis animantium comparari poterant. vid. *Mifch. Chagig.* I. I. *& Cl. Reland. Antiqq. Hebr. p.* 414.

XXXII. Plura adhuc dicenda effent de Tempore, quo decimæ fecundæ fecundæ folutæ fuerint, an nempe earum feparatio fingulis annis uti decimarum primarum facta fuerit? fed quum fuper hac quæftione, occafione decimarum Pauperum inter Philologos orta fit controverfia, ejus expofitionem in fequentem Exercitationem, refervare lubuit.

EXERCITATIO OCTAVA

De Decimis Pauperibus folutis.

A R G U M E N T U M.

Pauperibus *inter Ifraelitas Deus variis* donis *profpexit*, *qualia* quinque *recenfentur*. *Ex quibus* decimæ *funt*. Lex *de decimis pauperibus folvendis*. Nomina *barum decimarum*. Res *de quibus folutæ & a quibus* perfonis. *An etiam* Levitæ *&* Sacerdotes *folverint decimas pauperibus*. Terra *unde decimæ hæcce defumptæ*. *Quibus* perfonis *diftributæ*. *Quinam* profelyti *de iis participarint*. *Modus* diftribuendi. Tempus *folutarum decimarum*, *explicatur phrafis* מקצה שלש שנים *ex Deut.* XIV. 28. *Alia decimarum pauperum* jura. *An decimæ pauperum* peculiaris *præter* primas *&* fecundas, *decimationis fint* fpecies. *Locus Deuter.* XXVI. 12. *ex* Alexandrina Verfione *examinatur*. Tob. I. 7. *&* Jofephi *locus explicantur*. *Decimæ Pauperum non in locum* primarum *fed* fecundarum *decimarum folutas effe*, *idoneis teftimoniis probatur*. Tabula *qua exhibetur* quibus annis, *quævis decimarum fpecies foluta*. *Tam decimæ pauperum quam cetera eorum dona* quam accuratiffime *erant* exhibenda.

I. IN duabus ultimis Exercitationibus, ex quatuor decimarum fpeciebus tres, nempe *decimam primam* Levitis, *decimam ex iifdem decimis* Sacerdotibus dandam & *decimam fecundam* ab ipfo colono Hierofolymis confumendam, explicuimus: fequitur jam quarta defcribenda, quæ *pauperibus* danda præcipitur.

II. Deus, ut providus fuorum curator quinque non voluit, ut inter populum fuum pauperes effent, diverfimode quorundam ex Ifraelitis egeftati confuluit, concedendo ipfis privilegia quædam circa terræ proventus, unde quod viverent, haberent. Sic primo vetuit Ifraelitis, ne totum demetant agrum, fed פאה *angulum* fructibus adhuc confitum relinquerent. Levit. XIX. 9. 10. XXIII. 22. Dein *fpicas* inter colligendum decidentes tollere colono prohibuit, fed להניח לקט *fpicilegium relinquere* præcepit. Levit. XIX. 9. XXIII. 22. Tertio, *uvas* quoque cadentes redituum pauperum partem conftituit. Levit. XIX. 10. Quarto *manipulum* ab agri proprietario oblitum, ipfi, fic Deo jubente, repetere non licuit, qui pauperi relinquendus erat. Deut. XXIV. 19. Quatuor tamen hifce pauperum donis & privilegiis, non minimum adhuc accedit, quo Deus illos beare voluit; quod eft *decima frugum pars*, poft decimam primam Levitis folutam, pauperibus, definitis annis folvenda. De qua divina lex Deut. XIV. 28. 29. fic fonat: מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר תבואתך בשנה ההיא והנחת בשעריך ובא הלוי כי אין לו חלק ונחלה עמך והגר והיתום והאלמנה אשר בשעריך ואכלו ושבעו למען יברכך יהוה אלהיך בכל מעשה ידך אשר תעשה: Junius & Tremellius vertunt: *A fine trium annorum depromito omnes decimas proventus tui, provenientis illo anno & relinques cum intra portas tuas: Quem venientes Levitæ (quia non eft ei pars aut poffeffio tecum) & peregrini, pupillique & viduæ, qui funt intra portas tuas comedant & faturentur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manus tuæ quod facies*. Et cap. XXVI. 12. כי תכלה לעשר את כל מעשר תבואתך בשנה השלישית שנת המעשר ונתתה ללוי לגר ליתום ולאלמנה ואכלו בשעריך ושבעו ואמרת וגו'. *Quum abfolveris dare omnes decimas proventus tui anno tertio, qui annus decimarum eft, & dederis Levitæ, peregrino, pupillo ac viduæ, ut comedant in portis tuis & faturentur.*

III. Antequam, ad prolixiorum harum legum explicationem pergimus, quædam de *nominibus*, quibus hæc decimarum fpecies infignitur, præmittemus. *Aben-Efra* ad Deut. XIV. 22. eam vocat מעשר שלישי *decimam tertiam*, ut & in *Tobia* Hebræo: Item Tob. I. 7. Græco & *Jofeph. Antiqq. Jud. Lib.* IV. *cap.* VIII. δεκάτην τρίτην, quia nempe alius plane erat conditionis quam vel

prima vel secunda decima, haud incommode tertia appellari potest, modo id non eo sensu accipiatur ac si tres decimarum species, prima nempe secunda & hæc tertia uno eodemque anno solutæ fuerint; quamvis etiam *tertia* dici possit, quod nonnisi quovis tertio intra septennium anno data, de quo infra pluribus agetur. Frequentior tamen hujus decimæ appellatio est, quod vocetur מעשר עני *decima pauperum*, quam etiam *Hieronymus ad Ezech. cap.* XLII. *πτωχοδεκάτην* commodissime appellavit, quandoquidem ea in pauperum sustentationem separabatur. Hinc *Maimon. de Donis Pauperum c.* VI. I. מתנת אחרת ששית יש לעניים בזרע הארץ והוא המעשר שנותנין לעניים והוא הנקרא מעשר עני: *Aliud donum, quod sextum, ex semine terræ quoque cedit pauperibus & hoc est decima quæ pauperibus dabatur, vocaturque decima pauperum.*

IV. Non opus erit, hic multis inquirere de quibus *rebus* vel frugibus hæ decimæ fuerint solutæ: quandoquidem putamus quoad res decimandas, in omnibus decimarum speciebus eandem fuisse rationem; præsertim quum hæ decimæ pauperum, quovis tertio & sexto heptaeridis anno, in locum decimarum secundarum, (quod infra pluribus probabitur) successerint; decimæ autem secundæ de iisdem frugibus solutæ de quibus primæ, sed primæ solutæ, de omni semine terræ & fructu arboris, omnique seminis proventu; frumento, musto, oleo, dactylis, oleribus &c. vel secundum regulam Mischnicam, de omni quod custoditur & e terra crescit, omni, quod ab initio & in fine editur vel quando comestibile est. Non ergo sine fundamento concluditur, quia de hisce speciebus omnibus, tam primæ quam secundæ decimæ solutæ erant, pauperum quoque exinde fuisse separatas.

IV. Similiter ad pauperum decimas solvendas; ii quoque, qui ad ceteras, obligati erant, nempe בעלי השדה agrorum possessores: licet alias pauperrimi, modo soli alicujus, quantumvis exigui proprietarii sint, ad decimas pauperum separandas tenebantur: imo ipsi pauperes aliquando inter se decimare debebant, veluti si duo agrum acceperint, quem pro certa frugum portione colant, alter alteri de portione sua decimabat. Insuper qui certis quibusdam conditionibus agrum ad demetendum accipit, prohibetur de decimis pauperum; si scilicet pro tertia vel quarta frugum agri parte conduxisset, & ita jus aliquod in toto agro acquisivisset; sic legitur in *Misch. Peah.* v. 5. המחליף עם העניים בשלו פטור ובשל עניים חייב שנים שקבלו את השדה באריסות זה נתן לזה חלקו מעשר עני המקבל שדה לקצור אסור בלקט שכחה ופאה ומעשר עני אמר רבי יהודה אימתי בזמן שקבל ממנו למחצה לשליש ולרביע אבל אם אמר לו שליש מה שאתה קוצר שלך מותר בלקט ובשכחה ובפאה ואסור במעשר עני: Cl. Guisio interprete: *Si quis permutaverit cum pauperibus, quod suum est, immune habetur; quod pauperum, tenetur. Duorum, qui agrum conduxerint ad culturam partiariam, hic illi dat partis suæ decimas pauperum & ille huic partis suæ decimas pauperum. Qui agrum metendum conduxerit, ei interdicitur spicilegio, prætermisso, angulo & decimis pauperum. Ecquando vero? inquit R. Juda. Si conduxerit ad dimidiam, tertiam vel quartam partem. Sin sic convenerit:* Tertia pars ejus quod demetis tui esto, *permissum ei censentur spicilegium, prætermissum & angulus, interdicitur autem decimis pauperum.* conf. *Cl. Guisii & Cl. Surenhusii notas ad h. l.* nt & *Maimon. l. c. cum Annot. Cl. Prideaux p. 69. edit. Oxon.* 4.

V. Quum in superioribus (Exerc. V.) ubi de personis, quæ ad decimas obligatæ erant, egimus, quibusdam in casibus Sacerdotes quoque & Levitas ad separandas decimas teneri diximus; videndum ergo & nunc, an & quomodo sacræ hæ personæ, ad pauperum quoque decimas dandas obstricti fuerint? Videtur quidem, Sacerdotes & Levitas pauperum decimas solvisse, ex *Misch. Peah.* VIII. 6. colligi posse, ubi hæc leguntur: ומדה זו אמורה בכהנים ובלוים ובישראלים היה מציל נוטל מחצה ונותן מחצה היה לו רבר מועט נותן לפניהם והן מחלקין ביניהן: *Mensura ista præscribitur Sacerdotibus, Levitis & Laicis* (ita significat ישראל in Misna, cum apponitur Sacerdotibus & Levitis) *Qui partem eripere* (vel, ut pauperibus cognatis distribuat, reservare) *velit, dimidium sibi sumit, alterum erogat*; si ita minus (quam ut pro mensura distribuat) *restat, coram deponit & ipsi* (pauperes) *inter se dividunt.* Quamvis autem forte sint, qui ex hisce Mischnæ prioribus verbis, probare vellent, Sacerdotes & Levitas pauperum quoque decimas solvisse, tamen verba hæc, plane aliud quid dicere mihi videntur. Nam Mischna præcedenti dictum est, quænam sit mensura ejus, quod pauperibus ex area erogatur, jam hæc Mischna dicit; hanc mensuram obtinere in Sacerdotibus Levitis & Laicis seu Israelitis; quod non ita accipiendum est, ac si Doctor Mischnicus

uicus dicere voluiſſet: Sacerdotes, Levitæ & Iſraelitæ, qui iu pauperes ex decimis erogare volunt, hauc menſuram obſervare debere; ſed prorſus contrarium hiuc innuitur; uempe, Sacerdotes, Levitæ & Iſraelitæ uon ut dautes, ſed ut accipientes conſiderantur, ſicut verborum ſenſus ſit: omnes qui decimas pauperum erogaut, eaudem meuſuram, tam erga Sacerdotes & Levitas, quam Iſraelitas pauperes obſervent; potuiſſet alias colonus cogitare, Sacerdotibus & Levitis, pauperibus puta, decimas non dandas eſſe ad ſatietatem, eo quod ipſorum ſint decimæ primæ & decimæ ex decimis. Hoc modo *R. Simeon* apud *Toſeph. Jom. Tobb. ad h. l.* verba citata explicat; conf. quoque *Cl. Surenhuſium* ibid. Quamvis uegare uolimus Sacerdotes & Levitas, ſi & ipſi fuerint בעלי השדה *agrorum proprietarii*, quos ſibi argeuto vel alio modo compararunt, ad πτωχοδεκάτας obligatos fuiſſe. Evolve, ſi vacat, *Exercit.* v. §. 12. & vi. §. 16. ubi indicavimus, quomodo Levitæ & Sacerdotes de decimis tenereutur, quod dubio procul in decimis quoque Pauperum valere debebat; Ipſa tamen Lex divina nullibi illas perſonas decimis ſolvendis ſubjecit; hinc *Raſchi ad Deut.* xiv. 22. Levitas a decimis liberos pronunciat כי אין לו חלק ונחלה עמך יצאו לקט שכחה ופאה והפקר שאף הוא יש לו חלק עמך ואינו חייבין במעשר׃ Ad verba: quia uon eſt ei pars vel hæreditas tecum; inquit: *Excipiuntur ſpicilegium, res per oblivionem relicta & angulus atque commune; nam etiam in iſtis eſt ei* (Levitæ) *pars tecum, perinde atque tibi, nec decimationi ſubjacent.*

IV. Quod ad *terram* ad decimas Pauperum ſolvendas, obligatam, attinet, deuuo alia uulla erat, quam ea quæ quoque de primis & ſecundis decimis teuebatur: Terra ſcilicet ſancta erat, in qua etiam ſola, antequam populus Hebræus in vicinas regiones diſperſus, collecta erat. Verum tradunt nobis Judæi, conſtitutionem Moſis e Siuai, cujus tenore quovis anuo Sabbathico, quo in terra Iſraelitica ueque Thruma, neque decimæ ſeparabantur, ſed omnia communis erant juris, hæc pauperum & primæ Levitarum decimæ, e vicinis regionibus, Ægyptiorum uempe, Ammonitarum & Moabitarum, quippe in quibus, nullum ſoli Sabbathum obſervabatur, in Levitarum & pauperum ſuſtentationem, educereutur; quod clariſſimis verbis in *Miſch. Jadaim* iv. 3. & *Maim. de Donis Pauperum* vi. 4. 5. legitur, quæ verba ſupra *Exercit.* v. §. ix. x. exhibuimus, quo lectorem ablegamus. Sed quemadmodum hæc decima, ex prima inſtitutione iu terra Iſraelitica ſolvebatur, ita quoque intra eam manere debuit, quippe quam extra terram efferre non licuit. Sic *Maimon. l. c.* §. 17. *fin.* ואין מוציאין אותו מן ארץ לחוצה לארץ שנאמר והנחת בשעריך ונאמר ואכלו בשעריך ושבעו: *Neque etiam licet educere eas* (decimas pauperum) *ex terra* (Iſraelitica) *extra eam; Q. D.* Et reliuques intra portas tuas & comedant iu portis tuis & ſaturentur. Deut. ll. cc.

VII. Videndæ jam ſunt *perſonæ*, inter quas pauperum decimæ eraut diſtribuendæ. In ſupra allegata lege *Levitæ*, *proſelyti*, *orphani*, *viduæ* nominantur, ad quos ſi pauperes ſint & indigi harum decimarum fructus pertinebant. Nec cuiquam mirum videri debet, fieri hic mentionem pauperum Levitarum; equidem extra omuis dubitationis aleam poſitum puto, iuter tot uumero Levitas æque ac ceteras tribus, aliquando exſtitiſſe pauperes, qui his aliiſque pro pauperibus collectis donis indigereut; ad quæ Levitæ, una cum reliquis in Iſraele pauperibus jus habebant & partem, eamque uon minorem ſed omnino æqualem. Hinc paſſim legimus, Levitas totam quandoque terram peragraſſe, quo victum, informatione puerorum in lege, quærerent: facile etiam cogitari poteſt, quam anguſta res domi illis fuerit Levitis, qui eraut illiterati. Eadem quoque ratio erat Sacerdotum illiteratorum. Vid. quæ de iis p. 129. diximus.

VIII. Præter Levitas & alios Iſraelitas *proſelyti* quoque de pauperum decimis participabant. Fuiſſe autem duum generum proſelytos, notius eſt, quam ut multis explicari debeat. Erant גרי תושב vel גרי שער *proſelyti inquilini* dicti; quibus quidem in terra Iſraelis non vero Hieroſolymis, habitare licuit, ſeptem *præcepta Noachidarum* dicta obſervantibus, quæ ſunt I. de Idololatria. II. Maledictione divini nominis. III. Homicidio. IV. Stupro. V. & Rapina vitandis. VI. Colendo magiſtratu. VII. Non edendo membro vivi animalis; ubi ſex priora jam Adamo data, ſeptimum autem Noachi tempore additum, Judæi tradunt: vid. *Maim. Hilc. Melach.* ix. 1. Altera proſelytorum ſpacies גרי צדק *proſelyti juſtitiæ*, vocabatur; hi e ſacris geutilium ad Judæorum ſacra trauſierunt & idcirco Judæi habiti ſunt; initiabantur autem illi tribus ritibus I. מילה *Circumciſione*; qui vero jam in Gentiliſmo circumciſus fuerat, ei octavo ex quo factus eſt proſelytus die, ſanguis

Ee 2 fœ-

fœderis eliciebatur: *Maim. Hilc. Mila.* 1. 7. II. טבילה *Baptiſmo*, conſiſtente in immerſione totius corporis. III. קרבן *Sacrificio*; conſtante holocauſto ex jumento aut duobus turturibus aut duobus pullis columbinis. Vide quæ de proſelytis prolixius tradidit *Maim. Hilc. Iſſur. Biab.* xrii. *ſq. a Cl. Prideaux* Latine reddita & *Tractatui de donis Pauperum* annexa: conf. præprimis tum quoad proſelytos, tum vii. præcepta Noachi *Cl. Seldenum de J. N. & G. L.* ii. *c.* ri. *L.* iii. *cap.* r2. & paſſim; alioſque bene multos; *Cl. Ligtfootum*, *B. Avum*, *Goodvvinum cum notis Rev. Patruelis* &c. Verum non ad utriuſque generis proſelytos, ſed ad ſolos גרי צרק *proſelytos juſtitiæ*, pauperum decimæ, ut & cetera מתנות עניים *pauperum dona* pertinebant. Ita *Maim. de Donis Pauperum* 1. 9. כל גר האמור במתנת עניים אינה אלא גר צרק שהרי הוא אומר במעשר שני ובא הלוי והנו מה הלוי בן ברית אף הגר בן ברית: *Ubicunque de proſelytis in donis pauperum* (erogandis) *mentio ſit, non alii quam juſtitiæ proſelyti intelligendi: id quod etiam dicitur de decimis ſecundis*; Et veniat Levita & proſelytus; *ſicuti autem Levita eſt filius fœderis, ſic quoque proſelytus* (juſtitiæ) *eſt filius fœderis*. Talis enim proſelytus, rite initiatus, ad totam Moſaicam legem ſervandam obligabatur, omnibuſque populi Iſraelitici privilegiis fruebatur; ad nullas tamen dignitates, niſi mater ejus fuiſſet Iſraelitiſſa promovebatur, uti id *Maim. Hilc. Melacim. cap.* 1. ex Deut. xvii. 15. probat.

IX. Perſonas quibus pauperum decimæ diſtribuendæ, indicavimus, jam diſtributionis *modum* deſcribemus. Varius autem ille erat, prout decimæ vel in agro, vel ex horreo vel domo diſtribuebantur. Et quidem in agro decimas colonus in pauperes erogare debet ad ſatietatem uſque *Maimon. de Donis Pauper. cap.* r. §. 7. בעל השדה שעברו עליו עניים והיה לו שם מעשר עני נותן לכל עני שיעבור עליו מן המעשר כרי שובעו שנאמר ואכלו בשעריך ושבעו: *Colonus, apud quem* (in agro) *pauperes tranſeunt, ibique decimas habeat, tenetur cuivis pauperi tranſeunti dare decimas ad ſatietatem uſque: Q. D.* & comedent in portis tuis ut ſaturentur. Danda igitur erat ejuſmodi quantitas, qua pauperes poterant ſaturari; quam ipſam Miſchnici pro varia frugum ſpecie definiverunt; ſic *Miſch. Peah.* viii. 5. אין פוחתין לעניים בגורן מחצי קב חטים וקב שעורים רבי מאיר אומר חצי קב קב וחצי קב כוסמין וקב גרוגרות או מנה רבילה רע אומר פרס חצי לוג יין ר'ע אומר רביעית רביעית שמן רבי עקיבא אומר שמינית ושאר כל הפירות אמר אבא שאול כרי שימכרה ויקח בהן מזון שתי סעודות: *Non minus erogant in pauperes de area quam ſemicabum tritici*; (cabus continet quatuor logos) cabum hordei; (*R. Meir ait ſemicabum*) *ſpeltæ cabum, & ſeſqui cabum; caricarum cabum, palathæ minam* (quod eſt pondus centum denariorum, denarius vero continet ſex drachmas ſeu Zuſas, זוז autem continet pondus xvi. granorum hordei) *R. Aquiba ſemilibram: Vini ſemilogum* (*R. Aquiba quartarium*) quæ quarta logi pars; *olei quartarium Rabi Aquiba octantem*: (ſeu octavam logi partem) *Reliquarum omne genus frugum, inquit Aba Saul, quanto venum dato comparari poteſt cibus duarum refectionum*. Hæc vero omnia dicta ſunt de diſtributione decimarum pauperis in area, ſed qui decimas pauperis diſtribuit domi, ei a Sapientibus nulla præſcripta eſt menſura, ſed diſtribuit quantum ipſi lubuerit, ad ſatietatem enim erogare haſce fruges nonniſi בשרה *in agro* tenetur. Quod ſi etiam colonus inter cognatos ſuos habuerit pauperes; ei permiſſum iis dimidiam decimarum ſuarum reſervare partem, alteram autem cuivis pauperi diſtribuere; ita intelligenda ſunt verba *Miſch. l. c.* §. 6. quæ ſupra pag. 186. allegavimus. Sic etiam *Maimon. l. c.* §. 11. היה לו מעשר בגורן ורוצה ליתנו לעני קרובו או מירועו יש להפריש מחצה ליתנו לו ומחצי מחלקו לכל עני שיעבור ושיעור שאמרנו: *Si quis habuerit decimas* (pauperum) *in area, volueritque eas pauperibus ſibi cognatis aut peculiariter notis diſtribuere, poteſt dimidiam earum partem ſeparare, alteram autem dimidiam ceteris pauperibus juxta menſuram ſupra definitam diſtribuere*. Ter autem in die accedebant & prodibant pauperes dona ſua & Decimas ex agris petituri, ſcilicet בשחר ובחצות ובמנחה *mane, meridie & tempore pomeridiano. Miſch. Peah.* iv. 5. Quæ tempora non ſine ratione inſtituta credi debent, ut explicatur in *Gemara Hieroſol. Peah. fol.* xrr. *ſac.* 1. Matutinum tempus nutricum cauſa inſtitutum, utpote parvulis earum mane adhuc dormientibus, quo otium exeundi & dona in agris colligendi ipſis ſuppetit. Secundo meridie, quo tempore ipſi etiam pueruli ad colligendum parati ſunt. Tertio, ſub veſpera, ſenum gratia: vid. etiam *Cl. Ligtfootum Op. T.* ii. *p.* 298. Hiſce vero tribus diei temporibus, ſed nec pluribus nec paucioribus, pauperes dona ſua colligere poterant; ſic in *Miſna loc. cit.* שלש

אבעיות

אבעיות ביום בשחר ובחצות ובמנחה רבן גמליאל אומר לא אמרו אלא כדי שלא יפחתו רבי עקיבא לא אמרו אלא כדי שלא יוסיפו: *Tres perquisitiones* (vel emissiones ad colligenda dona pauperum) *habentur de die ; mane , meridie & tempore pomeridiano . Rabban Gamaliel ait : Hoc non alio fine dictum , quam ne pauciores habeantur , R. Akiba dicit , non alio fine quam ne plures*. conf. *Maimon. de Donis Pauperum* II. 17.

X. Sed ut nunc in *tempus* & annum, quo hæcce decimæ pauperum solutæ, inquiramus, ordo sermonis nostri requirit. Tempus autem hoc definitum est ab ipso Deo : מקצה שלש שנים *a fine trium annorum* Deut. XIV. 28. Habuit itaque hæc decima peculiare tempus & non singulis annis quemadmodum decima prima, separata est. Verum phrasis hæc מקצה שלש שנים nonnullam parit ambiguitatem, quippe vox מקצה vel illi consona קץ non constanter eodem modo in Sacris Literis, ubi de tempore sermo est, sumitur. Notat enim aliquando tempus, a quo res fieri dicitur, præteritum, sic ut מקצה שלש שנים intelligi quoque possit post tres annos plene completos : sed nonnumquam ultimum temporis de quo sermo est, articulum indicat ; quo sensu diceretur in extremo anni tertii tempore, vel ipso anno tertio. Exempla apud *Cl. Glassium Philolog. Sacra. p. m.* 1050. & *Cl. Noldium Concord. Partic. Hebraic. p.* 644. 645. & *in Notis p.* 1083. legi possunt, qui etiam observat קץ esse *finem* seu *terminum a quo* & *ad quem*. Quale vero tempus hoc nostro loco verbis מקצה שלש שנים indigitetur, non admodum difficile est inquirire, modo conferamus locum huic parallelum Deut. XXVI. 12. ubi phrasis ista explicatur per בשנת שלישי *in ipso anno tertio* . *Alexandrini* priorem locum transtulere μετὰ τρία ἔτη post tres annos, h. e. ipso anno tertio; sic enim in N. T. præposito μετὰ sumitur. Ita Math. XXVII. 63. μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι, *post tres dies resurgam*, hoc est, die tertia, ut versu sequenti explicatur. Et quod Marc. VIII. 41. Christus eadem phrasi dicit μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι, id Math. XII. 21. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθῆναι exprimitur. Atque ita verba, *in finem trium annorum*, non intelligenda sunt, post tres annos completos & consequenter anno quarto pauperum decimas fuisse solutas. Præterea observandum, hunc annum esse tertium ab anno Sabbathico numeratum si itaque per מקצה שלש שנים intelligeretur annus quartus, sequeretur inde, quod denuo præterlapso triennio hæc decima pauperum incideret in annum octavum, qui respectu Sabbathici esset primus, adeoque neque tertius neque quartus, nam hosce annos ab anno Sabbathico numerandos esse, a nemine in dubium vocatum iri puto.

XI. Omnibus hisce accedit constans Judæorum (quibus plurimi quoque Christiani Philologi assensum præbent) assertio, qui etiam tertio quoque anno, itaque intra septennium bis, pro pauperibus decimas fuisse solutas, tradunt. Sit nobis *Maim.* adinstar omnium, ita in *Tr. de Donis Pauperum* IV. 4. scribens בשלישית ובשישית מן השבוע אחר שמפרישין מעשר ראשון הפריש מן השאר מעשר אחר ונתנו לעניים והוא הנקרא מעשר עני ועליו נאמר מקצה שלש שנים וגו' *Tertio & sexto intra septennium annis, postquam separarunt decimam primam, separant de reliquo aliam decimam pauperibus dandam, quæque idcirco vocatur decima pauperum, & de ea dictum est, a fine trium annorum* &c. Ita etiam de Tobia I. 8. legitur, eum tertio quovis anno decimas suas peregrinis ac pupillis dedisse ; Neque aliter *Josephus* de δεκάτη τρίτη *decima tertia* (ita enim pauperum decimas vocat) sensisse videtur; *Archæol. l.* IV. *c.* VIII. cujus verba infra dabimus. Sine ulla ergo hæsitatione tempus solutioni decimarum pauperum definitum, post quemvis annum Sabbathicum, tertium & sextum fuisse, asserimus. Quo certe optimus Deus sapientissime egenis consulere voluit, dum etiam sexto anno hoc donum ipsis conferendum, jusserit ; excipiebat enim hunc annum, annus Sabbathicus, quo soli quies præcepta, & nonnisi sponte nascentia habebantur, quæ omnibus tam divitibus quam pauperibus erant communia; ut igitur pauperes, quos ordinaria dona illo anno deficiebant, suam haberent sustentationem, prospexit Deus, concedendo ipsis anni præcedentis decimas ; quamvis ipso etiam Sabbathico anno, sed extra terram Israeliticam, pauperum decimæ fuerint solutæ, quod semel atque iterum diximus.

XII. Licet autem, quoad tempus, quo pauperum decimæ solutæ Judæi & Christiani potissimum conveniant; tamen de hoc decimarum genere, variæ inter Eruditos ortæ sunt quæstiones & controversiæ. Et primo quidem controvertitur; *Utrum hæ decimæ pauperum, plane singularis, præter primas & secundas, decimationis sint species ?* vel, ut clarius dicam; *an quovis tertio heptaeridis anno supra decimas primas & secundas, pauperum*

rum quoque ut decima tertia ab Israelitis fuerit soluta ? Ab affirmantium parte quosdam quoque inter ipsos Judæos stetisse, colligere licet ex verbis *R. Aben-Ezræ ad Deut.* xxvi. 12. ubi ita inquit: זה מעשר שלישי ולא יוציא בשנת הזארת מעשר שני ויש אומרים כי יוציא שלשתם: *Hæ decimæ* (quarum nempe h. l. mentio fit) *sunt decimæ tertiæ ; hoc enim* (tertio scilicet) *anno , nullæ decimæ secundæ educuntur ; sunt autem , qui omnes tres* (illo anno) *solutas fuisse , contendunt* . Et qui ex Christianis sententiæ huic subscripserunt , præsidium causæ suæ , in *Alexandrina Versione* , *Libro Apocrypho Tobiæ* , *Josepho* , *Chaldæo Paraphraste Jonathan* quæsierunt . Quæ argumenta & testimonia quanti sint momenti & ponderis , videri potest apud felicissimum Mischnæ interpretem *Cl. Guisium Anglum* , *in Annotat. ad Misch. Peah.* viii. 2. hanc controversiam contra Celeberrimos quosdam Anglos, quos inter hæc acriter agitata, tractantem ; unde breviter , quæ nobis ad frivolam hujus sententiæ refutationem pertinere videbuntur, repetemus , de nostro quoque nonnulla addituri .

XIII. Qui igitur contendunt (*Cl. Guisius*, Doctissimum *Montacutium* & de Ecclesia optime meritum *Thomam Comberum* allegat) Pauperum decimas esse peculiare decimarum genus , quovis triennio , post primas & secundas , separatum, provocant ad Deut. xxvi. 12. quem locum supra exhibuimus & de decimis pauperum agere diximus : est enim ibi triennalis decimationis distinctio, inter decimam Levitis , quæ *primæ* nomine venit , & eam quæ proselytis, orphanis viduis &c. concessa , & hinc pauperum decima vocata, solvenda erat; hisce autem verbis nihil quicquam continetur , quod sententiæ contrariæ faveat, quum vel cœcutienti clarum sit , duas tantum & non tres decimarum species , anno tertio fuisse separatas . Verum provocatur ad Alexandrinam versionem , quæ sine dubio , si illa id , quod docti Viri vellent , affirmaret, magnum haberet pondus : citatum autem locum hisce verbis Græce transtulerunt : *ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατῶσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γεννημάτων τῆς γῆς σου ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον δώσεις τῷ Λευίτῃ καὶ τῷ προσηλύτῳ* &c. Urgent in hac versione supra laudati Viri , notionem vocis ἐπιδέκατον dicentes , eam vi vocis non simpliciter *decimas* significare , sed *decimas superadditas* seu *addititias* , ut ita opponatur τῇ δεκάτῃ, adeoque cum ἐπιδέκατον significet, *decimas decimis superadditas* , τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον *decimas superadditas* significare .

XIV. Verum ad hanc subtilitatem , præterquam quod laudati Viri pro ea confirmanda nullum proferant exemplum , & vox ἐπιδέκατον apud *Xenophontem* & *Aristotilem* , pro decimis simpliciter occurrat , & quod , juxta *Suidam* , ἐπιδέκατον ponatur pro δέκατον uti ἐπίπεμπτον pro πέμπτον ; (vid. supra Excercit. 1. §. 4.) recte observat *Cl. Guisius*, Clerissimos hos Viros non satis attendisse ad usum hujus vocabuli apud ipsos Alexandrinos, quibus hæc subtilitas adeo ignota fuerit , ut indiscretim vocem ἐπιδέκατον ponant pro quibusvis decimis , id quod satis evincit locus ab ipso notatus Num. xviii. 26. *ἐὰν λάβητε παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὸ ἐπιδέκατον ; ὃ δέδωκα ὑμῖν παρ᾽ αὐτῶν ἐν κλήρῳ , καὶ ἀφελεῖτε ὑμεῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀφαίρεμα κυρίῳ ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ ἐπιδεκάτου* . Quod si verba hæc cum originalibus conferantur, promiscuus vocis ἐπιδέκατον apud *Alexandrinos* usus, clarissime patebit ; sermo enim ibi est de decimis Levitarum , id est , primis , easque vocant ἐπιδέκατον , tum de decimis a Levitis pro Sacerdotibus numeratis, in Hebræo מעשר מן המעשר & Græco ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ ἐπιδεκάτου , vocatis . Et sic quoque dicti Interpretes vocem מעשרות per ἐπιδέκατον Amos iv. 4. transtulerunt . Posito ergo , donec contrarium probabitur , promiscuo vocis ἐπιδέκατον usu , plane contrarium ex loco Deuteronomii citato colligendum est; scilicet τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον, notare decimam secundam, anno quovis tertio in pauperes erogandam , adeo ut hic δεύτερον ἐπιδέκατον , idem sit ac δευτέρα δεκάτη מעשר שני *decima secunda*, in cujus locum, illa pauperum dicto anno , juxta constantem Judæorum παράδοσιν , soluta erat , neque aliam mentem *Alexandrini Interpp.* qui & ipsi Judæi erant, habuisse, putandi sunt . Sic igitur huic argumento, contra receptam de decimis pauperum solvendis , sententiam , ex Græca versione prolato , nihil roboris inest.

XV. Etsi vero putemus, contra allatam loci Deuteronomii expositionem , nihil solidi excipi posse ; attamen *Cl. Guisio* , quæ dicta sunt non satisfaciunt, sed de dicto loco plane aliter ac quisquam alius sentit , novamque in illum instituit κρίσιν ; putat vero τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον, non adjective sed adverbialiter sumi ; sic ut tum locus ita vertendus esset : *Cum autem penitus decimaveris omnes decimas proventus terræ*

tuæ

tuæ anno tertio secunda vice, (vel *iterato*) *decimam partem dabis*, vel, *alias decimas dabis Levitæ & proselyto*. Ita enim, inquit, sumsisse videntur vocem שנת in textu non pro nomine, sed pro secunda persona præteriti, verbi שָׁנָה, *secunda vice* vel *iterato facere*, ut sic illis sonarent verba Hebræa שנת המעשר ונתתה *iterum decimabis & dabis*; quanquam, ex Cl. Viri confessione, verbum שנה hoc sensu alibi constructum veniat cum ב. Atque ita, sic tandem concludit, agnoscere videntur LXXII. Interpretes anno tertio decimas supra τῶν τὸ ἐπιδέκατον anni communis, vel, ut cum Josepho loquar πρὸς αὐτοῖς τῇ δυοῖν. Sed vereor ne & hæc κρίσις acuta magis sit, quam solida. Quum enim ex perpetua Judæorum praxi & continuo ac unanimi ὁμοψήφων consensu, satis confirmatum sit, pauperum decimas non fuisse peculiarem decimarum speciem super primam & secundam solutam, sed quovis tertio anno in locum decimarum secundarum successisse, *Alexandrini* sæpius jam laudati Interpretes, rituum paternorum adeo ignari habendi non sunt, ac si quicquam contra eos statuissent, agnovissentque dictis annis decimas supra τῶν τὸ ἐπιδέκατον, fuisse solutas.

XVI. Quod si vero necesse esset, aliam hic vocis שנת divinare lectionem, qua *Alexandrini* usi fuissent, certe adeo inepta haberi non posset illa, quam *Cl. Seldenus in Tract. de Decimis sect.* 11. §. 3. excogitavit; ubi, postquam prius dixisset atque probasset decimam pauperum in locum decimarum secundarum successisse: *Hæc in sententia*, inquit, *plane confirmor versione* LXX. *Interpp. ad Deut.* XXVI. 12. *qui pauperum decimam diserte* δεύτερον ἐπιδέκατον decimam secundam *vocant: sine dubio in Codice suo legerunt* pro שנת המעשר anno decimæ, *ut nunc legimus*, שנית מעשר secundam decimam. *Neque constructio mala est, quod* שנית *quod est fœminini generis, jungatur cum* מעשר *quod masculinum est, sunt enim ejus rei frequentia in sacra scriptura exempla* &c. Hisce addit prælaudatus auctor: *At locus Deuteronomii vulgo a Judæis exponitur* שנת מעשר אחד annus decimæ unius, *quod optime consentit cum mente* LXX. *Interpp. Nam tertio anno, ait Jarchius, una duntaxat decima, ex duabus vulgo notis solvebatur, h. e. ex prima & secunda. Prima semel Levitis dabatur, secunda vero, eo saltem nomine nulla erat, sed ejus loco decima pauperis.*

XVII. Pergimus jam ad locum Tob. 1. 7. quem Viri Docti contra receptam sententiam producere solent; qui tamen non magis id, quod ipsi vellent, quam locos jamjam ex versione Græca prolatus, evincit: *præterquam enim, quod totus Tobiæ liber suspectæ plane sit fidei, multaque in eo ipsis fatentibus Judæis (quamvis eorum Historici, hanc טוביה הצדיק *Tobiæ Justi* Historiam Regis Hiskiæ tempore contigisse tradant, sic *Juchasin p.* 136. apud *Voisin in Not. ad Raym. Martini Proem. Pug. Fid. p. m.* 128. simul tamen ejus descriptionem, quæ ad nos pervenit, minus fideliter rem gestam proponere, non infitientur) contineantur inepta, falsa: sic enim *R. David Gans in Zemach David. Part.* II. *fol.* x. *col.* I. ספור המעשה בעצמו לרעתי מזויף עד שבעינו כל ודבריו דברי היתול ונימסא *Narratio ipsiusmet*, (Tobiæ) *si quid judico, corrupta est, siquidem omnia ejus verba mihi videntur ludificatoria & insolentia esse*. Vid. *B. Avi Thes. Philolo. p.* 526. 527. *Cl. Carpzov. Not. ad Cl. Schikbard.* Jus Regium p. 273. a quo etiam id quod de Tobia relatum est, non Historia sed drama vocatur, ideoque sine injuria hanc objectionem rejicere possemus: Nihilominus tamen quum libelli consarcinator, si non Judæus, Judæorum saltem rituum, ut hinc inde patet, non adeo ignarus fuerit, videndum, num verbis hisce, statim exhibendis, peculiarem quandam decimam pro pauperibus, præter primam & secundam, tertio anno, a Tobia solutam, innuere velit. Dabimus autem verba duorum Codicum Hebræi & Græci: ואני הלכתי אל ירושלם במועדים בכתוב בתורת יהוה על ישראל בבכרים לכהנים בבני אהרן ודגן ותירוש ושמן ותאנים ורמונים ומכל פרי הארמה לבני לוי המשרתים את פני יהוה בירושלם ומעשר שני ומעשר שלישי לגר ליתום ולאלמנה ונמר Τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδων τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν δευτέραν δεκάτην ἀπεπρατιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν καὶ τὴν

* Hunc Tobiæ Librum quem protestantes una cum aliis quos Apocriphos vocant repellunt, maxima Ecclesiæ pars jam a primioribus seculis tanquam Scripturam Divinitus inspiratam susceperat. Nam Ecclesia Romana, Africana, & Alexandrina hos Libros quos Protestantes nimis audacter repudiant inter Libros canonicos recensuerunt. Hujus etiam veritatis Testes extant locupletissimi concilium Cartaginense 3. Sanctus Cyprianus, Innocentius Papa ad Exuperium, Sanctus Augustinus, Sanctus etiam Basilius, & plerique alii Orientalis Ecclesiæ Patres. Nil mirum igitur, si Ecclesia postremis hisce temporibus solemni definitione hos Libros in catalogum Librorum divinorum retulerit. Qui ubertiora desiderat consulat Natalem Alexandrum, Serarium, Bonfrerium, in prologomenis, ac præter cæteros libellum vere aureum gallice Parisiis editum anno 173. Mojens de reunir les Protestans.

καὶ τὴν τρίτην ἐδίδων οἷς καθῆκε. Hebræam hanc versionem sumsimus ex illa, quam *Cl. Munsterus Basil.* M. D. LXXIII. 8. edidit; cui tamen falso translatio adscribitur, fatenti in præfatione hunc Codicem, ab diligentissimo literarum cultore *Osvvaldo Schrekensuckfio Memmingensi*, impertitum fuisse. Vide etiam *Hottingerum & Carpzovium* locis citatis.

XVIII. Sed videamus quid ex hisce colligi possit. *Cl. Guisius*, ex collatione & emendatione aliarum versionum rem conficere tentat; fatetur quidem primo verba Græca in omnibus Codicibus ut & Syra atque Armena ita legi: sed observat dein aliter plane se habere Latinam *Hieronymi* versionem, ex fonte Chaldæn factam; sic enim ille posteriorem hujus versiculi partem transtulit: *ita ut in tertio anno proselytis & advenis ministraret omnem decimationem:* unde colligit, perperam in Codicibus nostris ex scribarum incuria haberi: καὶ τὴν τρίτην ἐδίδων, pro κατὰ τὸ τρίτον δὲ ἐδίδων, vel etiam fieri potuisse, Græcum interpretem, Chaldæum non satis intellexisse; ex quibus tandem locum hunc Tobiæ ita Latine restituit: *secundo autem decimas adæravi & profectus Hierosolymas quotannis; tertio autem quovis anno dedi quibus competebant.* Hæc si ita in Chaldæo Hieronymiano originali exstitissent, res plane & plene esset confecta: sed quum ejusmodi Codicis inspiciendi copia non detur, rem æque ex Græca & Hebræa feliciter confici putamus; differunt quidem, ut inspicienti patet, duæ hæ versiones; neutra tamen decimas aliquas superadditītias probat. Dicitur enim primo, Tobiam solvisse decimam primam & secundam, more consueto, illam dando Levitis, hanc autem afferendo Hierosolymam in natura vel permutando justo pretio: καὶ τὴν τρίτην, inquit, ἐδίδων οἷς καθῆκε. *Tertiam autem dedi quibus competebat:* i. e. juxta Hebræum, proselytis, orphanis, viduis; quæ est ipsa πτωχοδεκάτη, quamque τρίτην vocat, non certe eo sensu, quasi uno eodemque anno, omnes tres decimas solverit, sed quamlibet, suo a Deo constituto tempore; Neque obstat, quod eam *tertiam* vocet; nam revera erat decima tertia, quomodo etiam, ut supra monuimus, eam Aben-Esra & alii Judæi מעשר שלישי appellitant, quandoquidem ut ex dictis facile liquet, plane alius erat conditionis, quam duæ reliquæ. Nihil ergo hic aliud, quisquis hujus libelli auctor sit, dicere vult, quam Tobiam omnes decimas, modo & tempore in divina lege constituto, solvisse.

XIX. Sequitur *Josephi* locus examinandus; habetur ille *Antiqq. Jud. Lib.* IV. *cap.* VIII. ubi ita Mosen loquentem inducit: τῶν δεκάτων τῶν δυοῖν, ἃς ἔτους ἑκάστου προεῖπον τελεῖν, τὴν μὲν τοῖς Λευίταις τὴν δὲ ἑτέραν πρὸς τὰς εὐωχίας, τρίτην πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸ ἔτος τρίτον συμφέρειν εἰς διανέμησιν τῶν σπανιζόντων γυναιξίν, χήραις, καὶ παισὶν ὀρφανοῖς: *Ultra duas decimas, quotannis pendere jam jussi, alteram in sacras epulas, tertia tertio quoque anno est conferenda, quæ in egenas viduas & pupillos distribuatur.* Quod ad hujus objectionis solutionem attinet, ea denuo versatur, circa vocem τρίτην, quæ eodem sensu ac Tobiæ loco sumenda est, & sic res clara evadet; *Cl. Guisius* de *Josephi* verbis ita: *Ille autem*, inquit, *videtur nullum subterfugii locum relinquere, dum expresse vocat* τρίτην πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸ ἔτος τρίτον, tertias super alias binas tertio quoque anno. *Et tamen expendi forsan meretur, annon & ille ideo tantum vocet* τρίτην, *quia hæ decimæ a natura & conditione secundarum plane aliæ, utcunque in earum locum succedant. Certe eodem modo supra loquentem audivimus Aben-Ezram, dum tamen agnoscit decimis secundis nullum esse locum anno tertio ex communiore sententia.* Atque eodem modo illa Mosis apud *Josephum* intelligenda arbitror verba.

XX. Hisce ex *Cl. Guisio* addimus Chaldæum Paraphrastem *Pseudo Jonathanem*, tres etiam decimas anni cujusque tertii agnoscere: sed is decimas pauperum hoc anno secundas facit, commento plane suo, inserens inter decimas primas & decimas εὐωχίας vulgo secundas. Sic enim ille Deut. XXVI. 12. παραφράζει: *Cum finem feceritis decimandi omnes decimas proventus anno tertio a remissione* ותיתנון מעשרא קמאה לליואי ומעשרא תניינא הוא מעשר מסכניא לגיורא ליתמא ולארמלתא וייכלון בקרווך וישבעון ומעשר תליתאי תיסק ותיכול קדם יי אלהך: *Dabitis decimas primas Levitæ, decimas secundas, quæ eædem decimæ pauperum, proselyto, pupillo & viduæ, ut comedentes in oppidis vestris saturentur & decimas tertias deportabis & comedes coram Domino Deo tuo.* Sed quis fidem adhibere posset ejusmodi paraphrastæ, qui omnia confundit & pervertit, neque tantum hoc loco, sed passim in tota paraphrasi; hinc ejus authoritas a Viris doctis jam dudum explosa; evolve, præter alios, *B. Avi Thesaurum Philologicum.* Atque ita quivis videt, quam infirma sint argumenta, a Viris doctis, pro tribus decimarum speciebus uno eo-

dem-

demque anno folutis, adhibita, & nimis longe petita.

XXI. Sed quum, ut hactenus fatis a nobis demonftratum putamus, decimæ pauperibus folvendæ, non peculiaris decimarum, præter primam & fecundam, fint fpecies, fequi inde debet, quovis heptaeridos tertio anno, vel primam vel fecundam non fuiffe folutam & hanc pauperum decimam in alterutrius locum fucceffiffe, fed heic iterum in diverfa abeunt celebres Philologi; funt qui decimas pauperum in primarum, alii in fecundarum decimarum locum fucceffiffe contendunt. Prius afferuit *Illuftris Scaliger*, quem *Cl. Sixtinus Amama* cum aliis fecutus eft; verum hanc fententiam jam fupra Exercit. vi. §. 9. difcuffimus, unde Lector ad ejus argumenta refponfiones repetere poteft. Nobis nunc aliud nihil reftat, quam ut, decimas pauperum annis intra feptennium tertio & fexto, in locum decimarum fecundarum fucceffiffe, atque ita has iftis annis folutas non fuiffe probemus. Et profecto, nifi omnem Judæis in re domeftica fidem denegare velimus, hæc fententia altera multo eft probabilior & certior, ut paffim haud obfcure indicavimus, quæque etiam communi ὁμοψήφων fuffragio confirmatur; id quod ex *Mifch. Machfchirin* ii. ii. *Jadaim.* iv. 3. *Gemara Babylon. Rofch. Hafchana fol.* xii. *col.* 2. commentatoribus Mifchnicis, *Maimonide*, *R. Obad. de Bartenora ad l. c.* etiam *Rafchi*, *Aben-Efra*, *Abarbanel*, ad loca Deuteronomii, aliifque bene multis idoneifque teftimoniis illuftrari poffet, quæ paffim in fuperioribus quoque adduximus.

XXII. Prolixum autem nimis foret, omnia inferere: fufficiet nobis hic clariffima *Maimonidis* verba addidiffe, ex quibus pateat, quo ordine quibufque temporibus quævis decimarum fpecies fuerit folvenda: Ita autem ille *de Donis Pauperum* vi. i. *fq.* loquitur: והוא כרר תרומות ומעשרות אחר שקיצר זרע הארץ או איסף פרי העץ ותנמר מלאכתו מפריש ממנו אחד מן החמישים וזהוא נקרא תרומה גדולה ונותנה לכהן ועל זה נאמר בתורה ראשית דגנך תירושך ויצהרך ואחר כך מפריש מן השאר אחד בעשרה וזהוא נקרא מעשר ראשון ונתנה ללוי ועל זה נאמר בתורה כי את מעשר בני ישראל וכו׳ ונאמר ולבני לוי הנה נתתי את כל מעשר בישראל ואחר כך מפריש מן השאר אחד בעשרה והוא הנקרא מעשר שני והוא לבעליו ואוכלין אותו בירושלם ועליו נאמר ואם גאל יגאל איש ממעשרו ועליו נאמר עשר תעשר ואכלת לפני יי׳ אלהיך במקום אשר יבחר על הסדר הזה מפרישין בשנה ראשונה מן השבוע ובשניה וברביעית ובחמישית אבל בשלישית ובששית מן השבוע אחר שמפרישין מעשר ראשון מפריש מן השאר מעשר אחר ונותנו לעניים והוא הנקרא מעשר עני ואין בשתי שנים אלו מעשר שני אלא מעשר עני ועליו נאמר מקצה שלש שנים תוציא את כל מעשר תבואתך בשנה ההיא והנחת בשעריך ובא הלוי ועליו נאמר כי תכלה לעשר : *Ordo feparandarum Thrumarum & decimarum talis eft: Poftquam* (colonus) *demetit* (fructus) *feminis terræ aut collegit fructus, opufque eorum perfectum fuerit, feparat ex iis unum de quinquaginta, vocaturque* Thruma magna, *& datur Sacerdotibus, de qua in lege dictum eft;* Primitiæ frumenti tui, mufti & olei tui. *Poftea de reliquo feparat unum e decem, vocaturque* decima prima, *quæ Levitis danda; de ea in lege dictum eft:* Decimas filiorum Ifrael, *&c. &*, Et filiis Levi ecce dedi omnem decimam in Ifrael. *Poft primam decimam feparatam, denuo de reliquo unum de decem fegregat, quæ* decima fecunda *appellatur, pertinens ad ipfos poffeffores a quibus etiam Hierofolymis comeditur, de ea dictum eft:* Et fi redimendo redimet vir decimam fuam; *&*: decimando decimabis &c. *&* comedes coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit. *Juxta hunc ordinem feparant* (decimas) *primo, fecundo, quarto & quinto heptaeridos annis. Sed tertio & fexto, poftquam fepararunt decimam primam, de reliquo feparant aliam decimam pauperibus dandam & hinc eft quod vocetur* decima pauperum; *duobus autem iftis* (3. & 6.) *annis, nulla decima fecunda, fed* (earum loco) *illa pauperum folvebatur; de qua in lege dicitur*: A fine trium annorum educes omnem decimam proventus tui; &c. *&*, quando abfolveris decimare.

XXIII. Ita *Celeberrimus Maimon.* nobis ea omnia, quæ paffim in Mifchna & Gemara de hifce decimis folvendis traduntur, ὡς ἐν τύπῳ retulit. Quibus, ut res tanto clarior fiat, *Tabulam*, quæ quibus annis, quævis decimarum fpecies fuerit foluta, exhiberet, addere voluimus.

Anno poft Sabbathicum		Decima I.	Dec. II.	Dec. III. f. Paup.
I	foluta	I	II	—
II		I	II	—
III		I	—	III
IV		I	II	—
V		I	II	—
		I	—	III

Hæcce tabella juxta communem Ictorum Judæorum traditionem & mentem confecta, oftendit, decimas primas intra fe-

feptennium fex, fecnndas quatuor, & tertias feu pauperum duabus vicibus, fuiffe feparatas.

XXIV. Atque hæc funt jura in folutione decimarum pauperum, obfervanda. Oportebat autem ut Ifraelitæ, tam in decimis, quam reliquis paupetum donis folvendis, quam accuratiffimi fint, ne pauperes ulla fpecie defraudentur; danda quoque erant uti ex debito, ficut ex iis nullas omnino, ceu ex beneficio dato gratias recipiant proprietarii; nifi quoad decimas e domo pauperibus erogatas. Quod fi vero colonus, quemadmodum oportebat, decimas vel alia dona, legitime exhibere negaret, eum pauperes ad illa folvenda, ut rem fibi propriam, cogere poterant; de quibus videri poteft *Maimon. l. c.* 1. 2. *fq. cum notis Cl. Prideaux.*

EXERCITATIO NONA

De Confeffione Decimarum Hierofolymis recitanda.

ARGUMENTUM.

Lex *de* confeffione decimarum. *Eam præceffit* ביעיר remotio frugum: *quæ* quando *&* quomodo *facta explicatur*. *Conciliantur* Mifchnici *&* Maimon. *Per* Emiffarios *tempus remotionis indicabatur*. Confeffionis decimarum *verba exhibentur*. *Ejus* ufus. *Ad* omnes decimas *referenda*. *Mifchnicorum* paraphraftica *confeffionis* explicatio, *cum brevibus* animadverfionibus. Tempus *confeffionis recitandæ; item* locus. Perfonæ, *quæ confiteri poterant*. *In* qua lingua *recitari poterat*. Confeffionis *decimarum* Abrogatio *per* Joachananem Pontificem Maximum, *ejufque* caufa. *De aliis quæ fuo tempore* abrogata, *præfertim de* דמאי *feu* rebus dubiis decimandis; *cujus* Hiftoria *recenfetur*: *quis de decimis fide dignus fuerit*; *voces* חבר *vel* תלמיר חכם *&* עם הארץ *explicantur*; *variique cafus* in decimis dubiis *recenfentur*.

I. ABfoluta omnium decimarum fpecierum, primarum, fecundarum & tertiarum feu pauperum, prolixa & quantum fieri potuit exacta defcriptione, fequitur nunc, ut quod earum legitimam feparationem infequutum erat, porro indicemus. Scilicet harum omnium folutionem excipiebat, folennis quædam *confeffio*, qua quivis Ifraelita, coram divina Majeftate, Hierofolymis in templo fub Symbolo habitante, publice confiteri debebat, fe omnia præcepta circa Decimarum folutionem obfervanda, quam diligentiffime executum fuiffe ac cnique fuum tribuiffe: hinc illa publicæ *confeffionis* formula Dent. xxvi. 12. præfcripta ודוי המעשר *decimarum confeffio*, vocari folet, quæque etiam unum ex CCXLVIII. præceptis affirmativis, conftituit. *Maim. Hilc. Maaf. Scheni.* XII. מצות עשה להתודות לפני השם אחר שמוציאין כל המתנות שבזרע הארץ וזה הנקרא ודוי המעשר ואין ודוי זה אלא אחר השנה שמפרישין בה מעשר עני שנאמר כי תכלה לעשר ואמרת לפני ה׳ אלהיך בערתי הקרש מן הבית: *Præceptum affirmativum eft, ut confiteantur coram Domino, poft exhibitionem omnium donorum, en femine terræ educendorum; Et hæc confeffio decimarum vocatur; quæ tamen confeffio, nonnifi poft annum quo decimæ pauperum folutæ erant, dicebatur: Q. D.* Quando abfolveris decimare, tum dices coram Domino Deo Tuo: Removi fanctum e domo mea. Deut. l. c.

II. Antequam autem ipfam confeffionis formulam, ritufque circa ejus recitationem obfervandos, pergimns; prius nonnulla dicenda erunt, de eo, quod eam ptæcefferat. Erat nempe ביעור *remotio frugum*, ut quivis Ifraelita omnes fruges decimationi fubjectas e fua poteftate removeat & quodlibet donum quibus debetur, tradat; quo modo in confeffione bona fide dicere poterat: *Removi fanctum e domo mea*. De hac autem remotione ita in *Mifch. Maaf. Scheni.* v. 6. legitur: ערב יום טוב הראשון של פסח של רביעית ושל שביעית היה ביעור כיצד נותנין תרומה ותרומת מעשר לבעלים ומעשר ראשון לבעליו ומעשר עני לבעליו ומעשר שני והבכורים מבערים בכל מקום: *Vefpera diei fefti primi Pafchatis, quarti & feptimi anni, fiebat Remotio, quomodo? dabant Thrumam* (magnam) *& oblationem de decimis poffefforibus & decimas primas poffefforibus & decimas pauperis poffefforibus, & decimas fecundas ac primitias removebant ubique.* Et *Maimon. Hilc. Maaf. Scheni.* XI. 7. 1. hanc temotionem clarius hoc modo defcribit: אינו מתודה עד שלא ישאר אצלו אחד מן המתנות שכן הוא אומר בוירוי בערתי הקרש מן הבית וערב יום טוב האחרון היה הביעור ולמחר מתודין כיצד הוא עושה אם נשאר אצלו תרומה ותרומת מעשר נותנה לכהן מעשר ראשון נתנו ללוי מעשר עני נותנו לעניים נשארו אצלו פירות מעשר שני של ודאי או נטע רבעי או מעות פריותן הרי זה מבערן ומשלין לים או שורף: *Non confitetur quamdiu unicum en donis in alicujus poteftate fit, ut fic dicere poffit in confeffione: feparavi fan-*

ctum

ctum e domo mea. Et vespera diei ultimi fiebat remotio & altero mane confitebantur. Quomodo autem fit remotio; si alicui supersit Thruma (magna) *aut Thruma de decimis, det eas Sacerdoti; si decimæ primæ, det eas Levitæ; si decimæ pauperis dat eas pauperibus. Si supersint & fructus decimarum secundarum certo decimati, aut anni quarti plantæ, aut nummi redemptionis earum, removendi sunt & in mare conjiciendi aut comburendi.*

III. Differunt hic *Mischnici* & *Maimon.* quoad tempus remotionis; Illi dicunt faciendam eam die festi Paschatis primo; hic vero festi ultimo; quod auctor *Cesepb Mischnæ ad Maimonidem*, loco ex *Gemara Hierof. Maaf. Scheni. fol.* LVI. *col.* 3. confirmat; quia si remotio fieri debuisset primo festi die, Israelitæ non habuissent, quo toto festi tempore vescerentur. Ita autem *Mischnici* & *Maimon.* conciliari possunt: quando *Mischna* dicit: בערב יט הראשון היה ביעור *vespera diei primi fiebat remotio*; intelligenda est remotio quæ tunc temporis ex parte tantum incipiebat; & quando *Maimonides* dicit: בערב יום טוב האחרון היה ביעור *vespera diei festi ultimi fiebat remotio*; intelligenda est, plena remotionis consumatio, quam ex tempore confessio sequebatur. Videsis *Cl. Surenhus. ad Mischn. Maaf. Scheni.* v. *6.*

IV. Priscis temporibus, solebant remotionis hocce tempus per emissarios annuntiare, ut scilicet fructus paratos habeant, usque ad tempora R. Aquiba, uti in *Mischn. l. c.* §. 8. traditur: אמר רבי יהודה בראשונה היו שולחין אצל בעלי בתים שבמדינות מהרו והתקינו את פירותיכם עד שלא תגיע שעת הביעור עד שבא רבי עקיבא ולמד שכל הפירות שלא באו לעונת המעשרות פטורין מן הביעור: *Dixit Rabi Jehuda, priscis temporibus emittebant ad Patres familias provinciarum: accelerate & præparate fructus vestros antequam veniat tempus remotionis; donec venit R. Akiba, docens, omnes fructus, qui attigerunt tempus decimationis, liberos esse a remotione.* Hinc in *Gemara Hierosol. Maaf. Schen. fol. m.* XVI. *fac.* I. ejusmodi formula publicationis legitur: Raban Gamaliel & Seniores considebant, ad ascensum porticus in monte Templi, assidentem habuerunt Jochananem Sacerdotem & Ammanuensem: dixerunt ei age, scribe: *Fratribus nostris Galilææ superioris & Galilææ inferioris salutem: Notum vobis facimus adesse tempus* ביעור *removendarum rerum decimandarum.*

V. Pergimus nunc ipsam consideratiori confessionem cujus formula per legem ab ipso Deo præscripta & a Mose Deut. XXVI. 12. seq. notata; ipsa autem verba apponere haud inconveniens erit:

CONFESSIO DECIMARUM.

Sustuli quod Sanctum est e mea domo etiamque illud dedi Levitæ & peregrino & pupillo & viduæ omnino secundum præceptum quod præcepisti mihi: non sum digressus a mandatis tuis neque oblitus sum eorum. Non comedi in luctu meo ex illo neque sustuli ex eo ad rem immundam: neque dedi ex illo in mortuum: Auscultavi voci Domini Dei mei feci secundum omnia quæ præcepisti mihi. Prospice ex habitaculo sanctitatis tuæ e cælis & benedic populo tuo Israeli & terræ illi quam dedisti nobis; quemadmodum Juramento promiseras majoribus nostris terræ fluentis lacte & melle.

Significantissimis certe hæcce confessio, ut quivis videre potest, concepta est verbis, quæ Israelitas officii sui monere poterat, ut scilicet omnem adhiberent operam, quo, quæ circa decimarum legem agenda ipsis erant, cum futura confessione exacte convenirent; & ita quoque eorum, qui proprio commodo & lucro nimis inhiabant, frandibus (quibus sine ejusmodi confessione) relictus fuisset locus) frenum erat injectum: alios autem, qui religiosiores erant, cofessio hæc incitabat, ut præcepta de decimis implerent atque vere confiteri ac dicere possent: *Abstuli sanctum e domo mea.*

V I. Operæ vero pretium fore putamus, istam confessionis formulam paulo prolixius exponere, & quo quæque referenda sint, ex Judæorum mente indicare. Ex iis quæ in superioribus diximus, facile colligi potest, illam non ad unam duntaxat (quemadmodum *R. Abarbanel*, eam ad solam pauperum decimam refert. vid. *Cl. Frischmuthi Dissert. de Decimis cap.* VII. §. 8.) sed omnes decimarum species referendam esse, quod ut clarius patescat, non ingratum lecturis fore confido, ut videri possit quomodo id ab ipsis Judæis demonstretur, si Mischinicorum paraphrasticam hujus confessionis expositionem, subjunxerimus, qualis in *Misch. Maaser. Scheni.* v. *6.* 7. 8. traditur & sic sonant. במנחה ביום טוב האחרון היו מתודין כיצד היה הוידוי בערתי הקדש מן הבית זה מעשר שני ונטע רבעי נתתיו ללוי זה מעשר

מעשר לוי וגם נתתיו זו תרומה ותרומת
מעשר לגר ליתום ולאלמנה זה מעשר עני
הלקט והשכחה והפאה אף על פי שאינן
מעכבין את הוידוי מן הבית זו חלה ככל
מצותך כאשר צויתני הא אם מעשר שני
לראשון אינה יכול להתודות לא עברתי
ממצותיך לא הפרשתי ממין על שאינה
מינו ולא מן התלוש על המחובר ולא מן
המחובר על התלוש ולא מן החדש על
הישן ולא מן הישן על החדש ולא שכחתי
לא שכחתי מלברכך ומלהזכיר שמך עליו
לא אכלת באוני ממנו הא אם אכלו באנינא
אינה יכול להתודות ולא בערתי ממנו
בטמא הא אם הפרישו בטומאה אינה יכול
להתודות ולא נתתי ממנו למת לא לקחתי
ממנו ארון ותכריכים למת ולא נתתיו
לאונים אחרים שמעתי בקול יהוה אלהי
הבאתיו לבית הבחירה עשיתי ככל אשר
צויתני ושמחתי בו השקיפה ממעון קדשך
מן השמים עשינו מה שגזרת עלינו אף
אתה עשה מה שהבטחתנו השקיפה ממעון
קדשך מן השמים וברך את עמך ישראל
בבנים ובבנות ואת האדמה אשר נתת לנו
בטל ובמטר ובולדות בהמה כאשר נשבע
לאבותינו ארץ זבת חלב ודבש כדי שתתן
טעם בפירות: *Vespera diei festi ultimi confessionem* (decimarum) *recitabant*; *sed quomodo erat confessio*? Removi sanctum e domo; *id est decimas secundas & plantam quarti anni*; dedi Levitæ, *decimes Levitarum*; *& dedi id quoque*, *Thrumam* (magnam) *& Thrumam decimarum*. Et peregrino, orphano & viduæ, *puta decimas pauperum*, *spicilegium*, *manipulum oblivionis & angulum*, *& si hæc non impediant confessionem*; e domo, *puta placentam*. Juxta omnia præcepta tua, quæ præcepisti mihi; *si ergo decimas secundas præmiserit primis non poterit confiteri*; Non transgressus sum præcepta tua; *non separavi de una specie pro ea quæ erat alius speciei*, *neque de evulso pro eo quod terræ adhæret*, *neque vice versa*, *neque de novo pro veteri neque de veteri pro novo*; Neque oblitus sum, *non oblitus sum benedicere & meminisse nominis tui*. Neque comedi de eo in luctu meo, *quia si comedisset in luctu*, *non potuisset confiteri*; Neque removi de eo in impuritate, *nam si in impuritate removisset*, *confiteri non potuisset*; Neque dedi de eo pro mortuis, *non comparavi involucra & arcam pro mortuis*, *neque dedi aliis lugentibus*? Audivi vocem Domini Dei mei, *adduxi ad sanctuarium*; feci juxta omnia quæ præcepisti mihi, *lætatus sum maxime in eo*. Respice de habitaculo sanctitatis tuæ de cœlis, *fecimus quodcumque decrevisti super nos*, *etiam tu fecisti quod promisisti nobis*. Respice de habitaculo sanctitatis tuæ de cœlis & benedic populo tuo Israeli, *cum filiis & filiabus*; Et terræ quam dedisti nobis, *cum rore & pluvia & bestiarum partu*; Uti jurasti patribus nostris, terram fluentem melle & lacte, *ut saporem des fructibus*.

VII. Constans hæc & ab omnibus Judæis recepta est confessionis hujus explicatio, sic ut mirum sit *Abarbanelem in Coment. in Leg. fol.* CCCXIV. *col.* 2. *edit. Cl. Basbuysen*, ab illa discessisse; contendit enim ille, juxta verborum horum literalem sensum, confessionem ad solas pauperum decimas esse applicandam & nonnisi per mysticam aliquam expositionem ad omnes decimarum species referri posse, quum speciatim illo loco decimarum pauperum mentio fiat. Verum si cum aliis commentatoribus observemus Deut. XXVI. 12. hujus decimarum speciei non quasi per legem mentionem fieri, quæ Deut. XIV. 28. lata; sed tantummodo, ut confessionis recitandæ tempus accuratius indicetur, nempe absoluta omnium decimarum etiam pauperum, quæ in quemvis tertium post Sabbathicum annum incidebat, separatione, hæc verba dicenda esse. Accedit multa iis contineri quæ pauperum decimis applicari, vel ne per torsionem quidem, poterunt: sic quod de sanctitate dicitur de comestione in luctu, impuritate, datione pro mortuis, illa omnia potissimum de secundis decimis intelligenda esse, supra dicta & explicata decimarum harum jura, suadent, sic ut potius *Abarbanelis* explicatio mystica, quam literalis dici debeat.

VIII. Nullatenus tamen totam hanc confessionis decimarum Mischnicam explicationem approbamus, quum in quibusdam nimis longe petita nobis videatur: veluti quod verba וגם נתתיו *& etiam dedi*, de Thruma decimarum & Thruma magna dicta velint, ac si hisce verbis respiciatur ad aliam rem quæ præcesserit, quia particula גם *etiam*, additio sit copulans ad id quod sequitur, hoc sensu, *Et dedi etiam Levitæ præter id quod dedi Sacerdoti*. Præterea, nescio quo fundamento מן הבית *e domo* speciatim *de placenta*, quam mulieres de quavis massa farinacea Sacerdotibus offerre tenebantur, quod adhuc dum Judæis observatur, intelligant; dicunt quidem *Glossatores*, fuisse hoc donum, quod speciatim *e domo* datum sit: sed certe tam decimæ secundæ, quam pauperum e domo quoque remotæ erant. Insuper verborum, *juxta omnia præcepta tua*, *quæ præcepisti mihi*; *non transgressus sum præcepta tua*, *neque oblitus sum* &c. expositio, quoad rem quidem recte se

ſe habet, uti in ſuperioribus paſſim oſtendimus, in ipſis autem textus verbis ejuſmodi παραφράστως nullum veſtigium exſtat.

IX. Cœterum, quæ de verbis, *removi ſanctum e domo, dedi Levitæ, peregrino, orphano & viduæ*, dicuntur, omnino probare poſſumus, cum iis haud obſcure omnes tres decimarum ſpecies, prima, ſecunda & tertia ſeu pauperum, indigitentur. Sic quoque verba, *Neque comedi de eo in luctu meo* &c. de decimis ſecundis recte intelliguntur, erant enim illæ אונן *lugenti* interdictæ, ſcilicet qui lugebat propter conſanguineos; veluti patrem, matrem, filios, filias, uxorem &c. *Abarbanel* propriæ hypotheſi inſerviens aliam vocis אונן fingit ſignificationem; ita enim *l. c. col.* 2. *in fin. &* 3. *ab initio* fatur: לא אכלתי ממנו באוני רוצה לומר עם היותי מעשר והיה עני והיה לי עניות הרבה לא מצאתי התר לעצמי לאכלו לומר גם אני עני לאכול ויהיה אוני מענין דלות ועניות כמו בן אוני ונומר *Verborum non comedi in luctu meo, ſenſus eſt licet hæc decima pauperum ſit, & ego jam inopia laborem magna, tamen ex ea comedere non auſus ſum: dicendo: mihi quoque utpote pauperi, ex ea licet comedere. Atque hac ratione vox* אונן *ſignificat tenuitatem & paupertatem, ut:* filius doloris mei &c. Geneſ. xxv. 18. ſubjungit alia loca & Grammaticorum conſenſu confirmat. Sed ſi ejuſmodi Grammatici ſint, oportet ut ipſi hunc vocis אונן ſignificatum melius demonſtrent. Dein quod confitendum erat; *Neque removi de eo in impuritate;* denuo ad decimas ſecundas pertinet; quippe quæ ſanctæ erant, atque pollutis & impuris interdictæ. Sed hic iterum aliam vocis טמא excogitavit interpretationem *R. Abarbanel l. c.* nempe talem: לא הפריש ולא נתן המעשר מן הטמא לקחת ולהשאיר לעצמו היותר טהור ונקי ולא נאמר כאן כפי זה הפי׳ טמא לא הטמא כפי דינו טומאה וטהרה כי אם על הדבר הפחות והנבזה ושיש בו פסולה רב והוא כמו כורו טמא קראו למו שעניני פחות נבזה ומלוכלך *Non ſeparavit neque dedit decimam de immundo, ſibi de puro & optimo reſervato. Hic enim mundum non ſumitur, ut aliquid vile & abjectum, in quo multum eſt furfuris; ita accipitur in verbis* (Thren. iv. 15.) Recedite, immundus *quiſque*, clamarunt ad eos *ubi* (טמא) *notat vile quid, abjectum & inquinatum*.

X. Tandem, quod dicitur; *Neque dedi de eo pro mortuis;* etiam de ſecundis decimis dictum eſt; quippe iis vel earum argento, præter id quod in cibum potum, unctionem, ſacrificia inſerviebat, nihil quicquam comparare licitum & idcirco quicquam in rem funebrem expendere vetitum erat; ſed de hiſce omnibus ſupra, ubi de ſecundis decimis egimus, prolixe diſſeruimus, quæ non opus eſt hic repetere. Id ſolum addimus decimas ſecundas עיקר הוידוי *fundamentum confeſſionis fuiſſe. Maim. de Decim. Secund. c. ult.* 5. 14. Audiamus tamen adhuc *Abarbanelem*, verba hæc hunc in modum exponentem: ולא נתתי ממנו למת ואמר זה לפי שהיה מנהג הרמאים בימים ההם כדי שלא יתנו המעשר כלו לעניים שאומרים לשואלים אותם שכבר נתנוהו לעניים שכבר מתו כדי שלא יודע הדבר ומפני זה יאמר המתודה שלא נתן המעשר לאדם שכבר מת שיוכלו בני אדם לחשוב עליו שלא נתנו ושהוא מרמה מפיו כי חיים הם העניים שקבלו ממנו ויגידו צדקתו: *Neque* dedi de eo pro mortuo; *ideo ſic loquebatur; quia iſtis temporibus fraudulentarum conſuetudo erat, ut ne totam decimam pauperibus darent, dicerent, ſe jam dudum dediſſe pauperi defuncto, ne ſcilicet fraus illorum innoteſceret. Hinc confeſſurus jubetur dicere ſe defuncto non dediſſe, ne homines ore ſuo videretur fallere, ſed vivis adhuc qui de Eleemoſyna accepta queant teſtari*. Sed tota hæc *Abarbanelis*, Rabbini alias plurimum etiam apud Philologos Chriſtianos æſtimati, confeſſionis hujus expoſitio, nimis torta nobis videtur; ſtupidus certe ſit, qui non apertam omnium decimarum & non ſolarum pauperum, veſtigia animadvertit, id quod clare ſatis probatum hactenus dedimus.

XI. Confeſſionis autem clauſula, continet devotiſſima ſuſpiria, quibus Iſraelitæ, divinam benedictionem propriarum familiarum, tum ipſius terræ, rogabant: Neque unquam poſt exactam omnium decimarum ſolutionem Iſraelitæ, de Dei benedictione dubitabant, ſed hanc, illam neceſſario ſecuturam, omnino erant perſuaſi, ipſius Dei promiſſionibus nixi, qualis inter alias egregia illa eſt, quæ Mal. iii. 10. habetur: *Afferte omnes decimas in theſaurum, ut ſit cibus in domo mea; & probate me jam in hoc, ait Dominus exercituum: ſi non aperuero vobis cataractas cœlorum & proferam vobis benedictionem, adeo ut non ſufficiatis: Et increpabo veſtri cauſa edentem, ut non corrumpat vobis fructum terræ, neque orbet vos vitis in agro, ait Dominus exercituum*. Unde Judæi per paranomaſiam dicere ſolent עשר בשביל תעשר *decima* (exacte & ſecundum legem) *ut diteſcas*,

ſcas. Quare etiam decimarum abrogationem frugum pinguedinem impediviſſe, ultro fatentur, *Miſch. Sota.* IX. 13. ר׳ שמעון בן אלעזר אומר הטהרה נטלה את הטעם ואת הריח המעשרות נטלו את שומן הדגן וחכמים אומרים הזנות והכשפים כילו את הכל: Ex Cl. Wagenſeilii translationem: *Rabi Simeon filius Eleaſaris vult; munditiei* (intermiſſionem) *ſuſtuliſſe ſaporem odoremque* (fructuum) *decimarum vero* (abrogationem) *pinguedinem* (nam decimæ vocantur חלב *pinguedo* Num. XVIII. 12.) *frugum* (impedire) *Ceterum Sapientes, illarum rerum defectum ex ſtupris & veneficiis provenisse autumant*.

XII. Nunc dicemus de *tempore*, qua confeſſio decimarum recitari conſueverat. Jam diximus, confeſſionis recitationem præceſſiſſe remotionem frugum e propria poteſtate; incipiebat autem remotio primo feſti Paſchatis die anni quarti & ſeptimi, quæ durabat adufque ultimum feſti diem, quo etiam confeſſio dicebatur. *Maimon. Hilc. Maaſ. Scheni.* XI. 3. איסתי מתודין במנחה יום טוב האחרון של פסח של רביעית ושל שביעית שנאמר כי תכלה לעשר ברגל שבל המעשרות: *Quomodo confitentur; Veſpera dici feſti ultimi Paſchatis anni quarti & ſeptimi Q. D.* quando abſolveris decimare (Deut. XVI. 12.) *illo enim ſolenniori feſto omnes decimas abſolvunt*: id quod tempus etiam in Deuteronomii l. c. indicatur; clare enim ibi dicitur, poſt abſolutionem omnium decimarum etiam pauperum (quæ tertio anno ſolvendæ erant, qui annus idcirco שנת המעשר *annus decimarum* appellatur) confitendum eſſe; quoties ergo quis omnes ſolvit decimas, toties quoque debebat confiteri, hoc eſt, duabus vicibus, intra ſeptennium.

XIII. Confeſſionis vero dies eſt ultimus Paſchatis feſti dictorum annorum & quidem במנחה *circa veſperam*. Solent Judæi diem, quoad functiones ſacras, dividere in שחרית מנחה ערבית *mane, tempus poſtmeridianum, & veſpertinum*; Mincham autem rurſus dividebant in מנחה גדולה ומנחה קטנה *Mincham magnam, & Mincham parvam*; de quibus *Maim. Hilc. Thephil.* III. 4. הא למדת שזמן מנחה גדולה משׁשה שעות ומחצה עד חמשה עשר שעות ומחצה וזמן מנחה קטנה מתשעה שעות ומחצה עד שישאר מן היום שעה ורביע *Ex his* (quæ antea diximus) *docemur, tempus Minchæ magnæ ab hora ſexta & dimidia uſque ad dimidiam octavam fuiſſe; Minchæ vero parvæ tempus, ab hora octava & dimidia uſque ad reliquum diei per horam & quadrantem*. Quamvis autem non exprimatur quo, an magnæ vel parvæ Minchæ, tempore, confeſſio recitata fuerit, colligi tamen id poteſt, debuiſſe illam ante occaſum ſolis fieri: id tamen non ita ſumendum, ac ſi, ultimo illo feſti Paſchatis die, non alio quam veſpertino tempore, confeſſio recitari potuerit, totus ille dies recitationi deſtinatus erat, uſque ad Mincham, donec ſol nondum occiderit: Hinc in *Miſch. Megilla.* II. 5. כל היום כשר לקריאת המגילה ולקריאת ההלל ולתקיעת שופר ולנטילת לולב ולתפילת המוספים ולמוספין ולוידוי הפרים ולוידוי המעשר: *Totus dies legitimus eſt ad legendam Megillam* (ſeu librum Eſther) *& ad legendum hymnum & ad buccinandum buccina & ad ſumendum ramum Lulabh, & ad preces addititias ac ſacrificia addititia, confeſſionem juvencorum & confeſſionem decimarum*. vid. quoque *Maim. de Decim. Secund. l. c.* §. 4. qui etiam, idcirco quod totus dies ad recitandam confeſſionem legitimus erat, eam בשחר *mane* factam fuiſſe, dicit; locum dedimus ſupra *p.* 206.

XIV. Poſt indicatum confeſſionis tempus, ſequitur definiendus ejus *locus*, & ille quidem ex tempore aliquo modo colligi poteſt, quum enim fuerit Paſchatis feſtum, quod unum erat ex רגלים *tribus feſtis ſolemnioribus*, quibus quivis maſculus Hieroſolymis comparere debebat, liquere poteſt confeſſionem quoque Hieroſolymis fuiſſe recitandam. Ipſa lex jubet, ut confiteantur לפני יהוה *coram Domino*, quæcunque autem לפני יי *coram facie Domini* peragenda fuiſſe jubentur, in vel ante portam Nicanoris in Templo peragi debuiſſe, tradunt Judæi *Gemar. Hieroſol. Sota fol.* XVII. *f.* 1. Erat autem celeberrima illa & miraculo aliquo admodum inclita porta (de qua multi multa conſcripſerunt) Nicanoris, una ex tredecim atrii magni portis, quæque varium habebat uſum a *Cl. Relando Antiqq. Jud. p.* 97. indicatum. Atque omnino conveniens locus erat, quod in ipſo templo confiteri debuerint, quum confitentes ad ipſum quaſi Deum, in Sancto Sanctiſſimo ſymbolice commorantem (quod ad primum potiſſimum templum referendum) legitimæ decimationis ut teſtem provocarint. Licet autem juxta legem confiteri debuerint in Sanctuario, tamen ſi quis, modo legitime decimaverit, alibi locorum confeſſus fuiſſet, ejus confeſſio legitima habebatur: ſic *Maim. ubi ſupra* §. 6. ומצותו במקדש שנאמר לפני יי ואם התורה בכל מקום יצא: *juxta præceptum* (confitendum erat) *in Sanctuario, ſi autem quis*

ubivis

ubivis locorum confeſſus fuiſſet, legi ſatisfecerat.

XV. Quicunque igitur bona conſcientia confiteri poterant, ſe omnes decimas juxta præcepta divina ſeparaſſe *tempore* & *loco* jam indicato, recitare tenebantur formulam confeſſionis ab ipſo Deo præſcriptam, & quidem iiſdem verbis ſine additione vel detractione, quemadmodum concepta eſt. Quoad *linguam* vero, qua recitanda erant verba, illa ſine dubio primitus illa erat, qua a Moſe conſcripta legitur: tradunt tamen Judæi decimarum confeſſionem in quacunque dici potuiſſe lingua; ſic in Miſchna Sota VII. I. אלו נאמרין בכל לשון פרשת סוטה וידוי מעשר קריאת שמע ותפלה וברכת המזון ושבועת העדות ושבועת הפקדון *Quæ ſequuntur quacunque lingua proferri poſſunt: ſectio de muliere adulterii ſuſpecta. Confeſſio decimarum: Lectio audi: Preces (conſuetæ) Benedictio cibi. Jusjurandum teſtium & jusjurandum ob depoſitum.* Ubi ad confeſſionem decimarum, *Conſultiſſimus Wagenſeilius* hæc notat: *Atque licebat pro concepta Hebræa formula, in barbara lingua ſubſtituere ſententiam, quia formulæ in ſacro textu præmittitur:* Tunc dices coram Domino Deo tuo, *ubi illud* dices, *cuique ſuæ linguæ uſum indulgere videtur.* Similiter id explicat *Maim. ad h. l. & Hilc. Maaſ. Schen. c. c.* וידוי נאמר בכל לשון שנא׳ ואמרת לפני י״י אלהיך בכל לשון שאתה אומר: *Confeſſio recitatur in omni lingua Q. D.* Tunc dices coram Domino Deo tuo; *hoc eſt, dices in omni lingua, quam tu ipſe loqueris.*

XVI. Quod ad *perſonas* confitentes attinet, erant illæ omnes, qua, ut בעלי *agrorum proprietarii*, ad decimas obligabantur, & potiſſimum quidem patres familias, ut legitimi fructuum poſſeſſores: oportebat inſuper ut confeſſurus ſit Iſraelita, partem habens in terra promiſſa; quare ab hac confeſſione proſelyti excipiebantur; de hiſce autem perſonis in *Miſchna Maaſ. Sheni.* v. 14. ita legitur: מכאן אמרו ישראל וממזרים מתודים אבל לא גרים ולא עבדים משוחררים שאין להם חלק בארץ רבי מאיר אומר אף לא כהנים ולוים שלא נטלו חלק בארץ רבי יוסי אומר יש להם ערי מגרש: *Exinde dixerunt Iſraelitam & ſpurium confiteri, non autem proſelytum nec ſervum e libertate miſſum, quippe qui non habent partem in terra* (Iſraelis;) *R. Meier dicit; Neque Sacerdotes & Levitas confiteri, quippe qui æque nullam habebant terræ partem, R. Joſe dicit: habebant ſuburbia;* & idcirco Sacerdotes & Levitæ, juxta receptam *R. Joſe* ſententiam, ſuper decimis, quas ipſi ex ſuburbiis ſolvere tenebantur, quoque confitebantur. Hinc *Maimon. l. c. in fine:* כהנים ולוים מתודים שאף על פי שלא נטלו חלק בארץ יש להם ערי מגרש. *Etiam Sacerdotes & Levitæ confitebantur, quamvis nullam tenuerint terræ partem, habebant enim ſuburbia;* ex quibus & ipſi decimas ſolvebant. Confer quæ *Exercit.* v. §. 12. & VI. §. 16. diximus.

XVII. Quamdiu Reipublicæ Judaicæ res integræ erant, hujus publicæ decimarum confeſſionis uſus obtinebat, & ſtatis temporibus ac locis recitabatur. Sed quum poſt captivitatem Babylonicam, Levitæ cum reliquo populo, ut ſacris intereſſent, Hieroſolymas aſcendere nolebant, hinc Ezras, tum temporis reducum princeps, Levitas punivit, decimaſque, quæ alias ad ipſos pertinebant, Sacerdotibus donavit; atque hæc cauſa erat, quare Jochanan Pontifex Maximus, hanc confeſſionem abrogaverit; quo de jam pauca *Exercit.* VI. §. 8. monuimus. Hujus vero abrogationis traditio habetur *Miſch. Maaſ. Scheni.* v. 15. & *Sota.* IX. 10. & ita ſonat: יוחנן כהן גדול העביר הודיות המעשר אף הוא בטל את המעוררים ואת הנוקפים עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי: *Jochanan Pontifex Maximus abrogavit confeſſionem decimarum, quin & expergefacientes & ſcarificantes victimas abrogavit; Uſque ad ejus ætatem pulſavit malleus Hieroſolymis & tum temporis non amplius inquirebatur de rebus dubiis decimandis.* Quum Pontifex ille Jochanan (qui vulgo Mathatiæ pater, de quo 1. Maccab. II. 1. mentio fit, fuiſſe creditur) obſervaret, neminem, propter hocce Ezræ decretum, ſalva veritate confeſſionis verba; *Et dedi quoque de eo Levitæ*, recenſere poſſe; ſatius fore exiſtimavit, formulam a Deo præſcriptam prorſus omittere, quum ea ætate decimæ neutiquam Levitis ſed Sacerdotibus conceſſæ fuerint: quare autem *Jochanan* integram formulam, non vero eam ſolam particulam, quæ ad Levitas pertinebat abrogaverit, hanc rationem *Riſch Lakiſch in Gemara ad l. c.* reddit: כל בית שאין מתודה על מעשר ראשון שוב אין מתודה על שאר מעשרות i. e. juxta Cl. Wagenſeilium, *quiſquis de decimis primis non poteſt edere confeſſionem, is porro nec eam edit, quæ eſt de decimis reliquis.*

XVIII. Præter decimarum confeſſionem, alia adhuc erant, quæ *Johanne* ad Pontificatum evecto, mutata ſunt, quæ hac occaſione paucis quoque explicabimus.

mus. Dicitur eum abrogaſſe המעוררין *expergeſacientes* ſeu *officia excitantium ex ſomno*. Ut hoc probe intelligatur, ſciendum eſt, ſolitos fuiſſe Levitas ſingulis diebus inter reliquos hymnos, quoque ex Pſalm. xLiv. 24. modulari: *Evigila, quare dormires Domine?* Quæ verba, cum quos imperitiores offendere poſſe ſuſpicaretur Jochanan Pontifex, illamque opinionem in ipſorum animis generare, quaſi Numen æternum ſomno & quieti indulgeat, ideo ad tollendam hanc abſurditatem & perſuadendum id, quod ſcriptura diſerte Pſalm. cxxi. 4. teſtatur: *Ecce non dormitat neque dormit cuſtos Iſraelis*; ipſe abſtinere juſſit a prædicta formula. Sic explicatur in *Gemara Hieroſ. Maaſ. Scheni. fol.* xvii. *fac.* i. & apud *Cl. Wagenſeil. ad l. c. ex Sota. n.* 3. Porro idem ille Pontifex abrogavit ארין הנוקפין *ſcarificantes* ſcil. ſacrificia. Ea nempe quondam in templo obtinebat conſuetudo, ut Sacerdotes immolaturi, victimæ pellem quæ inter cornua ejus eſt, inciderent, quo ſanguis inde promanans, oculos ejus offuſcaret, ut ita victima mactationi redderetur morigera; quem vero morem Jochanan ſuſtulit, quia illa ratione vitium victimæ ineſſe videbatur; atque eapropter eodem auctore annuli ſolo templi, ad altaris exterioris ſeptentrionale latus infixi, ubi erat בירת מטבחיא *lanienà* ſeu *locus mactationis* ſanctiorum victimarum; erant horum annulorum ſemicircularium ſex ordines, quorum ſinguli quatuor annulos complectebantur, ad quos victimæ funibus alligatæ minori cum incommodo jugulari poterant. *Miſchna Middot.* iii. 5.

XIX. Tertio dicitur, hujus Pontificis Johannis tempore, *malleus non pulſabat Hieroſolymis*. Hoc potiſſimum tangit duo feſta Paſchatis nempe & Tabernaculorum, in quibus intermedii, primum inter & ultimum, dies erant minus feſti & quorum tanta, quanta aliorum non erat ſanctitas, hinc חול מועד & מיער קטן appellabantur; erant quidem hi dies aliquo modo feriati; nonnulla tamen opera, quæ incepta & niſi perficerentur, metus erat ut vitium contraherent aut plane perirent, licebat abſolvere: licebat etiam opera facere, quorum omiſſio damnum inferret & quæ ad utilitatem publicam ſpectabant: quum autem hoc privilegio omnes opifices & conſequenter etiam fabri ferrarii ante *Johannis* Pontificis tempora gauderent, & Hieroſolymis uterentur; id tamen intolerabile admodum viſum dicto Pontifici, quatenus fabros ferrarios concernit, ob mallei ſonum, qui e longinquo exauditus, & ſuſpicari faciebat Hieroſolymas petentes, nullum prorſus in diebus minus feſtis laborum eſſe ceſſationem: idcirco ſolis ferrariis fabris mallei, hiſce diebus, uſum interdixit, ceteris tamen opificibus, clam opus peragentibus, more majorum vivere permittens. Hæc tria ſunt, quæ *Jochanan* Pontifex ſuo tempore pro ſua authoritate mutavit, quorum plenior expoſitio peti poteſt apud *Cl. Wagenſeil. l. c.* Ex quibus etiam patet, quam corrupta ſtatus Eccleſiaſtici, illis temporibus fuerit conditio, quantuſque, rerum quodammodo licitarum, abuſus, quod clarius pateſiet ex iis, quæ adhuc de immutatione quoad decimas inſtituta, dicturi ſumus.

XX. Jochananis igitur Pontificis temporibus אין אדם צריך לשאול על הדמאי *non neceſſe erat ut quis inquireret de Demai*. Voce דמאי Rabbini exprimunt, *rem dubiam* ſeu *ignotam*, de qua certo non conſtat num ex ea decimæ datæ ſint nec ne? componitur ab illis ex דא & מאי *quid illud*? eſtne decimatum annon? diciturque de frugibus עם הארץ *plebejorum*. Ut autem origo hujus rei melius cognoſcatur, tenendum eſt; ante *Jochananis* tempora, pleroſque homines circa ſolvendas decimas negligentiores fuiſſe: hinc factum ut religioſiores, ægre quicquam e foro compararent, niſi prius certiores facti, an id quod emturi erant decimatum an non decimatum fuerit: ſi dubium eſſet, abſtinebant prorſus ab emtione, ne ſuo damno decimas ſolvere deberent: quippe religio erat frugibus uti, niſi primitiis ac decimis prius deſumptis. Fuerunt tamen minus adhuc religioſi, qui דמאי ſeu fruges de decimis dubias, citra ullum ſcrupulum ſibi comparabant: ut igitur *Johannes* P. M. totumque Synhedrium utrique malo conſulerent, ſtatuerunt omnes fruges a עם הארץ *plebeio* emtas pro דמאי ſeu *dubiis* haberi; de quibus tamen Thrumam decimarum & decimas ſecundas non vero Thrumam magnam, decimas primas & decimas pauperum ſolvere tenebantur.

XXI. Dicta confirmabimus & illuſtrabimus verbis *Maimonidis in Hilc. Maaſ. Scheni.* ix. i. ita ſonantibus בימי יוחנן כהן גדול שהיה אחר שמעון הצדיק שלח בירת דין ובקרו בכל גבול ישראל ומצאו שהכל זהירים בתרומה ומפרישין אותה אבל מעשר ראשון ומעשר שני ומעשר עני היו עמי הארץ מישראל מקבלין על עצמן ולא מפרישין אותן לפיכך גזרו שלא יהיה נאמן על המעשרות אלא אנשים נאמנין אבל עמי הארץ פירותיהן ספק ואין נאמנים לומר

לומר מעושרין הן וההוא נקרא דמאי והתקינו שלא יהיה אדם מפריש מן הדמאי אלא תרומת מעשר מפני שהוא עון מיתה ומעשר שני שאין בזה הפסד שהרי בעליו אוכלין אותם אבל מעשר ראשון ומעשר עני אין מפרישין מן הדמאי מפני שהוא ספק והמוציא לחבירו עליו הראיה לפיכך אומר ללוי או לעני הבא ראיה שאינו מעושר וטול מעשרות : *In diebus Jochananis Pontificis M. qui floruit post Simeonem justum* (quod auctore *Cesepb Mischnæ* ad differentiam alterius Simeonis additur , qui octoginta annos sacerdotio summo functus ac tandem Sadducæus factus fuerat) *emisit Synhedrium Magnum , ad inquirendum* (de decimis) *in singulis provinciis terræ Israelis , invenitque omnes , quoad separationem Thrumæ magnæ diligentes esse , verum decimam primam secundam & pauperis vulgus non separabat , sed sibi ipsi retinebat ; idcirco postea decretum erat , nullis in decimis tribuendam esse fidem , nisi hominibus fide dignis , fructus vero plebejorum seu vulgi semper pro dubiis habendos esse : quibus idcirco dicentibus , hi aut illi fructus sunt decimati , non habebatur fides , quorum inde fructus* דמאי dubii *vocabantur . Porro decretum fuerat , ne e re dubia separarent nisi Thrumam decimarum* (seu decimam ex decimis Sacerdotibus) *eo quod* (si segregatio ejus intermitteretur) *morte afficiebantur : similiter secundam quoque decimam* (ex Demai separare decreverunt) *nam inde dominis nullum accidit damnum , quippe qui eam ipsi comedunt ; sed decimam primam & pauperis e Demai vulgus non separabat* , quia dubium est , (impossibile enim erat Levitæ aut pauperi probare , hos fructus esse decimatos illos vero non , & juxta regulam Juris) actori incumbit probatio : *& ita consequenter Levitæ vel pauperi dicere poterat , proba mihi illos fructus non esse decimatos & tunc accipe decimas* . Hæc Maimon dilucide satis ex *Gemara Sota* , quem locum *Cl. Wagenseilius l. c. n. 4.* exhibuit , de hac historia refert.

XXII. Poterant quoque , qui decimarum solutionem declinare studebant , diversimode quoad Ezræ decretum (quod etiam a laudato Viro observatum est) excipere : si Levitæ exegerunt decimas suas primas , dicere poterant Ezram eos privilegio suo privasse : si Sacerdotes illas Levitarum , juxta Ezræ decretum postularunt , opponebant , nullo jure divino eos subnixos esse , dubitari omnino posse an Ezra id quod expressa Dei lege Levitis debebatur , Sacerdotibus concedere potuerit ; & quæ alia hujus furfuris sunt. Id saltem ex historia illorum temporum liquet , variis modis Judæos , nimium avaritiæ inhiantes , decimarum solutionem effugisse ; fraudis ejusmodi , procul dubio ad ea tempora referendæ , aliquam mentionem supra p. 91. fecimus , ubi diximus , quod si quis fructus suos non per ordinariam viam in domum intulisset , eos a decimis liberos esse , hinc fuisse tales , qui fructus per tecta aliaque loca , ne ad decimas tenerentur , intulerunt , locum ex *Gemara Babyl. Berachot fol.* xxxv. *col.* 2. ibi recitatum : totum heic inseremus : בא וראה מה בין דורות ראשונים לדורות אחרונים דורות הראשונים היו מכניסין פירותיהן דרך טרקסימן כדי לחייבם במעשר דורות האחרונים מכניסין פירותיהן דרך גגות דרך חצרות דרך קרפיפות כדי פטרן מן המעשר : *Veni & vide , quantum intersit discriminis , inter mores antiquorum & mores posteriorum . Antiqui fructus suos inferebant in ædes per illarum ostium , ut eos ad decimas de iis separandas , obligarent : at posteriores , inferebant illos per tecta , per atria , per peribola , ut a decimarum solutione eosdem immunes redderent* . O tempora o mores ! Prægnantem certe Synhedrium habebat causam , ut hisce pessimis dolis succurreretur , ejusmodi decretum publicandi.

XXIII. Licet vero de דמאי seu *rebus dubiis* , secundæ decimæ fuerint separandæ , attamen eædem leges ut in decimis ודאי seu *certis* , veluti quintæ partis in redemtione additio , remotio , comestio in luctu &c. observandæ non erant sed ab iis erant immunes ; ceu traditur *Mischna Demai* 1. 2. הדמאי אין אלא חומש ואין לא ביעור ונאכל באונן ונכנס לירושלם ויוצא ומאבדין את מעוטו בדרכים וליתנו לעם הארץ ויאכל כנגדו ומחללים אותו כסף על כסף נחשת על נחשת כסף על נחשת ונחשת על הפירות ובלבד שיחזור ויפדה את הפירות דברי ר' מאיר וחכמים אומרים יעלו הפירות ויאכלו בירושלם : *Decimis secundis dubiis in redemtione non additur quinta pars , neque in illis obtinet remotio* ביעור *a lugente comeditur . Hierosolymas illata , denuo effertur . Exigua ejus portio in itinere absumitur . Plebejo datur , ita ut juxta pretium ejus comedere possit . Profanatur mutando argentum argento , æs ære , argentum ære , æs frugibus ; adærationem quoque illarum frugum iterare potest juxta sententiam R. Meïer . Sapientes vero dixerunt , fruges Hierosolymas advehendas ibique comedendas* ; atque juxta hos quoque est הלכה *decisio* . Hæc tamen , uti pluribus in loco diximus , in secundarum decimarum certarum separatione exactissime erant observanda . Nominantur quoque *Mischna* De-

Demai. I. I. II. I. peculiares res & fruges, quæ a *Demai* liberæ vel obligatæ erant. Sed animus non eſt, omnia τῶ *Demai* jura prolixius congerere, quum iis parum vel nihil inſit utilitatis, & nonniſi ad ſpirituum defatigationem inſerviat. Integer Tractatus hac de re in *Miſchna*, דמאי ſeu *de rebus dubiis* inſcriptus, exſtat, ubi harum rerum curioſus, omnia ad ἀκμὴν uſque conſcripta deprehendet.

XXIV. Quamvis autem hocce decretum de rebus dubiis a Synhedrio publicatum fuerit, neutiquam tamen putandum eſt, non fuiſſe inter Judæos religioſiores, qui נאמנים במעשרות *fide digni eſſe de decimis*, ſtudebant: qui vero talis videri voluit, fidei ſuæ & legitimæ decimationis ſigna exhibere debuerat; de quibus *Maimon. Hilc. Maaſ. Scheni* x. I. ita loquitur: המקבל עליו להיות נאמן כמעשרות לא יהיו פירותיו דמאי צריך להיות מעשר את שהוא אוכל ואת שהוא מוכר ואת שהוא לוקח ואינה מתארח אצל עם הארץ וצריך שיקבל עליו דברים אלו ברבים וכשיבואו עדים נאמנים שקיבל דברים אלו ברבים ושהוא רגיל בהם תמיד הרי זה נאמן על פירותיו לומר מעושרין הן: *Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus de decimis, ita ut fructus ejus non habeantur Demai, eum oportet, ut omnia quæ comedit, vendit & emit, decimet; neque apud plebejum hoſpitetur: oportet quoque ut has conditiones in ſe ſuſcipiat præſentibus pluribus & ut teſtes quoque fide dignos adducat ſe has conditiones publice in ſe ſuſcepiſſe. Quod ſi talis iſtas conditiones jugiter expleat, ecce tunc de fructibus ſuis habetur fide dignus. eique dicenti, eos eſſe decimatos, creditur.* Conf. *Miſch. Demai* II. 2. Sed quum de fructibus dubiis ſermo eſt, de quibus non conſtat, decimatine ſint vel non, tantummodo הפירות הנקחים מעמי הארץ *fructus a plebeio emti*, intelliguntur, uti explicat *R. Obad. de Barten. ad Miſch. Demai.* I. I. illorum enim fructus ſemper habentur Demai. Vocantur autem עם הארץ populus terræ, vulgus, illiterati, plebeii, qui exiguam vel plane nullam vel cognitionem vel curam legis habent, facientes quicquid lubet, *Maim. ad Miſch. Pirke Avoth.* v. 7. eos ita deſcribit: עם הארץ הוא איש שיש לו מעלות המדות אבל אין לו מעלות שכליות *plebejus eſt in quo quidam morum gradus ſed non intellectus ſunt;* tales quidem quædam ad terræ conſervationem agere poſſunt, unde *populus terræ*, vocantur; hinc peſſime apud Magiſtros, qui ſe nimium ſupra vulgus extollere ſolent, audiebant. His tamen apud Judæos pejor erat בור *tardus, ſtupidus, incivilis*, a quo nil quicquam boni provenire poſſe dicunt, quamvis & עם הארץ *populum terræ*, pium eſſe negent; ſic *l. c.* II. 5. legitur אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד: *Nullus Bur timet peccatum nec populus terræ eſt pius.*

XXV. Alia tamen ratio erat hominum literatorum, quos Judæi חברים & תלמידי חכם appellare ſolent, quique τῶ עם ארץ populo terræ, opponuntur; vid. *Miſch. Thaharot.* VIII. 5. Illi, utpote de quibus ſemper præſumitur, eos, pro notitia legis qua excellere debebant, accuratos divinæ legis eſſe obſervatores, & nihil quidquam ab homine de decimis ſuſpecto emtum, ſine decimarum ſeparatione comeſturos eſſe, illi, inquam, totaque eorum familia, de decimis fidedigni habebantur, de his irerum *Maim. l. c.* §. 2. כל תלמיד חכם לעולם נאמן אינה צריך בדיקה אחריו ובניו ובני ביתו ועבדיו (ואשתו) הרי הם כמוהו תלמיד חכם שמת והניח פירות אפילו באותו היום הרי הן בחזקת מתוקנין: *Omnis diſcipulus ſapiens (ſeu literatus) ſemper fide dignus habetur, neque ulla propterea opus eſt inquiſitione, liberi ejus & domeſtici, ſervi, etiam uxor* (in aliis editionibus ואשתו non legitur) *quoque habentur ut ipſe. Literatus ſi mortuus fuerit, reliqueritque fructus, licet illo ipſo die illati, tamen præſumuntur aptati.* Sed חברים ſeu *eruditis* non licet inſervire commeſſationibus aut conviviis plebejorum, niſi prius opera omnia prius fuerint decimata: idcirco, qui literatum apud plebeii menſam adminiſtrare videt, omnia decimata eſſe ſtatim præſumere poterat. Licebat quoque fructus dubios vendere vel tranſmittere literato, utpote qui nihil quicquam de iis comedet donec decimaverit, aut certus ſit eos eſſe a viro fide digno, qui de iis decimas jam ſeparaverit. *Ibid.* XI. I. obſervandum tamen eſt, ſi quis fructus emiſſet ad ſeminandum vel vinum aut oleum, pro medicamentis, ea decreto τῶ Demai non fuiſſe obnoxia.

XXVI. Varii inſuper ſunt caſus, in *Miſchna* & apud *Maimonidem* locis citatis legendi, ex quibus videri poteſt, quam accurate procedendum fuerit in ſciſcitatione rerum dubiarum vel certo decimatarum; paucos quoſdam recenſebimus. Si quis emiſſet fructus ab aliquo, qui non eſt fide dignus de decimis, atque eos decimare oblitus fuiſſet, interim tamen ingreſſum ſit Sabbathum, tunc apud venditorem percontatur, num fructus ſint decimati, ſi affirmaverit, fidem ei quidem adhibet, comeditque

de

de fructibus durante Sabbatho, eo autem præterito, non amplius de iis comedere poterat, donec separaverat decimas Demai; ipso enim Sabbatho & die festo decimare licitum non erat; hinc quavis Sabbathi vespera accurate inquirebant, num omnia, quæ Sabbatho consumturi erant, rite decimata sint; ut legitur *Misch. Schabbath.* II. 7. שלשה דברים צריך אדם לומר בתוך ביתו ערב עם חשכה עשרתם ערבתם הדליקו את הנר ספק אינה׃ חשכה אין מעשרין את הדמאי: *Cl. Schmidio* interprete: *Tria verba unicuique in vespera Sabbathi domi suæ dicenda sunt oborientibus tenebris: decimastisne? parastisne commistionem ciborum? accendite lucernam. Si dubium fuerit obortæ sint tenebræ nec ne, non decimare amplius licet, quod decimatum esse nondum constat*: conf. *Misch. Demai.* IV. 1. Quod si ita quis, cui alias de decimis non adhibetur fides, alium vel voto quasi obstringat, ut Sabbatho secum comedat, comedit quidem cum eo Sabbatho primo, non tamen altero nisi prius decimaverit, quod pridie Sabbathi hisce verbis exequitur: *Quicquid ego separaturus sum cras decimæ esto & reliquæ decimæ proximæ. Hoc quod constitui in decimas, pro illis fiat decimarum primitiæ, decimæ autem secundæ a septentrione sunto, vel ab austro atque adærando profanatæ*. Atque ita faciendum erat, quoties aliquis ad quemdam עם ארץ *plebejum vel alium* לא נאמן במעשרות *de decimis non fide dignum*, comessatum vocatus fuerit, atque de suo, pro valore ejus quod apud hospitem comesturus est, decimas separat.

XXVII. Eadem quoque ratio erat in emtione, quicunque enim supra recensitas conditiones ut pro fide digno habeatur, in se suscepit, ab homine de decimis suspecto aliquid emit, ille de eo nullum usum licite capere potest, donec decimaverit. Quod si quispiam ingressus fuisset in urbem aliquam, ubi neminem habet cognitum, & percontetur: Quis hac in urbe fide dignus? quis hic qui decimat? & quispiam ei respondeat: Ego; talis non habebatur fide dignus. Sin dixerit hic vel ille fide dignus est; tum talis habetur fide dignus, licet emturus eum non noscat; abit ad illum rogatque, quis hic veteres seu anni præteriti fructus vendit, (non postulat de hornis, quandoquidem fieri potuisset, ut ipsi tales, de quibus Omer nondum datus erat, venderet) respondent: ipse qui te ad me misit; utcunque videantur mutuam sibi gratiam rependere, habentur tamen fide digni. Demai. l. c. IV. 6. hoc modo omnes, qui legibus de decimis satis facere & suspecti non videri volebant, procedere debuerunt.

XXVIII. Observamus id tandem adhuc de Demai juribus, ea nonnisi fructibus terræ quam reduces e Babylone inhabitarunt obtinuisse, id quod *Maimon. Hilc. Maas. Scheni* XIII. 3. ex *Misch. Demai* I. 3. hisce verbis indicavit: כשגזרו על הדמאי לא גזרו אלא על פירות הארץ שהחזיקו בה עולי בבל כלבד שהוא כזיב ולפנים וכזיב עצמו כלחוץ וכל הפירות הנמצאות מכזיב ולחוץ פטורין מן הדמאי שחזקתן הפירות מקום שנמצאו בו: *Id quod decreverunt de Demai, non decreverunt nisi* (ut obtineat) *in terra, quam occuparunt reduces Babylone tantum; id est ab urbe Csibb & intra; ipsa autem urbs Csibb habetur ut extra terram sita. Omnes igitur fructus in Csibb & extra inventi a juribus τῦ Demai liberi sunt; habentur enim pro fructibus* (illius terræ) *ubi reperti sunt*. conf. *Exercit.* V. § 8. Et hinc quoque fructus, de quibus constat eos esse ex terra a reducibus ex Babylone possessa, in Syria inventi, de Demai tenebantur, ut & fructus in Tyrum translati, ob hujus urbis viciniam respectu terræ a Judæis tum inhabitatæ, sed non fructus a negotiatoribus Tyriis emti, decreto de Demai, subiecti erant, similis ratio erat Zydoniorum aliorumque vicinorum populorum.

EXERCITATIO DECIMA.

De Ritu decimandi animalia apud Judæos.

A R G U M E N T U M.

Duplex *de rebus decimandis* Lex, *Lex de* decimis animantium. *Quænam* animalia *decimanda*. *Quid significet* בקר *& unde derivetur. Vocis* צאן explicatio *ejusque* origo; *Latinorum* Armentum *&* Grex. *Animalia etiam* vitiata *decimanda*. *Quænam a decimis* libera. Gregum *ad decimationem* conjunctio. *Explicatur* רגל בהמה רועה. *De* milliaribus *Judæorum*. *Quid* פרסה Greges dispersi *quomodo* coacti. Modus *decimandis pecora*. *Quid* transire sub virga. Modus legitimus *bestias in decimatione* numerandi *& quomodo in recensione pecorum* adhibenda *fuerit* cautela; *etiam licebat* ordine retrogrado *numerare*. *Explicantur loca* Jerem. XXXIII. 13. Ezech. XX. 37. *ex ritu decimandi pecora*. *Decimationis hujus* tempus *erat circa tria* festa majora, *& ra-*

& ratio ejus ; *explicatur vox* פרום *de decimationis* tempore Mischinici inter se conciliantur. *Tempus* imprægnationis *&* partus *pecudum*. *Decimatarum pecudum* usus. *Nullum de iis habebant* Sacerdotes, *præcipuus erat* ut offerentur *ex iis* Sacrificia. *Pecora hæc* sacrificandi modus. Sparsio sanguinis. Manus *non erant* impositæ. *Mactationis* locus. *Sacrificia diversa*, diversis locis *mactata*. *Sacrificia ex decimis* sine libamine *oblata*. Caro *horum* quomodo, a quibus, quando *&* ubi *consumenda*. *De* tempore *&* personis *ad decimas pecorum obligatis*.

I. EX divinis illis quos Deus, summus ille Νομοθέτης de monte Sinai, Mosi tulit legibus, clare edocemur duplicem de decimis latam fuisse legem; unam nempe *fruges terræ* altera autem *animalia* decimanda præcipientem. Priorem in superioribus exercitationibus, cum prolixa omnium rituum expositione, explicuimus; nunc ad alteram eodem modo describendam, nos accingimus.

II. Præcipit autem illa quænam & quomodo animalia decimari debuerint, hisce concepta verbis : וכל בקר מעשר וצאן כל אשר יעבור תחת השבט העשירי יהיה קדש ליהוה: *Et omnium decimarum boum & gregum, quæ transeunt sub virga, decimum quodque sanctum esto Domino*. Levit. xxvii. 32. Juxta hanc legem & quæ ex Judaicæ Antiquitatis scriniis petenda, dicendorum summam ad quatuor præcipuæ capita referre poterimus: i. Bestias decimandas recensebimus. ii. Decimationis modum describemus. iii. In ejus tempus inquiremus, & tandem iv. Usum bestiarum decimatarum indicabimus.

III. Primo itaque *bestiæ decimandæ* recensendæ veniunt; quales illæ fuerint ex loco Levitici jamjam recensito videre est, nominantur autem ibi duo bestiarum genera vocibus בקר & צאן. Ut autem hisce vocabulis aliquantulum immoremur operæ pretium fore putamus, quippe ex eorum accuratiori scrutinio, in cognitionem bestiarum decimatarum eo facilius pervenimus. Quoad vocem בקר denotat ea in sacris *armentum majusculum seu pecus bovile*, tum masculini, tum fœminini sexus : Ita Levit. iii. 1. *Quod si sacrificium pacificum oblatio ejus erit, quum* מן הבקר *ex bobus offert, sive marem sive fæminam*. Unde Deut. xxxii. 14. חמאת בקר *lactis bovis* & ii. Samuel xvii. 29. שפות בקר *casei bovis* id est vaccæ mentio fit; unde etiam עגל & פר vocantur בני בקר ut Levit iv. 14. פר בן בקר לחטאת cap. ix. 6. עגל בן בקר לחטאת Ezech. xlvi. 6. & passim alibi. Sed i. Sam. xiv. 32. mentio fit בקר ובני בקר ubi prius pro genere masculino & posterius pro fœminino sumendum, censeo. Habet insuper hæc vox id peculiare, quod adinstar nominis collectivi pluraliter construatur, ut Num. vii. 3. שני עשר בקר *duodecim boves*; conf. ibid. v. 17. בקר תמימים Ezech. xlvi. 6. vide etiam i. Reg. vii. 25.

IV. Quænam autem hujus vocis sit radix, inter Philologos non convenit sunt qui derivant ab Hebræorum בקר *quærere, inquirere* notante; ubi iterum id quidam referunt ad *pastorem*, quippe cujus inquisitione & cura boves opus habeant. Alii referunt ad *boves*, ac si ipsis commune esset, quod alter alterum quærat & mugitu pium affectum testetur. vid. Sam. vi. 12. Tandem sunt, qui eam ab Arabico بقر *incidere* deductam volunt ; quia شق الارض بالحراثة *terram arando proscindit*. Vid. etiam quæ ex *Damir* Scriptore Arabe protulit *Cl. Bochartus Hieroz. L.* ii. *c.* xxviii. *p.* 280. idem quoque ex hac voce בקר Latinorum *Vacca* derivatum fuisse autumat; sed *Cl. Majus in Append. ad Lexic.* Cocceji, *pecoris* vocem, mutato b. in p. deducit ; sed judicium sit penes lectorem.

V. Ad alterum, quod decimandum erat, animantium genus exprimendum sacer scriptor voce צאן utitur, quæ ex usu sacro pecus minusculum *oves* nimirum & *capras* denotat: ut Genes xxxviii. 17. Mittam hædum caprarum מן הצאן conf. cap. xxvii. 9. & præsertim Levit. i. 1. ubi dicitur, quod si cui placuerit offerre מן הצאן ex *pecore minuto*, *ex ovibus aut ex capris offeret*. Unde *R. David Kimchi in libro Radicum* dicit : הבהמה הדקה הכבשים והעזים יקראו צאן בעם בלל בלם *pecus minutum, oves nempe & capræ generali nomine* צאן *vocantur*. Et *Abarbenel Præf. Comment. in Leviticum* : הצאן והרחלים כוללית לכבשים ולעזים : *voces* רחלים & צאן *tum oves tum capros in se comprehendunt*. Commode itaque vox צאן per *gregem ovium & caprarum* vertitur, quemadmodum altera vox בקר de armentis boum &c. sumitur, unde in sacris ad utrumque bestiæ genus indicandum conjunguntur. Atque ita ferme Latini gregem ab armentis distinguunt: ut *Virg.* iv. *Georg.*

> *Hæc satis* armentis *superat pars altera curæ*,
> *Lanigeros agitare* greges, *hirtasque capellas*.

Et Ovid. iv. *Metamorph.*

Mil-

Mille greges *totidemque* armenta
per herbas pascebant.

Occurrit tamen etiam, ubi vox צאן ut *ovem* ſpeciatim ſignificans, diſtinguitur a עזים *capris*, ut 1. Sam. xxv. 2. Habet inſuper hæc vox id commune cum בקר quod ceu nomen collectivum pluraliter quoque conſtruatur, ut צאן עשׂוית 1. Sam. xxv. 18. צאן אבודות Jer. L. 6. ita Exod. xxii. 1. ארבע צאן legitur. Vid. præterea Ezech. xxxiv. 12. Neh. v. 18.

VI. Quod tamen ad hujus vocis originem attinet, ſunt qui eam a Radice יצא *exire*, quemadmodum Græcorum πρόβατον a προβαίνω, derivant; alii tamen ex eo, quod iſta vox Num. xxxii. 24. & Pſalm. viii. 7. ſcribatur & צנה

צנא eam ab Arabico صني vel صنا *ſobolescere, fœtificare & fœcundum eſſe* ſignificante, deſcendere velint, quandoquidem ovis ut pecudum pene fertiliſſima in ſacris audiat, ut Pſalm. cxliv. 13. Lxv. 14. & alibi videre eſt: unde etiam ad ovium fœcunditatem exagerandam, *Homerus Odyſſ.* δ *de Lybia*, canit:

> Τρὶς γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.

Ter enim (ibi) *pariunt oves in anno perfecto. Arias* צאן dici putavit a Syro ܓܠܕ *frigere*, quia nullum aliud ſit animal tam algoſum ac ovis, quo de etiam *Virgilius*:

> *Et multa duram ſtipulas filicumque maniplis*
> *Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat*
> *Molle pecus.*

Sed derivatio hujus vocabuli ab Arabica lingua petita, magis nobis arridet. Plura iterim legi poſſunt apud *Cl. Bochartb. l. c. P.* ii. *l.* ii. *c.* xliv. *p. m.* 432. *c.* xliv. *p.* 510.

VII. Ex duabus hiſce hactenus explicatis vocibus, quænam ex divini Legislatoris mente beſtiæ decimandæ fuerint, ſatis liquet; pecus nempe bubulum, ut boves, vaccæ, & oviarium, id eſt, oves & capræ &c. Neque aliter ſentiunt Judæorum Magiſtri, ſic enim horum facile princeps *Maimon. in Hilc. Becoroth.* viii. 1. מצוה להפריש מעשׂרה מכל בהמות טהורות שילדו לאדם שנה ושנה ואין מצוה זו נוהגת אלא בבקר ובצאן בלבד שנאמר כל מעשר בקר וצאן וגו׳ *Præceptum eſt ſeparandi decimam ex omnibus beſtiis puris, homini* (Judæo) *natis, ſingulis annis & præceptum hoc nonniſi in bobus & ovibus valet. Q. D.* (Levit. xxvii. 32. & omnem decimam bovis & ovis. Exinde autem, quod *Miſchinici* horumque imitatores, hanc decimam מעשר בהמות *decimam beſtiarum*, vocent, concludendum non eſt, eos, nomine hoc generaliori, plures beſtias decimandas ſtatuere; quum ex ultimis *Maimonidis* verbis ſatis appareat, eam ſolam ad boves & oves eſſe reſtringendam. Eodem modo *Miſch. Becoroth.* ix. 2. traditur. מעשר בהמה נוהג בבקר ובצאן *beſtiarum decima nonniſi in bobus & ovibus obtinet.*

VIII. Omnia ergo hujus generis animalia decimationi ſubjecta erant, bona fuerint ſive mala, de quo ne inquirendum quidem erat, & hinc oportebat ut הכל נכנס לדיר להתעשר *omnia intrent ſtabulum, ut decimarentur. l. c.* §. 4. ad quæ verba *R. Ob. de Bartenora*, ſic commentatur הכל לאתויי רבע ונרבע ומוקצה שהפרישוהו למקריבו לעבודה זרה ונעבד שעבדו הבהמה עצמה ואתנן זונה ומחיר כלב וטומטום ואנדרוגינוס שכל אלו אף על פי שהם פסולים לקרבן נכנסין לדיר להתעשר וכיון דלא הפקירה תורה בבעל מום לגבי מעשר כדכתיב לא יבקר בין טוב לרע: *Miſchna dicit omne intrat ſtabulum, ad includendum omne quod more quadrupedum init & initum eſt: & quod deſtinatum ad ſeparandum illud ad idololatriam aut quod jam cultui iſti inſervivit & donum meretricis & pretium canis & obturatum & androgynus, hæc omnia etſi ſint inepta ad ſacrificandum, nihilominus intrare debent ſtabulum ad decimandum, quandoquidem nihil cautum eſt in lege, de eo quod vitium contraxit de decimis, juxta id quod* (l. c.) *dicitur*: non diſquirat inter bonum & malum.

IX. Sunt tamen quædam ex his animalibus, quæ *Miſchna l. c.* a decimis libera pronuntiat: כל נכנס לדיר להתעשר חוץ מן הכלאים והטרפה ויוצא דופן ומחוסר זמן ויתום איזהו יתום כל שמתה אמו או שנשחטה *Omnes* (boves) *bovile intrare debent, ut decimentur; excipiuntur miſcellæ ſeu bigeneres, diſcerptæ, egreſſæ per latus* (matris) *temporis indigentes & orphani; ſed quodnam eſt orphanum? cuius mater mortua ſeu mactata*, dum naſceretur, ut addit *Maimonides*. A decimis quoque pecorum emtum & dono datum liberum eſt; in *Miſch. l. c.* §. 3. הלוקח או שניתן לו מתנה פטור מעשר בהמה *quod emtum eſt vel dono datum id liberum eſt a decimis.* Quod quomodo intelligendum *Maim. Hilc. Becherot.* viii. *circ. fin.* ita explicat. אין הלוקח פטור אלא אם כן נלקח אחר שנראה להתעשר לפיכך הליקח טלאים בתוך שבעה ימי הלידה כשיגיע זמנם

וסנגם חייב לעשרן שכיון שאין מחוסר זמן ראוי להתעשר הרי זה כמי שלקח עוברים ונלדו ברשותו : *Bestia emta non libera est a decimatione, nisi tum emta sit, quando jam idonea fuit, ut decimaretur: idcirco si quis emisset agnos, intra septem a partu dies, illi tenentur ad decimandum, quandoquidem tum quando eos tempus adhuc deficit, quo idonei fiunt ut decimarentur, perinde foret, quasi fœturæ in matrum alvo emtæ & deinceps in potestate sua editæ fuissent.* Ita quoque bestiæ dubiæ, a decimatione immunes habentur, de quibus iterum *Maimon. l. c.* כל בהמה שהיא ספק אם בת מעשר היא אינה בת מעשר הרי היא פטורה מן המעשר לפיכך טלאים שנתערב בהן יתום או לוקח וביוצא בהן הרי כולן פטורין מן המעשר שכל אחד מהן ספק הוא : *Omnis bestia, quæ dubia est, sive decimanda vel non decimanda, libera est a decimatione; quapropter si quibusdam agnis permixtus sit orphanus aut bestia emta & his similis, omnes liberæ sunt a decimatione, quia dubium est de singulis:* non enim certo constat qualisnam inter agnos istos sit orphanus, orphanus autem quemadmodum diximus immunis est a decimis ut & agni emti.

X. Hactenus de bestiis decimandis, tum ex lege divina tum Judæorum monumentis diximus: sequitur jam, ut juxta methodum nobis præscriptam, *modum* decimandi explicemus: antequam autem omnes ejus ritus accuratius describere aggredimur, præmittenda nonnulla erunt, de conjunctione dissitarum gregum, ad decimationem. De ea Mischnici *Tract. Bechorot.* IX. 2. hæc tradunt: מעשר בהמה מצטרף במלוא רגל בהמה רועה וכמה היא רגל בהמה רועה ששה עשר מיל היה בין אלו ואלו שלשים ושנים מיל אינה מצטרפין היה לא באמצע מביא ומעשרן באמצע : *Decimæ bestiarum conjunguntur juxta plenitudinem pedis pecoris pastoris. Quantus autem est pes pecoris pedis pastoris? Sedecim milliarium. Si vero inter unum & alterum* (pastorem) *sint triginta duo milliaria, non conjunguntur: si habeat* (bestias) *in medio, adducit decimatque in medio?* Quid vero proprie sit, *plenitudo pedis pecoris pascentis* discere possumus ex *Comment. R. Obad. de Bartenora*: כמו שיכולה להשתמר ברועה אחד בשהבהמה רועה ומתרחקות זו מזו והיינו שש עשרה מיל ובהכי שלטא עינא דרועה : *Quousque ab uno pastore bestiæ pascentes custodiri possunt & quousque sese diffundunt, ejusmodi vero spatium sexdecim milliarium est, quoniam eo dominantur oculi pastoris;* hoc est, visu suo eo pertingit pastor: Eadem leguntur apud *Raschium ad h. l. Mischnicum.*

XI. Certe plus quam lynceos, Hebræorum pastores habuisse oportet oculos, si iis adusque XVI. milliarium spatium pertingere potuerunt. Sed quis non videt alia heic intelligenda esse milliaria, quam vel Germanorum vel Helvetiorum sunt. Habebant autem Judæi duplicis generis *milliaria*, alia *majora* alia *minora*: Mil *minus* constabat mille cubitis, *majus* autem bis mille; פרסה vero octo mille cubitis; unde conficitur מיל quartam τῆς פרסה esse partem. Sic etiam *Maim. Hilcot. Thephiloth. cap.* IV. אם היה בינו ובין המים ארבע מילין שהם שמונת אלפים אמה : *Si inter ipsum & aquam quatuor sint milliaria, quæ* VIII. *mille cubitis constant.* Sedecim itaque milliaria, quousque, ex Rabbinorum sensu pastorum oculi dominabantur, conficere quatuor פרסאות seu 32000. cubitos, clare patet; hinc parosa propemodum, cum milliari Germanico conveniret: adeo vero incredibile non est, ad IV. usque milliaria visu pertingere, præsertim quum consideretur, pastores greges suos in loca montana ad eos pascendum ibi, duxisse: quod adhuc in alpibus patriis observari potest, de quorum apicibus, nisi altiores obstent montes, ad IV. etiam milliaria facile prospicitur.

XII. Redeamus e diverticulo in viam. Qui itaque, diversos greges per sexdecim milliaria ab invicem separatos habet, illos in medio conjungere atque in unum stabulum cogere debebat: Sic enim *Maimon. Hilc. Becoroth.* VII. *post init*: היו שלשה עדרים בין כל אחד ואחד י״ו מיל הרי שלשתן מצטרפין כיצד היו תשעה מכאן ותשעה מכאן ואחד באמצע הרי שלשתן מצטרפין לדיר להתעשר : *Si quis habeat tres greges, qui singuli* XVI. *milliaribus distant; tunc omnes tres conjunguntur. Quomodo? si novem* (pecora) *habebat hic & totidem illic, unum autem in medio, tunc omnia in unum stabulum, ut decimarentur, conjunguntur.* Quod si autem quis pecudes in diversis locis, ultra XVI. milliaria a se distantibus, habeat, non tenebatur eas in unum stabulum cogere, & longius dissitæ immunes erant a decimis, *idem l. c.* אינה צריך לצרף כל בהמה שנולדה ברשותו לדיר אחד אלא מצטרף כל עדר ועדר לבדו היו לו ה׳ טלאים בירושלים וחמשי טלאים בנבו אין מצטרפין וכלן פטורין מן המעשר וכמה היה בין אלו לאלו ויצטרפו י״ו מיל : *Non necesse est conjungere omnes bestias, in sua potestate natas in unum stabulum, sed quivis grex singulatim conjungi*

jungi poteſt : Igitur ſi quis babeat quinque agnos Hieroſolymis totidemque in Aco, bi non conjunguntur , ſed liberi ſunt a decimatione ; non enim aliter conjungendi ſunt , niſi non ultra ſexdecim milliaria ſeparati ſint . Urbs hæc *Aco* de qua Jud. I. 31. poſtea appellata Ptolemais, erat maritima Galilææ in magno campo ſita , montibuſque circumdata , plus quam XVI. milliaribus ab Hieroſolymis diſtabat ; Vid. *Joſeph. de B. J. L.* II. *c.* XVII. *p.* 790. Sed de diverſis & per Jordanem ſeparatis gregibus , diſputatur apud Rabbinos : ſententia *R. Mejer Miſch. Becor. l. c.* hæc eſt : רבי מאיר אומר הירדן מפסיק המעשר בהמה : *Rabi Mejer dicit , Jordan dividit , quoad decimationem beſtiarum* ; hoc eſt, interprete *R. Obad. de Bartenora* : שאם היו לו חומש מכאן וחומש בהמורה מכאן וירדן באמצע אין מצטרפין ופטורות : *Si quis babeat quinque beſtias eis & totidem trans jordanem , ſic ut Jordan ſit in medio , eas conjungere non tenetur ſed liberæ ſunt* . Verum in *Gemar. Babyl. Bechorot. ſol.* LV. *col.* I. ita quidam limitat : א״ר אמי לא שנו אלא שאין שם גשר אבל יש שם גשר גשר מצרפן : *Dixit R. Ammi* , (verba R. Mejer) *aliud nihil velle , quam ſi nullus ſit pons , ſi autem ſit pons , pontem omnino conjungere beſtias*. Plura ibi videri poſſunt , quæ prolixius circa hanc quæſtionem diſputantur . Saltem juxta ſententiam Rabi Mejer , commentatores Miſchnici , *Maimon* & *Bartenora* , non decidunt ; forſan illi verba *R. Mejer* , non cum limitatione a *Rabbi Ammi* prolata , ſed ſicuti jacent , conſiderarunt . Hæc autem de gregum conjunctione , ante decimationem erant obſervanda .

XIII. Nunc ad ipſum decimationis *ritum* plenius deſcribendum pervenimus. Ille autem Levit. XXVII. 32. per עבר תחת שבט *tranſire ſub virga* , deſcribitur . Pauca verba , quorum tamen ſenſum Judæorum Magiſtri , prolixius nobis exponunt . Ita enim *Miſchnici Tract. Becoroth.* IX. 7. ritum , pecora decimandi , deſcribunt : כיצר מעשרן כנסין לדיר ועשה להן פתח קטן כדי שלא יהיו שנים יכולין לצאת לאחר ומונה בשבט אחד שנים שלשה ארבע חמשה ששה שבעה שמונה תשעה והיוצא עשירי סוקרו בסקרא ויאמר הרי זה מעשר : *Quomodo* (animantia) *iſta decimant? cogunt ea in ſtabulum , faciuntque in illo oſtium parvum , ne accidat , ut duo ſimul exire poſſint , numerantque virga ; unum , duo , tria , quatuor , quinque , ſex , ſeptem , octo , novem , decimum quod exit minio tingunt dicendo: Ecce bæc eſt decima*. Ut autem hæc animantia eo libentius & ſine ulla coactione exirent , eorum matres extra ſtabulum ſiſtebantur , quorum planctu mota egrediebantur : ſic enim *Rambam Hilc. Bechor.* VII. *poſt. init.* ſcribit : כונס כל הטלאים או כל העגלים לדיר ועושה לו פתח קטן כדי שלא יצאו שנים כאחר ואמותיהן מעמיר מבחוץ והן נועות כדי שישמעו הטלאים קולן ויצאו מן הדיר לקראתן שנ׳ כל אשר יעבור תחת השבט שיעבור מעצמו ולא שיוצאו מידו : *Cogit agnos decimaturus , aut vitulos intra ſtabulum , facitque ibi oſtiolum ne duo ſimul exeant : matres autem eorum ſiſtebantur extra , quæ plangebant ut ex auditu earum vocum e ſtabulo exeant* ; Q. D. omne quod tranſit ſub virga : *boc eſt , ut illi ipſi tranſeant , non vero manu tracti egrediantur*. Mirum adeoque eſt *Cl. Goodvvin. in Moſ. & Abar. L.* VI. *cap.* III. ex *Jarchio* & *Maimonide* , ſcribere , canes ante oſtium ovilis ſtetiſſe , ut oves audientes ipſorum latratus ordine prodeant ; ſed de hiſce canibus neuter (neque alii ex Judæis) ne γρῦ quidem memorant , ceu jam allata *Maimonidis* verba , teſtantur ; neque aliter *Jarchius* (cujus commentarios in Pentateuchum *Ampliſſimus Breithauptus* , Celebris ille *Joſephi Gorionidis* interpres , latina veſte indutum , publico haud ita pridem communicavit , qui etiam nullius variantis lectionis in Jarchii commentariis , quas ex probatioribus codicibus , magna diligentia collegit , mentionem fecit) qui in his ritibus cum ceteris conſentit , ſed hunc errorem jam notavit *Cl. Hottingerus in notis ad Goodvvin. p. m.* 874.

XIV. Atque hunc numerationis ritum adeo neceſſarium perhibent Judæi , ut eo rite non adhibito , decimationem ne quidem legitimam , cenſeant ; ſic ſi quis ex grege ſuo centum ovibus conſtante , decem , ſed non ſolenniter numeratas , ſegregaſſet , eæ pro decimis non habebantur , de quo *Miſch. loc. cit.* ita fatur היה לו מאה ונוטל עשרה ונטל אין זה מעשר *ſi quis babeat centum* (oves) *vel decem de quibus unam* (neglecta recenſione) *ſeparavit , bæc non babetur pro decima*. Ad quæ verba *Rabi Obad. de Barten.* ita comentatur בלא מנין אין זה מעשר דכתיב העשיר והיה קדש ואין זה עשירי *ſi nempe ſeparaverit non vero numeraverit , non eſt decima* Q. D. Decimum ſanctum eſto ; *bæc autem non eſt decima* , quia non numeravit . Licet autem quandoque accidat , ut beſtias neque baculo minio tincto coloraverit , neque virga numeraverit , ſed modo ſtantes vel cubantes decimaverit , hæc decimatio legitima habebatur ; ſic

denuo

denuo *Mischna l. c.* לא סקרו בסקרא ולא מנאם בשבט או שמנאם רבוצים או עומדים הרי אלו מעושרים: *Quod si non signaverit minio, neque virga numeraverit, aut numeraverit cubantes vel stantes, ecce eæ decimatæ habentur.* Hocce modo omnes bestiæ in stabulum coactæ numero recensendæ & decimandæ erant, donec pauciores quam decem (qui numerus ad decimanda pecora idoneus erat) restant; & quamvis quis novisset quasdam superfuturas, nihilominus omnes in stabulum erant cogendæ; *Maim. l. c.* VII. *fin.* הכניס כל הצאן או הבקר לדיר והתחיל למנות ולקדש עשירי עד שנשאר בתוך לדיר פחות מי' הרי זה מניחן לגורן אחר ואף על פי שהוא יודע שאלו ישארו במניין חיים להכניס הכל לדיר והנשאר ישאר: *Coactis ita ovibus aut bovibus in stabulum, incipit numerare & sanctificare decimam, donec restent in stabulo pauciores, quam decem, seponendæ ad aliam aream. Et illis, quæ postea prognatæ sunt conjunguntur, decimanturque omnes in area proxime insequente; quamvis etiam scivisset aliquas fore reliquas in numerando, tamen omnes in stabulum cogere tenebatur* &c.

XV. Sed in numerandis his animalibus decimandis exacte procedendum, omnisque adhibenda erat cautela, ne in recensione errorem quendam committat; ne nempe, si duo ex stabulo prosiliant ut unum, aut octavum decimum vel duodecimum, decimum numeret. Qua de re audire lubet *Maim. l. c.* VIII. I. הסכניס צאן לדיר והתחילה לצאת אחד אחד והוא מונה כמו שבארנו וטעה במנין וקורה לשמיני או שלטטה ממנו עשירי או שקרא לשנים עשר או שלמעלה ממנו עשירי לא נתקדשו: *Ex quo pecudes jam coactæ sunt in stabulum, eæque jam singulatim egredi cœperunt, numerat eo, quo exposuimus modo; si vero in recensendo erraverit, & octavam vel inferiorem aliquam numero, decimam; aut duodecimam sive superiorem quandam numero, vocaverit decimam, eæ non habentur consecratæ.* Aliter tamen constitutum est, si numerans nonam decimam, aut decimam nonam, vel undecimam decimam nuncupaverit, tum enim omnes consecratæ habebantur: קרא לתשיעי עשירי ולעשירי תשיעי ולאחד עשר עשירי בין בטעות בין בכוונה שלשתן מקדשין: *Si nonam decimam aut decimam nonam, vel undecimam decimam, sive per errorem sive de industria vocaverit, tamen omnes tres consecratæ sunt*, & pro decimis habentur. *ibid.*

XVI. Harum vero per errorem decimatarum pecudum singularis erat ratio; etenim eæ partim vitio affectæ comedi, partim in sacrificium pacificum offerri poterant; quod *Maimonid.* verbis describemus: והיאך דינם התשיעי אינה קרב אלא יאכל במומה והעשירי מעשר והא' עשר יקרב שלמים וטעון נסכין כשלמים ואינה עושה תמורה מפני שהוא עצמו כתמורה בסרה רברים אומרים כשהירה המנרה הוא בעל הבהמות שליה לעשרה לו וטעה בין בתשיעי בין באחד עשר אין מתקדש אלא העשירי הודאי בלבד שלא עשאהו שליח לטעות ולהפסיד אלא לקדש כראוי: *Harum pecudum* (nempe per errorem decimatarum) *hæc sunt jura: Nona non afferebatur in sacrificium sed vitio affecta comedebatur; decima autem habebatur pro decima; verum undecima offerebatur in sacrificium pacificum, additis libaminibus in pacificis addere solitis, nullamque fecit mutationem, quoniam illa per se jam erat mutata. Sed quomodo hæc verba dicta sunt? quando ille qui numerat, ipse pecudum sit possessor; si vero substituerit legatum aliquem, qui suo nomine decimaret, & ille, sive in nona sive in undecima erraverit, consecratæ non habentur, nisi tantum illa, quæ certo decima est; quia non ea intentione legatum substituit, ut erret in recensendo, sibique consequenter noceat, sed ut rite consecret.* Vide etiam *Mischna Becoroth.* IX. 8. ubi ejusmodi Regula Generalis, de erronea numeratione traditur: כל שלא נעקר שם עשירי ממנו אין אחד עשר מקודש *a quacunque bestia non eradicatum nomen decimæ, undecima non habetur consecrata;* hoc est quando decima sola exiit, eam etsi non vocaverit decimam, sed undecimam denuo vocarit decimam, undecima consecrata non est, sed decima per se consecratur licet eam non vocaverit.

XVII. Juxta hunc quoque canonem, bestiæ, ordine retrogrado numerari poterant; ut si quis primam decimam & hanc primam dixerit, ejusmodi recensio rata habebatur. *Maim. l. c.* מנאן למפרע כגון שיוצא ראשון ואמר עשרה ויוצא שני ואמר תשעה עד שיוצא העשירי ומונו אחד הרי זה קודש שהעשירי מאיליו נתקדש *Si quis pecudes præpostere numeraverit v. g. quando exierit prima, & decimator dixerit, decima; secunda, dixeritque nona; tandem exeat decima, quam numerat pro prima, ecce ea est sancta, ut decimæ, quoniam decima per se consecrata.* Possemus adhuc plura alia de exacta recensione in decimatione observanda proferre, sed quia nimis prolixa & nullius utilitatis fore puto, malo iis supersedere: qui vero curiosior erit, commentatores Mischnicos *Maimonidem*, *Bartenoram*,

ram, *Jom Tobbum*, ad *Misch. Bechorot*; præsertim autem *Gem. Babylon. Bechorot. fol.* LX. *col.* I. evolvere poterit. Id unicum adhoc ex *Maimonide l. c.* addimus: היה מונה והפסיק המניין מפני חבירו שדיבר עמו או שחשכו לילי שבת הרי זה חוזר ומשלי' מניינו אחר: *Si numerans, in numeratione sua propter confabulationem cum socio aut adveniente vespera Sabbathi impeditus fueris, ille denuo decimationem instituit & postea absolvit.*

XVIII. Hosce vero ritus, in pecorum decimatione accuratissime observandos, phrasi עבר תחת השבט *transire sub virga*, indigitatos fuisse, Judæi tradunt, ex quibus quoque duo alia Sacræ Scripturæ loca explicare solent. Prior exstat Jerem. XXXIII. 13. *In civitatibus montanis, in civitatibus humilis loci & in civitatibus australis plagæ & in terra Benjaminis, ac in locis circumjacentibus Jeruschalaim, denique in civitatibus Jehudæ:* עד תעברנה הצאן על ידי מונה אמר יהוה: *Adhuc transibunt greges opera numerantis, ait Dominus.* Alter Ezech. XX. 37. והעברתי אתכם תחת השבט והבאתי אתכם במסרת הברית: *Et transire faciam vos sub virga, ut inducam vos ad exhibitionem fœderis.* Quibus in locis, ad ritum decimandi pecora jam explicatum, respici, multi præprimis Judæi putant; hoc modo *R. David Kimchi* Ezechielis locum explicat. Alii tamen, quos inter est *Cl. Bochartus Hieroz. P.* I. *Lib.* II. *cap.* XLIV. *p.* 459. iis verbis numerationem a villico præsente domino institutam, quum pecudes caulam ingrediuntur, indicari existimant; solebant enim qui accurati erant, pecus bis quotidie, mane nempe, dum ad pascua vadit & vespera dum inde revertitur, numerare, quemadmodum *Servius* ad illud *Virg. Eclog.* III.

> Bisque die numerant *ambo pecus alter & hœdos.*

tradit. Hinc laudatos vir, quique ipsi assentiuntur, locis citatis etiam illo Levit. XXVII. 32. non ad pecoris enumerationem ab decimarum exactore facta, sed potius ad illam armentorum & gregum numerationem, quando illorum numerus domino præsente subducebatur respici, volunt & tum oves sub virga transire dici, quando eas pastor in ovile ingredientes extrema virga tactas, recensebat; atque ita vocem שבט pro uno ex כלי הרועים *vasis pastorum*, ut aliquoties in sacro Codice, quod alias nomine מקל venit, sumunt.

XIX. Postquam hucusque de bestiis decimandis, deque eas decimandi modo, sufficienter, ut putamus, diximus, nunc

ad decimationis harum *tempus*, qua nempe anni parte fieri censueverit, pergimus. Id autem R. Aquiba *Misch. Bechor.* IX. 5. ita definit: שלש גרנות למעשר בהמה בפרס הפסח בפרס העצרת בפרס החג: *Tres areæ sunt ad decimanda pecora, in dimidio festi Paschatis, dimidio festi Pentecostes & dimidio festi Tabernaculorum.* Conf. *Misch. Schekalim* III. I. quamvis alii sint; qui tempora aliter definiverunt, hæc tamen R. Aquibæ sententia ceteris omnibus prævaluit. Ut autem hocce decimationis tempus rectius cognoscatur, observari debet; solitos fuisse Judæos per XXX. ante tria solemniora festa dies, jura ritusque horum festorum tractare, cujus medium tempus, hoc est, quivis XV. dies hæc festa præcedens פרס seu פרוסה vocabant; uti id explicat *R. Obad. de Barten. ad l. c.* ט״ו יום קודם המועד קרי פרס המועד לפי של' יום קודם הרגל שאלים ודרשים בהלכות הרגל ופרס הוא לשון פרוסה דהיינו חצי *Decimus quintus dies ante festum vocatur dimidium festi; XXX. enim diebus ante quodvis solemne festum de constitutionibus festi disputare & disquirere solebant & media eorum pars vocatur* פרוסה *quod est dimidium.* Notanda hic est *Cl. Othonis* hallucinatio, vocem פרוכה in versione *Tr. Schekal. l. c. per semestre spatium*, contra omnem authoritatem vertentis.

XX. De tribus autem hisce bestias decimandi aeris, & ratione quare ad dicta tempora definitæ, clarius *Maimon. Hilc. Bechor.* VI. 8. exprimit: קבעו חכמים שלשה זמנים בשנה למעשר בהמה ושהגיע זמן מהן אסור לו למכור או לשחוט עד שיעשר ואם שחט הרי זה מותר ואלו הן השלשה זמנים ביום ט״ו קודם הפסח וביום ט״ו קודם העצרת וביום ט״ו קודם החג וכל זמן מאלו נקרא גורן מעשר בהמה נמצאת אומר שהגרנות של מעשר בהמה ביום אחרון מחדש אדר וביום ל״ה מספירת העומר וביום אחרון מחדש אלול ולמה קבעו הגרנות בימים אלו כדי שתהיינה הבהמות מצויות לעולי רגלים שאף על פי שמותר למכור קודם שיעשר ויעשו הסצורה: *Sapienses triplex tempus, quo bestiæ decimarentur, determinarunt, quo accedente eas neque vendere neque mactare fas erat, priusquam decimarentur, quamvis si aliquam antea mactasset, ea ad cibum uti licebat. Tria autem illa tempora hæc sunt: dies* XV. *ante Pascha*, XV. *ante Pentecosten*, XV. *ante festum Tabernaculorum, & unumquodque horum temporum, area decimationis pecudum vocabatur. Incidebant autem istæ areæ decimandi pecudes, in ultimum diem mensis Adar*, XXXV. *diem post libatum manipulum novarum frugum & diem ultimum mensis Elul. Quod autem illæ*

areæ in hasce dies constituerentur, hæc ratio est, ut copia pecudum suppeteret iis, qui celebraturi solemnia festa Hierosolymas ascendebant: Licet enim pecudes, ceu ante dictum, venire prius, quam decimarentur fas esset, tamen unumquemque, ne pecora sua nisi rite decimata produceret, religio officii deterrebat. Quod autem hæc tria tempora decimationis גרנות vocentur, id fit respectu habito, ad *aream* frumenti terræ decimandi, quemadmodum enim, postquam area proventus decimandi accessit, de eo edere, donec decimaverant non licuit, ita quoque tribus istis temporibus, quibus bestiæ decimandæ, eas vel vendere vel mactare, quamvis liceret, non solebant, quia plerique præceptis Dei satisfacere malebant, quamprimum tempus advenerat, maxime quum id sine damno fieri potuerit, ipse enim dominus has decimas comedebat, ut inposterum pluribus dicemus. Vid. *Gem. Hierof. Rosch Haschan. fol.* LVI. *col.* 4. *Hierof. Sekal. fol. m.* VI. *f.* 2. *Gemara Babylon. Bechoros.* LVIII. I.

XXI. Ceterum aliud & nonnisi unicum decimationis pecudum tempus constitutum legitur *Misch. Rosch Hasch.* I. I. באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה *Primo die mensis Elul novus annus est pecora decimandi.* Quæ verba illis ex *Tract. Bechor.* allatis contrariari videntur: *Cl. Hotting. ad h. l.* notat: *At forte aliquis dicet, quomodo ergo loca ista sunt concilianda, nam contrariari ista videtur; sed facillimo negotio hæc expediri possunt, nam in hac nostra Misna agitur de anni principio pro pecudum decimatione, hoc est de natis in isto anno, quia, ut Bartenora annotat,* אין מעשרין מן הנולדים בשנה זו על הנולדים בחברתה: Non decimabant natas istius anni cum natis anni sequentis: *Ibi in Tractatu Thalmudico Bechoros, de temporibus decimandi in gratiam ad festa ascendentium loquuntur, non quod præcise ter quotannis separare tenebantur.* Atque hoc modo Mischnici inter se conveniunt, mensisque Elul novilunium initium anni pro pecudibus decimandis constitutum: sic ut ovis eo anno nata diceretur, quæ inter initium unius Elul & initium alterius nata esset. Vid. *Misch. Bechoros.* IX. 5. & *Maim. l. c.* §. 7. Quod autem hujus mensis novilunio decimationis pecorum tempus constitutum fuerit, id ex analogia hujus decimationis cum decimis frugum, factum refertur, eæ enim opere earum rite perfecto segregari consueverunt, ita quoque pecora decimanda, ex quo illa ad decimandum perfecta & idonea sunt, quod in mense Elul fieri, Judæi tradunt, quoniam in mense Abh parere soleant: quod de in *Gem. Babyl. Rosch Hasch. fol.* IX. *col.* I. ex Psalm. LXV. 14. prolixa habetur disputatio, repetita a *Bartenora ad Misch. Rosch Haschana* I. I. constituunt enim impraegnationis pecoris oviarii tempus in mense Adar; illudque חמשה חדשים *quinque mensium* esse, in *Tosepb. Rosch Hasch. ad l. c.* legitur; hinc partus tempus incidit in mensem Abh & decimationis novilunium Elul.

XXI. Jam ad quartam Exercitationis hujus partem, qua *usus* decimatarum bestiarum proferendus erit, progredimur. De quo *Maim. ad Mischn. Maas. Scheni* I. 2. ita infit: מעשר בהמה דינו שאוכלים אותם בעליו בירושלם כמו מ״ש אחר שקריבין ממנו חלבו ודמו לפי שהוא קודש ואם נולד בו מום אוכלים אותו בעליו בכל מקום לפי שאינם ראוי לקרבן: *Decimarum pecudis jus est, ut comedatur a possessoribus suis Hierosolymis, ad instar decimæ secundæ, postquam nempe obtulerint adipem sanguinemque ejus, quoniam sanctitas sunt. Si autem forte vitium contraxerit, comeditur a dominis suis ubivis locorum, quia ad sacrificaudum inepta est.* Adeoque in harum pecudum oblatione אין לכהנים בו כלום *sacerdotes nihil quicquam habent;* ut *idem Hilc. Bechor.* VI. dicit, omnis enim usus earum, juxta jus quod in decimis quoque secundis obtinebat, in possessores redundabat. Præcipuus ergo usus bestiatum decimatarum erat, ut offerantur in sacrificium, quemadmodum expresse sacrificium vocantur, eoque respectu sacrificiis avium præferuntur, quemadmodum videre est, *Misch. Zevach.* x. 3. המעשר קודם לעופות מפני שהוא זבח *decimæ præcedunt avium* (sacrificia) *quoniam sunt sacrificium.* Ad quæ verba *Bartenora* זביחה סכין ועוף במליקה זבחים חשיבי *decimæ sacrificium sunt, quia cultro* (mactatorio) *mactantur, aves vero unguesectione, quæ vero mactantur sunt excellentiora sacrificia.*

XXIII. Sed ut decimatorum animantium sacrificium paullo prolixius describamus, operæ pretium fore putamus. Solent vulgo Judæi (ut alias distinctiones, apud *Cl. Reland. Antiqq. Hebr. p.* 279. legendas, ultro taceamus) sacrificia in קדשים קדשים *sancta sanctissima* & קדשים קלים *minus sancta* distinguere; illa sunt: Holocausta omnia, sacrificia piacularia omnia, sacrificia salutaria publica. Hæc autem: salutaria privatorum hominum, primogenita animantium, decima eorundem & agnus Pa-

Paschalis. Quæ sacrificia ut in sanctitate ita quoque variis in ritibus quammaxime differunt: scilicet *sacrificia sanctissima* mactabantur ad septentrionem altaris, *minus sancta* vero ad ortum vel austrum; *sanctissimorum*, sive publicorum sive privatorum, pelles erant Sacerdotum exceptis victimis piacularibus integre comburendis; sed *minus sanctorum* redibant ad dominos: *sanctissimis*, aut vesci omnino non licuit, aut solis Sacerdotibus masculis & quidem in loco sancto, hoc est, atrio magno, verum *minus sanctis* viri & fœminæ vescebantur, etiam in urbe Hierosolymitana, exceptis sacrificiis primogenitorum animantium, quibus soli Sacerdotes vescebantur. Hæc in genere de sacrificiorum differentia præmittere lubuit.

XXIV. Sacrificium vero illud, quod describendum nobis est, ad *minus sancta* pertinet, quorum offerendi ritus in plurimis conveniunt, sic, ut ex descriptione sacrificiorum ex decimis animantium, eodem labore, in cognitionem sacrificiorum primogenitorum & agni Paschalis pervenire possimus. De his sacrificiis *Mischna Zebbach.* v. 8. hæc leguntur: הבכור והמעשר והפסח קרשים קלים שחיטתן בכל מקום בעזרה ודמן טעון מתנה אחת ובלבד שיתן כנגד היסוד וגו׳: *Primogenitum, decima & Pascha sancta levia sunt, quæ ubivis in atrio mactari possunt & sanguis eorum nonnisi una sparsione & quidem versus fundamentum altaris spargi debet*. Hoc autem sacrificium *Maimon. Tr. de Sacrificiis.* IX. 25. prolixius ita describit: כיצד מעשה הבכור והמעשר והפסח אחר שזרק דמו כמו שבארנו מפשיט ומוציא האמורים ומולחן ומקטירין ושאר בשר הבכור נאכל לכהנים ושאר בשר המעשר נאכל לבעלים ושאר בשר הפסח נאכל למנויו להלכותיו: *Quomodo primogenitorum, decimarum & agni Paschalis sacrificium fiebat? Eo quo sparsus est sanguis, eo quo supra diximus modo, illa excoriabantur, horumque exta extrahebantur & sale adspersa adolebantur, tum reliqua primogeniti caro a Sacerdotibus, reliqua autem decimarum a possessoribus, reliqua tandem agni Paschalis ab illis, qui ipsi annumerati erant, rite comedebatur*. De sparsione autem sanguinis horum sacrificiorum, quæ unica tantum requirebatur, idem ille l. c. §. 17. הבכור והמעשר והפסח כל אחד מהן טעון מתנ׳ אחת כשפיכה כנגד יסוד כאי זה רוח שירצה משלש זויות המזבח שהרי קרן מזרחית דרומי׳ לא היה לה יסוד כמו שבארנו ומנין שאינן טעונין אלא מתנה אחת שהרי נאמר בבכור ואת דמם תזרוק על המזבח מפי השמועה למדו שהוא הדין המעשר

והפסח שנותן דמו מתנה אחר: Interprete Lud. de Veil. *Animantium primogenitorum, decimarum & agni Paschalis suus cujusque sanguis unicam requirebat duntaxat sparsionem. Nimirum fundebatur contra fundamentum in quovis ex tribus altaris cornibus: nam altaris cornu meridiei & orienti medium fundamento caruisse, supra posuimus. Quod autem horum cujusque sanguis, unam duntaxat requirebat sparsionem, inde cognoscitur, quod de primogenitis* (Num. XVIII. 17.) *dictum est:* Sanguinem tantum eorum fundes super altare; *atque decimarum & agni Paschalis itidem ac de primogenitorum sanguine sparsionem duntaxat unam esse faciendam, auditione acceperunt*. Conf. *Misch. Zebbach.* v. 8. omnibus vero sacrificiis aliarum bestiarum a privato sive ex debito sive sponte oblatis, adhucdum vivis manus imponendæ erant, juxta Lev. III. 2. Sed hic iterum decimarum sacrificia, cum primogenitis & agno Paschali, commune habebant, quod iis non impositæ fuerint manus. Maimon. ibid. III. 8.

XXV. De mactationis *loco*, eum pro diversa sacrificiorum specie, variare, jam diximus; & quidem, quod *sanctissima* ad Septentrionale altaris latus fuerint mactata, minus autem sancta mactandi locus, totum constituitur atrium. *Misch. Zebbach.* v. 1. cujus rei ratio ab *Maim. l. c.* §. IV. hæc redditur: ומניין ששוחטין קרשים קלים בכל העזרה ואפילו אחורי ההיכל שהרי נאמר בשלמים ושחטו פתח אהל מועד להכשיר כל הרוחות שהרי לא ייחר להם רוח והוא הדין לשאר קרשים קלים ואם שחטם בהיכל כשרים אבל אם שחטם בגגו של היכל פסולים שאין הגגות ראויות לשחיטה כלל אלא בקרקע העזרה: *Quod autem* (sacrificia) *minus sancta in toto atrio mactari potuerint etiam post templum, ex eo probatur, quod de sacrificiis pacificis* (Levit. III. 2.) *scribitur:* & immolabitis ad ostium tentorii conventus, *ita omnia latera licita pronuntientur, quoniam nullius singularis lateris mentio fit. Id jus est reliquorum sanctorum levium. Quod si autem mactaverit ea in ipso Templo, nihilominus licita, si vero mactaverit in tecto templi illicita habebantur, quoniam tectum nullatenus mactationi convenit, sed nonnisi solum atrii*. Quæ hic de loco mactationis sacrificiorum levium in genere ex *Maimonide* produximus, ea etiam in specie de mactatione bestiarum decimatarum, quippe quarum sanctitas levibus similis habetur, intelligenda sunt, scilicet eas in quovis atrii loco & altaris latere, excepto Septentrionali, mactari

potuisse. Ad oblationem quoque quorundam sacrificiorum quadrupedum, jungebantur נסכים *libamina*, scilicet לעולת בהמה ושלמים *holocausti quadrupedum* (non avium) *& sacrificiis salutaribus*, non autem piacularibus & pro delicto, nisi solius leprosi, neque etiam sacrificiis primogenitorum, decimarum & agni Paschalis, sicuti id explicat *R. Abarbenel praef. ad Leviticum* cap. II. וכן אמרו כל הבא בנדר או נדבה טעון נסכים יצאו חטאות ואשמות שאינם באים בנדר ונדבה שאינה טעונים נסכים ומטעם זה לא היו חייבים נסכים הבכור והמעשר בהמה ולא הפסח שאינם באים בנדר ונדבה : *Ita quoque traditum est omnia* (sacrificia) *facta vel ex voto vel sponte, requirere libamina ; excipiuntur tamen sacrificia pro peccato & pro reatu, quippe quae neque ex voto neque sponte fiebant & idcirco nulla libamina requirebant ; Et ideo etiam ad libamina non tenebantur, neque* (sacrificia) *primogeniti, neque decimae, neque agni Paschalis quoniam & illa neque ex voto neque sponte fiebant*. Conf. *Misch. Menachot.* IX. 6. *Maim. l. c.* II. 2.

XXVI. Multa quidem hactenus, verum nondum omnia quae ad hoc sacrificium pertinent, diximus, quippe quaedam de horum sacrificiorum *carne comedenda*, dicenda restant ; id enim jam supra praemonuimus, omnem harum bestiarum usum possessoribus cedere. Primo observandum est *comestionis tempus*, dein *personae comedentes*. *Tempus* dupliciter considerari potest, I. Quando haec comestio inchoanda. II. Quamdiu durare debuerit. Quoad prius, non ante sacrificiorum carnibus vesci licebat, quam sanguis ad altaris fundamentum, uti diximus, sparsus fuerat, secus qui fecerat verberabatur ; sic *Maimon. ubi supra* IX. כל האוכל כזית מבשר הקדשים אפילו קדשים קלים קודם זריקת דמים לוקה שנאמר לא תוכל לאכול בשעריך וגו' *Quicunque adinstar olivae, de carne sacrificiorum vel sanctissimorum vel minus sanctorum ante sanguinis sparsionem comederit, vapulat : Q. D.* Non poteris comedere in portis tuis. Deut. XII. 17. Et paulo post : והוא הדין לשאר קדשים בין קדשים קלים בין חמורים: *Idem quoque jus obtinet in omnibus sanctis sive levioribus sive gravioribus*. Ergo hisce sacrificia quoque decimatarum bestiarum includuntur, quarum itidem caro ante sanguinis sparsionem comedenda non erat.

XVII. Quod vero ad temporis spatium, intra quod debebat, attinet, id in *Misch. Zebbach*. v. 8. ita definitur: הבכור נאכל בכהנים והמעשר לכל אדם ונאכלים בכל העיר לכל אדם בכל מאכל' לשני ימים ולילה אחד : *Primogenitum editur a Sacerdotibus ; decima autem a quovis homine, quaeque etiam eduntur in tota civitate* (Hierosolymitana) *a quocunque homine, cum omni comestibili intra duos dies & unam noctem*. Idem ergo his, ac sacrificiis salutaribus, comestionis definitum est tempus. vid. *ibid.* §. 7. Sed audiamus etiam nunquam ommittendum *Maimonidem l. c. cap.* X. ita de hoc temporis intervallo differentem : השלמים נאכלין ביום הזביחה וכל' הלילה וכל יום המחרת עד שתשקע החמה שנאמר ביום הקריבו את זבחו יאכל וממחרת ואם האכל יאכל מבשר זבח שלמיו ביום השלישי וגומר נמצאת למד שהן נאכלין לשני ימים ולילה אחת בין חלק הכהנים בין חלק הבעלים והוא הדין לבכור ומעשר שהרי הן קדשים קלים כשלמים : *Sacrificia pacifica ipso mactationis die comeduntur, totaque ejus nocte cum tota die sequente adusque solis occasum: Q. D.* (Levit. VII. 16. 18.) Eo die quo offeret sacrificium suum comeditor & postero die similiter, & si quicquam comederit de carne sacrificii tertio die &c. *Inde colligitur doceri h. l. haec sacrificia comedi posse duobus diebus & una nocte tam Sacerdotis quam domini partem. Idem quoque jus est primogenitorum & decimarum, quoniam eae aeque ac pacifica, sunt sancta levia*. Haec de duplici comestionis tempore.

XXVIII. Sequitur comestionis *locus* indicandus ; atque de eo supra ex *Mischna Zebbach* v. 8. jam diximus esse כל העיר *totam urbem* Hierosolymitanam qui rursus idem est ac omnium sacrificiorum pacificorum & minus sanctorum, definitus quoque *ibid.* §. 8. de bestiis decimatis comedendis. Non vero alibi, quam intra Hierosolymas comestio haec concessa erat; quod si vero quis de hac carne alibi comedisset, verberibus erat coercendus : sic *Maimon. l. c.* XI. והוא הדין לאוכל קדשים קלים חוץ לירושלם שהוא לוקה שחומת ירושלם לקדשים קלים כחומת עזרה לקדשי קדשים *Haec quoque ratio est comedentis extra Hierosolymas de sanctis levibus, quod ille nempe vapulet ; murus enim Hierosolymorum respectu sanctorum levium, idem valet, quod atrii murus respectu sanctissimorum* sacrificiorum ; eorum enim caro in locis sanctis a Sacerdotibus solis comedebatur carnes vero sacrificiorum salutarium, quae ad dominos pertinebat, in Templo coctae, vel in eo vel in urbe comedebantur, ab ipsis & domesticis eorum: quibus etiam, si in Templi atrio eas comedere voluissent, vinum modice bibere licitum erat, non vero Sacerdotibus.

Conf.


Conf. *Maim. ad Miſch. Maaſ. Scheni* I. 2. Totam autem urbem Hieroſolymam, locum comeſtionis harum beſtiarum fuiſſe, inde quod in lege nullus certus ſit definitus locus, colligunt, quemadmodum *Barten. ad Miſch. l. c.* inquit.

XXIX. Nunc adhuc quædam de *perſonis*, quibus de decimatarum beſtiarum carne comedendi facultas erat conceſſa, dicere habemus. Sunt autem ex *Miſch. l. c.* כל אדם *omnes homines* שלא מצינו בכל התורה שיהיה לכהנים חלק בו *Quia in tota lege non reperimus, Sacerdotes in ea partem aliquam habere*: uti inquiunt *Raſchius* & *Bartenora* ad eum locum: Et *Rambam Hilc. Bechor.* V. אין לכהנים כלום אלא כולו לבעלים כפסח *Nihil quiquam inde cedit Sacerdotibus, ſed omnis uſus redundat in beſtiarum poſſeſſores, quemadmodum agni Paſchalis*. Hac itaque carne de jure primo poſſeſſores veſcebantur, dein etiam illi, quibuſcum communicare volebant. Verum quando dicitur ejus comeſtionem omnibus & ſingulis fuiſſe licitam, id nonniſi de hominibus puris & circumciſis accipi debet; quandoquidem de nullius victimæ ſive ſanctioris ſive minus ſanctæ (ſubintellecta quoque beſtiæ decimatæ) carne, immundi & circumſici participare poterant. *Maim. de Sacrificiis* X. כל הקרבנות בין קדש קדשים בין קדשים קלים אין אוכלים אותם אלא בטהורה בלבד והטולים אפילו העריב שמשו ולא הביא כפרתו אינה אוכל בקדשים הטוסטוס אסור לאכול בקדשים לפי שהוא ספק ערל אבל האנדרוינוס יצא לי שאכל בקדשים קלים: *Omnia ſacrificia ſeu ſanctiſſima ſeu ſancta levia, non eduntur niſi ab hominibus puris tantum & circumciſis: Ille etiam, qui ſolis occaſum expectans, nondum expiationem ſuam adduxit, non edit de ſanctioribus, neque obturatus, dubius enim eſt num circumciſus ſit. Sed mihi videtur* ἀνδρόγυνον *de minus ſanctis licite comedere*. Atque hæc de pecoris decimati carnis comeſtionis *tempore*, *loco* & *perſonis* dicta ſunt; quæ autem, ut vel obiter legenti ultro patebit, ex ratione ſacrificiorum minus ſanctorum conferri debent,

XXX. Duo, quæ ad pleniorem hujus decimationis deſcriptionem pertinent, primo *tempus* & *locus*, quando & ubi præceptum de beſtia ſeparanda & dein *perſonæ*, quas hæc lex obligaverit, conſideranda adhuc reſtant: de priori a Judæorum Magiſtris traditur, hanc decimationem tam in, quam extra terram ſanctam, tam ſtante, quam diruta æde ſacra, obtinuiſſe. *Miſch. Becor.* IX. 9. Et hoc quidem ſtatutum ſecundum legem eſſe, Gloſſatores fatentur, nihilominus tamen prohibuiſſe tradunt Sapientes, pecudum decimas extra terram ſanctam & diruto templo ſolvere, ne nempe quis nefas committeret & ejuſmodi beſtiam hoc, quo nullum extat, ſed adhuc exſtructum iri credunt, templum, tempore, integram comedat, quæ alias nonniſi vitio affecta comedi poterat. Quod ſi autem contra tale Sapientum decretum, beſtias ſuas decimaſſet, totamque rem (quantum nunc fieri poteſt) juxta legem confeciſſet, omnino ejuſmodi beſtia ſacra habenda, ſed nonniſi corrupta & vitioſa comedenda eſſet. De quo *Maim. Hilc. Bechor.* מעשר בהמה נוהג בחולין אבל לא במקדשין ונוהג בארץ ובחוצה לארץ בפני ושלא בפני הבית אבל חכמים אסרו לעשר בהמה בזמן הזה ותקנו שאין מעשרין אלא בפני הבית גזרו שמה יאכלוהו תמים ונמצא בא לידו איסור שחיטת קדשים בחוץ ואם עבר ועשה בזמן הזה הרי זה מעשר ויאכל במומו: *Beſtiarum decima fieri debet ex profanis ſed non conſecratis (beſtiis) item, tam intra, quam extra terram (ſanctam) tam ſtante quam diruto templo, obtinebat: attamen prohibuerunt Sapientes hoc tempore beſtias decimare, conſtitueruntque non decimandas eſſe niſi templo ſtante, ne quis haſce beſtias comedat integras, atque ita exitii reus fiat. Quod ſi autem quis contra hoc decretum hoc tempore pecudes ſuas decimaret, ejus decimatio rata haberetur, beſtias tamen ipſas nonniſi vitio affectas, comedere poſſet.*

XXXI. De *perſonis* autem ad legem hancce obligatis idem ille in ſeq. hæc tradit: הכל חייבין במעשר בהמה כהנים לויים ישראלים *Omnes ad beſtias decimandas Sacerdotes, Levitæ & Iſraelitæ tenentur.* Quicunque ergo gregem pecorum legi de decimis ſubjectorum habebat, ille quodvis numero decimum ſegregare, atque in ſacrificium, eo quo diximus modo, offerre debuit, ſi ſcilicet hæc pecora in ſua poteſtate nata erant. Sed ſi duo fratres in ſocietate a parentibus jure hæreditario accepiſſent pecorum gregem, talis ad decimas non obligabatur: Similiter quum duo homines ſocietatem pecoris coiret, atque uterque centum præbet agnos, illi erant immunes a decimis, & nonniſi ex iſtis ducentis procreati tenebantur; Vid. *Miſch. Becoroth.* IX. 3. *Chullin.* I. 7. *Schekal.* I. 6. *Maim. l. c.* §. 8. quod eo fundamento nititur; nullum ad pecora decimanda, niſi ea in cujus poteſtate nata ſint, obligatum eſſe; hinc emtum & dono datum ceu diximus ſupra, liberum a decimis habebatur. Atque ita omnem modum, omneſque ritus, in animantium decimatione, juxta Judaicas traditiones, obſervandos, & ſimul totum *de Jud. Decimis* commentarium.

AD-



ADDITAMENTA AD TRACTATUM

De Decimis

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק ראשון

א גרנן למעשרות חייב עליו משום טבל משתינמר מלאכתו ומלאכת מכנסתו כל שתחלתו אוכל וסופו אוכל כגון ירק חייב בתחלתו וחייב בסופו כל שתחלתו אוכל ואין סופו אוכל כגון המקיים זרע לירק חייב בתחלתו ופטור בסופו בכ׳ שאין תחלתו אוכל אבל סופו אוכל כגון פירות אילן פטור בתחלתו וחייב בסופו.

ב רבי ישמעאל ברבי יוסי אומר משם אביו אפילו לא הביא איש אלא גרגן אחד באשכול כל האשכול כולו הרי

CAPUT PRIMUM.

I. Quando advenit area pro decimis, tenetur propter indecimatum, postquam perfectum fuerit ejus opus, & opus ejus introductionis: Cujus principium, & finis est cibus, e. g. olus, obligatur in suo principio, & in suo fine; cujus principium est cibus, & ejus finis non est cibus; e. g. si quis conservet olus pro semine, obligatur in principio, & absolvitur in fine; Cujus principium non est cibus, & ejus finis est cibus, e. g. fructus arboris, absolvitur in principio, & obligatur in fine.

II. R. Ismael bar R. Jose dicit nomine patris sui; Licet non adduxerit nisi granum unum ex botro, totus botrus obligatur. Hilzarim, & mala Persica, & nuces pineæ postquam fecerint cor-

זה חייב. האלסרין האפרסקין והאסטרובלין משיעשו קליפה האגוזין והשקרין משיעשו מגורה רבי יהודה אומר משיעשו קליפה באיזו קליפה אמרו בקליפה התחתונה שעל גב אוכל נהוראי בן שיניא אמר משם רבי שמעון תפוחים קטנים פטורים תפוחי גמילא חייבין בין גדולים בין קטנים. רבי ישמעאל ברבי יוסי אמר משם אביו שקדים המרים חייבין בין קטנים בין גדולים שקדים מתוקין משתפרות קליפתן החיצונה רבי ישמעאל פטר את המלפפונות בקטנם משיקרחו.

ג הסיח' והאיזוב והקורנית משינצו וכל האבין ארומין משינצו היתה שנייה ונבנסה שלישית הרי הן של שלישית היתה ערב שביעית ונכנסה שביעית הרי הן של שביעית רבן שמעון בן גמליאל אומר לא נחלקו בית שמאי ובית הלל על הגמור שהוא לשעבר ועל שלא הנץ שהוא לעתיד לבא על מה נחלקו על האונין שבית שמאי אומר לשעבר ובית הלל אומר לעתיד לבא.

ד היה מפקס ראשון ראשון ומשליק ראשון ראשון כיון שגמר כל צרכו הרי זה חייב תורמין קישואין ודלועין אף על פי שלא פקס אבטיחים ומלפפונות אף על פי שלא שלק מלפפונות שעתידין לעלותן מן היורה אינו חייב עד שיעלן מן היורה ירק שנאגד בשדה ועתיד לעשותם צינוק לשלוק בין שאגדו הרי זה חייב המלקט בשדה בין שליקט כל צרכו הרי זה חייב המלקט בשדה בין שליקט היה עתיד לקליע בשום ולאגד בבצל אינו חייב עד שיקלע ויאגוד.

ה שבלים הפולטות מן הגורן ומחפורות של כרי וקצין של קטניות בין שנחסרה הגורן לא יאבל עד שיעשר קטניות משיכבור נטול מתחת בברה ואובל.

ו המקדיש את הבור עד שלא שולה וקיפה ומששלה וקיפה בא גיזבר ופדאו חייב הקדישו עד שלא שלה וקיפה ובא גזבר ושלה וקיפה ואחר כך פדאו הואיל ובשעת חובתו פטור היין משיקפה אף על פי שקיפה קולט מן הגת העליונה

corticem, nuces, & amygdalæ poſtquam arcam fecerint: R. Jehuda dicit: Poſtquam fecerint corticem: De quo cortice dixerunt? De cortice inferiori, qui eſt ſuper cibo. Nehorai ben Sigiah dicit nomine R. Simeonis: Poma parva abſolvuntur: Poma Nemila obligantur ſive magna, ſive parva fuerint. R. Iſmael bar R. Joſe dicit nomine patris ſui: Amygdalæ amaræ obligantur tam magnæ quam parvæ; dulces poſtquam ſeparetur earum cortex exterior: R. Iſmael abſolvit: melopepones in eorum parvitate ex quo glabreſcant.

III. Folium & hyſſopus, & origanum, ex quo protruſerint; & omnia corna rubra ex quo protruſerint; ſi eſſet annus ſecundus, & ingrederetur tertius, erunt anni tertii; ſi eſſet veſpera anni ſeptimi, & ingrederetur annos ſeptimus, erunt anni ſeptimi. Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Non diſſentiunt ſchola Schammai & ſchola Hillel de perfecto, quod ſit pro tempore præterito, & de protruſo, quod ſit de futuro. De quo diſſentiunt? De cornis de quibus ſchola Schammai dicit, quod ſint pro tempore præterito, & ſchola Hillel dicit, quod ſint pro futuro.

IV. Si rejiciat pilos ſigillatim, & projiciat lanuginem ſigillatim poſtquam fuerit perfectum opus, quantum opus eſt obligatur. Separant cucumeres & cucurbitas, licet non claudat pepones, & melopepones, licet non coquat melopepones, qui debent adſcendere ex aheno, non obligatur, niſi poſtquam adſcendant ex aheno; Olus, quod colligeret in agro, & ex quo faciendus ſit faſciculus, ut coquatur, poſtquam fuerit collectum, obligatur: Qui colligit in agro, poſtquam collegerit quantum opus eſt, obligatur. Qui colligit in agro; poſtquam collegerit ſi debeat implectere in allio, & ligare in cepis, non obligatur, niſi poſtquam implexerit, & ligaverit.

V. Spicas ereptas ex agro, area, & ex foraminibus cumuli, & fragmenta leguminum, poſtquam æquata fuerit area, non comedet, donec decimaverit; Legumina, poſtquam purificaverit, poterit ſumere ſub cribro, & comedere.

VI. Si ſanctificet puteum, antequam abſolvat, & deſpumet, & poſtquam fuerit abſolutus, & deſpumatus veniat theſaurarius, & redimat, obligatur; Si ſanctificet priuſquam fuerit abſolutus, & deſpumatus, & veniat theſaurarius & abſolvat, & deſpumet, & deinde redimat, quoniam tempore ſuæ obligationis erat liber, abſolvitur. Vinum ex quo fuerit deſpumatum, vel ſi fuerit deſpuma-

וסן הצנור ושותה . הצינור השמן משירד לעוקל אף על פי שירד נוטל מן העוקל ומן חמלול ומבין הפכי' ונותן לחמית' ולתמחוי אבל לא יקבל בכלי להיות משתמש ממנו והולך היה אוכל והותיר וחשיכה בלילי שבת מותר אמר רבי שמעון בן אלעזר במה דברים אמורים בזמן שאכל והותיר וחשיכה בלילי שבת אבל לא יתכוין ויתן לתוך אנגרון הרבה בשביל שיותיר ויכניס לתוך ביתו.

ז המקפה בערבה והמקופה בכלי נותן לחמיתה ולתמחוי המערה ממיחם למיחם ומאלפס לאלפס ומקרדה לקדרה מותר ליתן לשני ואסור ליתן לראשון.

ח . הסוחט ענבים בתוך ידו הרי זה פטור בתוך הכוס הרי זה חייב הבדדין המדליקין סבר לבד אין חוששין משום גזילו של בעל חבית שכך נהגו היה דש בחבית ומעלה במנורה נשברה החבית ונפתחה המנורה אסור לאכול מהן עראי רבי יוסי מתיר מפני שהתחתונות צריכות לעליונות.

פרק שני

א החמרין ובעלי הנתים שהיו עוברין ממקום למקום אוכלין ופטורין עד שמגיעין לאותו מקום אם ייחד להם בעל הבית בית בפני עצמם אם לנין שם חייבין לעשר ואם לאו פטורין מלעשר . מעשה שהלך רבי יהושע אצל רבן יוחנן בן זכאי לברור חיל והיו בני עיירות מוציאין להם תאנים אמר מה אנו לעשר אמר להם אם לנין אנו אנו חייבין לעשר ואם לאו פטורין מלעשר הגיעו למקום לינה אפילו שתי שעות צריכין לעשר רבי מאיר אומר הגיעו למקום שביתה אפילו ביום השני פטורין לעשר.

ב התורם גרוגרות ועתיד לדורסן תמרים ועתיד לדושן רבי אליעזר אומר לא יאכל מהן עראי וחכמים אומרים אוכל מהן עראי מודה רבי אליעזר לחכמים

matum, poterit colligere ex torculari, atque ex infundibulo, & bibere. Fistulam olei ex quo diffluit in lacum, vel si descenderit in lacum, poterit sumere ex corbe colatorio, atque ex mola superiori, atque inter asseres, & affundere placentæ tenui, & catino: At non sumet vase, ut illo utatur; Si dum comederet, oborirentur tenebræ in nocte Sabbathi, licitum est. Dicit R. Simeon ben Elieser: De quo hæc dicta sunt? Quando comedat, & superet, & oboriantur tenebræ in nocte Sabbathi, licitum est: At non debet habere intentionem affundendi multum decocto cum herbis vino & aqua immixto, ut supersit, ut inferat domum suam.

VII. Si faciat pulmeutum in mactra, & in vase; Si indat in placentam, in catinum, atque effundat ex placenta in placentam, atque ex sartagine in sartaginem, atque ex olla in ollam, erit licitum indere in secundam, at est vetitum indere in primam.

VIII. Si exprimat uvas in manu sua, absolvitur; Si in calice, tenetur: De dispersionibus acceosis ex torculari ad torcular, non erunt soliciti respectu rapinæ patrisfamilias, eo quod ita sit consuetudo; Si calcans in vase afferat in horreum, & rumpatur vas, & aperiatur horreum, vetitum est ex iis comedere accidentaliter; R. Jose permittit; quia inferius opus habeat superiori.

CAPUT II.

I. AGasones, & operantes in torcularibus transeuntes de loco ad locum, absolvuntur donec ad eum locum perveniant; Si definierit illis paterfamilias domum seorsim, si ibi pernoctent, debent decimare, si minus, liberi sunt a decimatione: Narratur, quod adierit R. Jehosua Raban Jochanan ben Zachai, ut eligeret exercitum, & incolæ civitatum illi eduxerint ficus; dixerunt. Num debemus decimare? Respondit illis: Si nos pernoctamus, debemus decimare, si minus, liberi erimus a decimatione: Si perveniat ad locum pernoctationis, vel duabus horis debent decimare: R. Meir dicit: Si perveniant ad locum, ubi agant Sabbathum, vel duobus diebus liberi erunt a decimatione.

II. Si separet caricas, quas adhuc debeat calcare, & dactylos, quos debeat contundere: R. Eliefer dicit: Non comedet ex iis accidentaliter; & sapientes dicunt: Poterit ex iis comedere accidentaliter. Consentit R. Eliefer cum sapientibus,

de

בתורם שבלין ועתיד לעשותן גורן ענבים ועתיד לעשותן יין שיאכל מהן עראי ומודים חכמים לרבי אליעזר בכלכלה של תרומה עד שלא נגמרה מלאכתה שלא יאכל ממנה עראי ורבי שמעון מתיר מקל וחומר ומה אם בשעה שיש עליה זיקת שלשה מעשרות אוכל הימנה עראי שעה שאין עליה זיקת שני מעשרות אינן דין הוא שיאכל הימנה עראי.

ג הלוקח גרוגרות ועתיד לדורסן חמרים ועתיד לדושן רבי מאיר אומר לא יאכל מהן עראי ומעשרן דמאי וחכמים אומרים אוכל מהן עראי ומעשרו ודאי מודה רבי מאיר לחכמים בלוקח שבלין ועתיד לעשותן גורן ענבים ועתיד לעשותם יין זתים ועתיד לעשותן שמן שאכל מהם עראי ומודים חכמים לרבי מאיר בפירות שאין צריכין גמר מלאכה שלא יאכל מהן עראי:

ד הבוצר כרמו לשוק שאם לא מצא להם שוק מחזירן לגת זיתיו לשוק אם לא מצא להם שוק מחזירן לבר אוכל עראי ומעשרין ודאי אמר לו צא ולקט לך תאנים מן התאנה אוכל מהם עראי ומעשרן ודאי צא ומלא לך בלכלה זה אוכל מהן עראי ומעשרן דמאי במה דברים אמורים בעם הארץ אבל בחבר אוכל ואין צריך לעשר דברי רבי רבן שמעון בן גמליאל אומר במה דברים אמורים בעם הארץ אבל בחבר לא יאכל עד שיעשר שלא נחשדו חברין תורמין שלא מן המוקף אמר רבי יהודה רואה אני את דברי מדברי רבן שמעון בן גמליאל מוטב יתרמו חברים שלא מן המוקף ואל יאכלו את עמי הארץ טבלים.

ה אמר לי צא ולקט לי תאנים מן התאנה אוכל ואינו חושש משום גזל צאו מלא לי כלכלה זו הרי זה חושש

de illo qui feparat fpicas, ut eas faciat aream, de illo, qui feparat uvas, ut ex iis faciat vinum, quod poffit exire & comedere accidentaliter: & conveniunt fapientes cum R. Eliefer de caniftro feparationis, priufquam perfectum fuerit ejus opus, quod non poffit comedere accidentaliter; At R. Simeon permittit argumento a minori ad majus; Si quando de illo fit præfuntio trium decimarum, poterit de eo comedere accidentaliter, quando de illo non fit præfuntio duarum decimarum, non erit æquum, ut de illo poffit comedere accidentaliter?

III. Si emat caricas, quæ calcandæ funt, & dactylos, qui contundendi funt; R. Meir dicit: Non comedet ex iis accidentaliter, & illos decimabit ut rem dubiam; & fapientes dicunt: Poterit ex iis comedere accidentaliter, & decimabit ut rem certo indecimatam. Confentit R. Meir cum fapientibus de fpicis, quæ faciendæ funt in aream, de uvis, ex quibus f. iendum eft vinum, de olivis, ex quibus faciendum eft oleum, quod poffit de illis comedere accidentaliter; & confentiunt fapientes cum Rabi Meir de fructibus, quorum opus non eft neceffe ut perficiatur, quod non poffit ex iis comedere accidentaliter.

IV. Si vindemiet vineam, ut vendat uvas in foro, & non inveniat emtorem in foro, & reftituat in lacum, fi olivas ut vendat in foro, & non inveniat emtorem in foro, & reftituat in puteum, poterit ex iis comedere accidentaliter, & decimabit ut rem certo indecimatam: Si dicat: Egredere, & collige tibi ficus ex ficu, poterit comedere ex illis accidentaliter, & decimabit ut rem certo indecimatam: Egredere & imple tibi caniftrum hoc; poterit comedere accidentaliter, & decimabit ut rem dubiam. De quo hæc dicta funt? De populo terræ; At focius comedet, & non eft neceffe ut decimet: Verba Rabi: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: De quo hæc dicta funt? De populo terræ: At focius non comedet, nifi decimet; quia non funt fufpecti, focii, quod feparent ex non circumdato. Dicit R. Jehuda: Mihi videntur probabiliora verba Rabi, quam verba Raban Simeonis ben Gamaliel: Melius eft ut focii feparent ex non circumdato, quam ut non comedat populus terræ indecimata.

V. Si dicat: Egredere, & collige mihi ficus ex ficu; poterit comedere & non erit folicitus refpectu rapinæ. Egredere & imple mihi hoc caniftrum: Erit foli-

משום גזל בין כך ובין כך מוציא עליהם תרומה ומעשרות משל בעל הבית ואינו חושש אמר לו צא ולקט לך עשרים תאנים מתוך שלי ואני אמלא כריסי מתוך שלך המלקט במנין חייב הממלא כרסו פטור. רבי אליעזר ברבי צדוק אומר המצרף שלשה תאנים בתוך פיו פטור ארבע הרי זה חייב אמר לו צא ולקט לך כלכלה גדולה אין פחותה מאה בינונית אין פחותה מתרקב קטנה אין פחותה מקביים:

ו המביא תאנים מן השדה לאכלן בחצר שפטורה מן המעשר שכח והכניסן לתוך ביתו מוציאן לחצר ואוכל מהן עראי. המביא תאנים מן השדה לאכול בחצר שפטורה מן המעשרות שכח והעלן לראש הגג אפילו בתוך ביתו אוכל מהם עראי המביא תאנים מן השדה לאכלן בראש גגו שכח והכניסן לתוך חצר חברו לא יאכל עד שיעשר רבי יוסי ברבי יהודה אומר מעלן לראש הגג ואוכל.

ז המוציא את פועליו לשדהו אין רשאי להאכילן אלא אם כן עישר והן אינם רשאין לאכול אלא אם כן עשרו ואם היה בעל הבית מוציא ונותן לפניהם בעין יפה אוכלין ואין צריכין לעשר.

ח האומר לחברו הילך איסר זה זה ותן לי בו חמש תאנים אוכל אחת אחת ופטור אם צרפם חייב אם היה בעל הבית מוציא ונותן לו אוכל ואין צריך לעשר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר בין כך ובין כך אוכל אחת אחת ופטור ואם צרף חייב.

ט הלוקח גרוגרות מן המוקצה לא יאכל עד שיעשר דברי רבי מאיר אמר רבי יהודה במה דברים אמורים בלוקט מתוך שלו אבל בלוקט מתוך של חברו אוכל ואין צריך לעשר. פועלים שהיו מנכשים בשדה ומעדרין בשדה לא יאכלו מן הזית ומן התאנה אלא אם כן נתן להם בעל הבית רשות לפיכך אם נתן להם בעל הבית רשות אוכלים ומצטרפים ופטורין במה דברים אמורים בזמן שאין להם עילוי מזונות אבל אם יש להם עילוי מזונות אוכלים ופטורים ואם צירפו חייבין.

י פועלים שהיו עודרין בתאנים וגודרין בתמרים ומוסקין בזתים אוכלים

solicitus respectu rapinæ: Sive hoc sive illo modo educet separationem & decimas ex bonis patrisfamilias, & non erit solicitus: Si dicat: egredere, & collige tibi viginti ficus ex meo, & ego implebo ventrem meum ex tuo; Si colligat in numero, tenetur; Si impleat ventrem suum, absolvitur. R. Eliezer bar R. Zadok dicit: Si conjungat tres ficus in ore suo, absolvitur, si quatuor, tenetur: Si illi dicat: Egredere, & collige tibi canistrum magnum: Non erit minus saro mediocri, neque erit minus modio parvo, (*sc. sexagesima parte Cori*) non erit minus duobus kabis.

VI. Si adducat ficus ex agro, ut eas comedat in atrio, quod sit liberum a decima, & oblitus introducat in domum suam, poterit educere in atrium, & comedere ex iis accidentaliter: Si adducat ficus ex agro, ut eas comedat in summitate tecti, & oblitus introducat in atrium socii sui, non comedet, donec decimet. R. Jose bar R. Jehuda dicit; Poterit afferre in summitatem tecti, & comedere.

VII. Si educat operarios in agrum, non poterit eos cibare, nisi decimet, & ipsi non poterunt comedere, nisi decimεnt; Si vero paterfamilias educat, & ponat in eorum conspectu liberaliter, poterunt comedere, & non est necesse ut deciment.

VIII. Si dicat socio suo: Ecce tibi hoc assarium; & da mihi pro illo quinque ficus: Si comedat sigillatim, absolvitur; si conjunctim, tenetur: Si educat paterfamilias, & illi det; poterit comedere, & non est necesse ut decimet. Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Sive hoc sive illo modo, si comedet sigillatim, absolvitur, si conjunctim tenetur.

IX. Si emat caricas ex solario, non comedet nisi decimet: Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: De quo hæc dicta sunt? De illo qui colligit in suo; at ille qui colligit ex solario socii sui, poterit comedere, & non est necesse ut decimet. Operarii qui ingrediantur in agrum, ut sarriant in agro, non poterunt comedere ex oliva, & ex ficu, si non dederit illis facultatem paterfamilias; Idcirco si det illis facultatem paterfamilias, poterunt comedere conjunctim, & absolvuntur. De quo hæc dicta sunt? Quando ab eo sibi non præbeantur alimenta, at si ab eo sibi præbeantur alimenta; si comedant, absolvuntur, si conjungant, tenentur.

X. Operarii, qui sarriunt in ficubus, & sarriunt in palmis, & distrin-

ופטורים שהתורה נתנה להם רשות לא יספות במלח ויאכל אלא אם כן נתן לו בעל הבית רשות ולא יאכל כהם פתו לא אם כן נותן לו בעל הבית רשות.

יא השוכר את הפועל לנכש בבצלים מקרטם עלה ואוכל לא יאחוז קלח בידו ויאכל אלא מקרטמו במחובר ובקרקע ואוכל. פועלים שהיו עוקרים בבצלים ואוגרין בבצלים אוכלים פטורים שהתורה נתנה להם רשות מצא כריכות ברשות היחיד אסורות משום גזל וחייבות במעשרות ברשות הרבים מותרות משום גזל ופטורות מן המעשרות והאלוסות בין ברשות היחיד בין ברשות הרבים אסורות משום גזל וחייבות במעשרות.

יב מצא תבואה ממורחת העשויה כרי אסורה משום גזל ספוחה מותרת משום גזל בין כך ובין כך עושה אותה תרומה ומעשרות על פירות של בעל הבית ואינו חושש מצא כלכלה מחופה אסורה משום גזל וחייבת במעשרות כיצד הוא עושה אותה דמים. מצא קציצות לא יהא קוצץ והולך בהם לפי שנחשדו רוב אדם עליהן היתה לו ערמה של בצלים ושל גרוגרות ושל חרובין בראש גגו בורר ואוכל בורר ומניח על השלחן בורר ומשליך לפני בהמתו רבי שמעון בן אלעזר אומר אין בהמה אוכלת עראי בחצר וכולם שהכניסם מן השדה לעיר לא יאכל מהן עראי לפי שאין סופו להחזיר את המותר.

יג לעולם יהא מאכיל פקיעי עמיר עד שיעשם חבילות רבי שמעון בן אלעזר אומר משם רבי עקיבא כל שאחד פותח ואחר נועל בנון שני שותפים שני דיורים הגגות פטורים אף על פי שהם של חצר חייבת מעלין לראש הגג ואוכל.

יד בית הכנסת ובית התלמוד אם יש בהם בית דירה אין אוכל בהם עראי ואם לאו אוכל בהם עראי האוריות והאוצרות שבשדה העשויות למכנס אוכל בהם עראי לבית דירה אין אוכל בהן עראי

ſtringunt in olivis, ſi comedant abſolvuntur, quia lex dedit illis facultatem; At non intinget ſale, niſi quando paterfamilias dederit facultatem; neque cum illis comedet panem, niſi quando paterfamilias dederit facultatem.

XI. Si merçede conducat operarium, ut runcet in cepis, poterit defricare foliarim, & comedere; Non apprehendet caulem manu ſua ut comedat, at defricabit eum terræ conjunctum, & comedet: Operarii qui eradicant cepas, & ligant cepas, ſi comedant, abſolvuntur, quia lex dat illis facultatem: Si inveniat manipulos in loco privato, ſunt vetiti propter rapinam, & obligantur ad decimes: Si in loco publico, ſunt liciti reſpectu rapinæ, & abſolvuntur a decimas: Si craſſi fuerint manipuli, ſive in loco privato ſive in loco publico, ſunt vetiti reſpectu rapinæ, & obligantur ad decimas.

XII. Si inveniat proventum complantum, & faciat acervum, erit vetitus reſpectu rapinæ, ſi diſpergatur, erit licitus reſpectu rapinæ; Sive hoc ſive illo modo, faciet illum ſeparationem, & decimas pro fructibus patrisfamilias, & non erit ſolicitus: Si inveniat caniſtrum coopertum, erit vetitum reſpectn rapinæ, & obligatur ad decimas; Quomodo ſaciet? Faciet illud nnmos; Si inveniat grana avulſa, non incidet, quia major pars hominum de illis ſuſpecta eſt: Si habeat acervum ceparum, & caricarum, & ſiliquarum in ſummitate tecti, poterit ſecernere & comedere, ſecernere & imponere menſæ, ſecemere, & projicere coram beſtia. R. Simeon ben Elieſer dicit: Beſtia poterit comedere accidentaliter in atrio; & qui introduxit ex agro in urbem, non comedet ex iis accidentaliter; quia finis ejus non eſt, ut reſtituat reſiduum.

XIII. Semper poterit præbere comedendos manipulos ſtraminis, donec faciat faſciculos. R. Simeon ben Elieſer dicit nomine R. Akiba: Ubicunque alter aperit, & alter claudit uti ſunt duæ ſocietates, & duæ habitationes; tecta abſolvuntur; licet atrium obligetnr, poterit adducere in ſummitatem tecti, & comedere.

XIV. In domo congregationis, & Academia, ſi in iis ſit domns habitationis, non comedet accidentaliter, ſi minus, poterit comedere accidentaliter; In locis vacuis, & apothecis quæ ſunt in agro, quæ ſactæ ſunt, ut illuc introducatur, poterit comedere accidentaliter, ſi fuerit pro domo habitatiouis, non poterit in illis comedere accidentaliter;

רכי נחסיה אומר חצר תעררית הרי היא כננה ואוכל בה עראי סוכת היוצרים אחרים אוסרים משם רבי נתן הפנימית חייבת והחיצונה פטורה.

טו תאנה שעומרת כננה ונוטה לחלון אוכל כררכו ופוטר אם ליקט והסניח על השלחן אפילו אחת חייב אילן שמקצתו נטוע בארץ ומקצתו בחוצה לארץ הואיל ומקצתו נטוע בארץ כאלו כולו נטוע בארץ רברי רבי רבן שמעון בן גמליאל אומר חצר הנוטע בארץ ישראל הרי היא כארץ ישראל חצר הנוטע כחוצה לארץ הרי הוא כחוצה לארץ.

פרק שלישי

א רבי שמעון בן יהורה אומר משום רבי שמעון המהבהב בשרה הרי זה חייב השוחק את השום ואת השחליים בשרה הרי זה חייב . תינוקות שטמנו תאנים לשבת שחורות ומצאו לבנות לבנות ומצאו שחורות הרי אילו אסורות מפני שספיקן אסור ספקן אסור ספק מיכנן אסור בלכלת השבת בית שמאי פוטרים ובית הלל מחייבין רבי יהורה אומר הלל עצמו היה אוסר הסלקט כלבלה לשלח לחברו לא יאכל ער שיעשר רבי יהורה אומר הלל לעצמו היה אוסר.

ב המעביר תאנים ממקום למקום ועברה עליהם שבת למוצאי שבת לא יאכל ער שיעשר רבי יהורה אומר הלל עצמו היה אוסר . סובי תאנה ובהם תאנים מכברות תמרה ובהם תמרים הכניסום תינוקות או פועלים פטורים הכניסן בעל הבית חייבין הכניס שבלים לתוך ביתו לעשותם עיסה פטור לאוכלם מלילות רבי מחייב ורבי יוסי בי רבי יהורה פוטר המקליף שעורים שתים פטור שלשה חייב ובחיטי שלש פטור ארבע חייב.

ג אמרו לרבי אליעזר אף על פי שמחזירין למעטן הזה הרי הוא כמחזירן למעטן אחר . בסבר שזרעה לזרע והשב עליה לירק מתעשרות זרע וירק חררל שזרעו לירק והשב עליו לזרע מתעשר זרע

R. Nehemia dicit: Si atrium fuerit ſarritum, erit hortus, & poterit in eo comedere accidentaliter: In tabernaculo figulorum, alii dicunt nomine R. Nathan, interius obligatur, & exterius abſolvitur.

XV. Si ficus horti ſe inclinaverit ad feneſtram, poterit comedere more ſuo, & abſolvitur; Si colligat & imponat menſæ, vel unam, obligatur; ſi arboris pars plantata ſit in terra, & pars extra terram, quoniam pars plantata eſt in terra, conſideratur perinde ac tota plantata ſit in terra: Verba Rabi: Raban Simeon ben Gamaliel dicir: Atrium ſitum in terra Iſrael, erit ſicut terra Iſrael; ſi atrium ſitum ſit extra terram, reputabitur perinde ac ſit extra terram.

CAPUT III.

I. RAbi Simeon bar Jehuda dicit nomine R. Simeonis: Qui torret ſpicas in agro, obligatur; Qui contundit allium & groſſos in agro, obligatur. Si pueri recondant ficus pro Sabbatho nigras, & inveniant albas, ſi albas, & inveniant nigras, erunt vetitæ, quia earum dubium eſt vetitum, & dubium earum præparationis eſt vetitum: Caniſtrum Sabbathi ſchola Schammai abſolvit, & ſchola Hillel prohibet; Rabi Jehuda dicit: Ipſemet Hillel prohibet. Qui colligebat caniſtrum, ut mittat ſocio ſuo, non comedet donec decimet. R. Jehuda dicit: Ipſemet Hillel prohibet.

II. Qui traducit ficus de loco ad locum, & prætereat ſuper illas Sabbathum, in exitu Sabbathi non comedet donec decimet: R. Jehuda dicit: Ipſemet Hillel prohibet. Ramos ficus, in quibus ſint ficus, & ſpathas palmæ, in qua ſint dactyli, ſi introducant pueri, & operarii, abſolvuntur, ſi introducat paterfamilias, obligantur. Si introducat ſpicas in domum ſuam, & faciat paſtam, abſolvitur; ſi comedat ſpicas, Rabi obligat, at R. Joſe diſcipulus Rabi Jehuda abſolvit: Qui decorticat hordeum, ſi fuerint duo, abſolvitur, ſi tres, obligatur, & in tritico, ſi tres, abſolvitur, ſi quatuor, tenetur.

III. Dixerunt τῷ R. Elieſer; Licet reſtituant in hanc cupam, reputantur perinde ac reſtituant in aliam cupam. Si coriandrum ferat pro ſemine, & cogitet de olere, decimatur ſemen, & olus. Sinapi ſi ferat pro olere, & cogitet de ſemine, decimabitur ſemen & olus:

וירק נהגו בירקות התיר דברי אליעזר אמר רבי יהושע בן קבוסיו מימי לא גם לבי לומר לאדם צא ולקט חמרות של חרדל וכבוש והוי פטור מן המעשרות.

ר המטליא לא נהגו בה חכמים התיר לא למעשרות ולא לשביעית בשהוא תורם תורם מכל אחד ואחד שאין תורמין מסין על שאינו מינו.

ה העוקר שתלים מתוך שלו ליטען בחוצה לארץ ולזרע ולהפקיר ולמוכרן לגוי הרי זה חייב מפני שמוציאן מידי מעשרות רבי יהודה אומר משם רבי אליעזר בן עזריה המשלח לחברו שתלים ואפונין וחוצני פשתן מעשרן ודאי מפני שנחשדו רוב אדם עליהם וחכמים אומרים הרי הם בכל הפירות ואין מעשרן אלא דמאי.

ו בצלים שהשרישו זה בזה בקופות הרי זה בחזקתן למעשרות ולשביעית אם היו טמאים לא עלו ידי טומאתם ומותר לתלוש בהם בשבת. השרישו זה בזה בקרקע עלייה הרי הם כחזקתם למעשרות ולשביעית ואם היו טמאים על ידי טומאתן ואסור לתלוש מהם בשבת ואם תלש פטור נפלה עליהם מפולת והם מגולים הרי אלו כנטועין בשדה אסורים בשביעית וחייבים במעשרות.

ז גוסות הלוף בורר גסה גסה ומניח בתוך ידו דקה דקה הרי זה פטור בארץ ובכלי הרי זה חייב אמר רבי שמעון בן אלעזר לא נחלקו בית שמאי ובית הלל על הבורר בארץ שהוא פטור ועל הבורר בכלי שהוא חייב על מה נחלקו על הבורר ביד שבית שמאי מחייבין ובית הלל פוטרים.

ח המפקיר שדהו שנים ושלשה ימים יכול לחזור בו אם אמר הרי שדי מופקרת יום אחד שבת אחד חדש אחד שנה אחת שבוע אחת עד שלא זכה הוא בין הוא בין אחר יכול לחזור בו מי שזכה בינו לבין אחר אינו יכול לחזור בו וקושר את בהמתו על גבי הפקר אבל לא על

olus: Obſervant in olere permiſſionem: Verba R. Elieſer: Dicit R. Jehoſua ben Kabuſai: In diebus meis non auſus ſum dicere homini: Egredere & collige palmas Sinapi, & conde, ut abſolvaris a decimis.

IV. In Metalia non obſervarent ſapientes permiſſionem neque reſpecto decimarum, neque reſpectu anni Sabbathici; quando ſeparat, ſeparabit de ſingulis, quia non ſeparant de ſpecie pro ea quæ ſit diverſæ ſpeciei.

V. Si evellat planras ex agro ſuo, ut plantet in locis extra terram, & pro ſemine, atque ut ſaciat communes, atque ut vendat gentili obligatur, quia eas educit ex poteſtate decimarum; Rabi Jehnda dicit nomine R. Elieſer ben Azaria: Si mittat ſocio ſno plantas, & funes, & extremitates lini, decimabit ut rem certo indecimatam, quia de iis plerique homines ſunt ſuſpecti; & ſapientes dicunt; erunt ſicut reliqui fructus, & non decimabit niſi ut rem dubiam.

VI. Cepæ ſi inter ſe radices egerint in ſportis, erunt in earum præſumtione reſpectu decimarum, & anni ſeptimi, ſi polluantur, non liberantur ab ſua immunditie, & licet eas evellere in Sabbatho; Si radices inter ſe egerint in fundo horrei, erunt in ſua præſuntione reſpectu decimarum & anni ſeptimi, & polluuntur eorum immunditie, & vetitum eſt eas evellere in Sabbatho; ſi eas evellat, abſolvitur: Si cadat ſuper eas aliquid decidui, & detectæ fuerint, reputantur perinde ac plantatæ ſint in agro, ſunt vetitæ in anno ſeptimo, & obligantur ad decimas.

VII. Foſſas ari licet ſecernere, craſſum a craſſo, & reponere in manu ſua, minutum a minuto; ecce iſte abſolvitur in terra & in vaſe obligatur. Dicit R. Simeon ben Elieſer: Non diſſentiunt ſchola Schammai, & ſchola Hillel de illo, qui ſecernit in terra, quod abſolvatur, & de illo qui ſecernit in vaſe, quod obligetur: De quo diſſentiunt? De illo qui ſecernit manu; etenim ſchola Schammai obligat, & ſchola Hillel abſolvit.

VIII. Qui facit communem agrum ſuum duobus, & tribus diebus, poterit pœnitere: Si dicat: Ecce ager meus ſit communis uno die, una hebdomada, uno menſe, uno anno, uno ſeptennio, priuſquam acquirat tam ipſe, quam alius, poterit pœnitere; Quando acquirat ſive ipſe, ſive alius, non poterit pœnitere; & poterit ligare beſtiam ſuam ſuper commune, at non ſuper ſpicilegio,

נבי לקט שכחה ופאה אבל עוקר ומשליך לפניה.

ט סופת תאנים ומשמר שרהו מפני ענבים ומשמר שרהו מפני ירק אם היו פועלים עוברים בינידם אם היה בעל הבית מפקיר עליהם הרי אלו חייבין ואם לאו הרי אלו פטורין. הזורה תבנו סתם ולקחו אחר אפילו להוציא הימנו פטור אמר רבן שמעון בן גמליאל מודים בית שמאי ובית הלל שלא יםכור אדם גריש של תבואה ועביט של ענבים ומעטן של זתים אלא לחבר ולעושה בטהרה מוכר לו חטים אף על פי שיודע בו שאינו גובל עיסתו בטהרה ובן בן לוי שנתמנו לו עריסין ועושים בזתים הרי זה מפריש עשור זתים ושמן טבל מתוך ביתו אם אמר מה שזתים האלו ראויין לעשות מעשר בדרומם ותרומת מעשר בדרום דרומם.

rum: Non eſt מקצה nisi quod in fine anni tu debeas pollucere; at non poteris pollucere in principio anni: Si in fine anoi, crederem quod in principio quarti tu deberes pollucere decimas, & educere decimam pauperis? Idcirco dictum eſt: *Quando perfeceris decimare omnem proventum tuum:* Quando perfeceris decimare omnes fructus: Si quando perfeceris decimare omnes fructus, crederem vel in Canuca? Dictum eſt hic: *A fine*, & dictum eſt ibi: *A fine ſeptem annorum in ſolennitate annus remiſſionis in ſolennitate tabernaculorum:* Sicut *a fine* qui ibi memoratur, in ſolennitate, ita pariter hoc loco in ſolennitate; Si *a fine* qui ibi memoratur in ſoleonitate Tabernaculorum, ita pariter hoc loco in ſolennitate Tabernaculorum: Idcirco dictom eſt: *Quando perfeceris decimare omnem decimam proventus tui:* Quando perficit decimare omnes fructus? In Paſchate anni quarti: In hoc anno tu debes pollucere, at noo debes pollucere in reliquis annis: In hoc anno tu debes pollucere, at debes pollucere olus, quod produxerit a principio anni uſque ad Paſcha. Socii dixeruot, quod non confiteatur in quarto, ſed in quinto: Dicit R. Ela: res certo indecimata non impediat in quarto ſed in quinto. Quid eruitur ex inter eos? Si tranſgrediens confiteatur, ex mente ſociorum, erit illegitimum, ex mente R. Ela, erit legitimum. In hoc aono tu educes ex immundo pro mundo, at non educes reliquis anois ex immundo pro muodo. Dicit R. Elieſer: Ita ſe habet Miſna: Hoc anno tu educes ex loco immundo pro loco mundo, at non educes reliquis annis ex loco immundo pro loco muodo. Conſentit R. Elieſer cum eo qui dicit: Non educunt decimam ſacerdotio. Diebus Jehoſua ben Levi voluerunt ſtatuere, ne daretur decima ſacerdotio: Dixerunt: Qois ingreditur? R. Jehoſua ben Levi, qui ſavet Levitis: Ingreſſus ſavit ſacerdotio diceos; In quatuor & viginti locis ſacerdotes vocantur Levitæ, & hic eſt unus ex illis: *Et ſacerdotes Levitæ filii Zadok*. Rabi Beojamin bar Ghidal, & R. Acha conſidentes: Ecce ſcriptum eſt: *Et erit ſacerdos filius Aharon cum Levitis in decima Levitarum:* Ut det illi ſeparationem decimæ: Et ſcriptum eſt: *Et Levitæ facient adſcendere decimam:* R. Huna, & ſocii: Uous ex iis dixit: *Filiis Levi:* Cur dictum eſt: *Et filiis?* Niſi quod hinc probatur, quod detur decima ſacerdotio. Et alter dicit: Licet non ſcriptum niſi: *Filiis:* Tamen dabitur decima

cima

אלו מאן דאמר פלן ברי יסב מקמת פלן
ושאר נכסיי ירתו בני רילמא לא נסב
עמהון. רבי יונה יהב מעשרוי לרבי אחא
בר עולא לא משום דהוה כהן אלא משום
דהות לעי באוריתא מה טעמא ויאמר לעם
ליושבי ירושלם לתת מנת הכהנים והלוים
למען יחזקו בתורת יהוה . רבי הונא לא
נסב מעשר. רבי אחא לא נסב מעשר .
רבי חייה בר בא הורי על גרמי לצארה
לחוץ לארץ בגין דלא מיסב מעשר . שאל
בר נש רבי שמואל בר נחמן שאל לרבי
יונתן מהו דנסב אמר לו סב ומה דנפל
לשבטך נפל לך . רבי ינאי מפקד לקריבוי
בר תהווין תברן ארע לא תתברון אלא
מן דחלונייא . ואף על גב דאת אמר אין
נותנים מעשר לכהונה מודה שאין מוציאין
שלו מידו מה טעמא . כי תקחו מאת בני
ישראל את המעשר אשר נתתי לכם
מאתם בנחלתכם והרמותם ממנו את
תרומת מעשר מן המעשר. מאת בני ישראל
את מוציא ואין את מוציא מסברי בהונה
ולויה . ואתייא כיי דאמר רבי לעזר כי
תקחו מאת בני ישראל את המעשר. מאת
בני ישראל את מוציא ואין את מוציא מן
הגוי. רבי אבהו אמר איתפלגון רבי יהושע
בן חנניה ורבי לעזר בן עזריה. רבי יהושע
בן חנניה אמר אין ניתנים מעשר לכהונה.
ורבי לעזר בן עזריה אמר נותנים מעשר
לכהונה. מתיב רבי יהושע בן חנניה לרבי
לעזר בן עזריה והא כתיב ואכלת אותו
בכל מקום בוא ואוכלו עמו בקבר . אמר
ליה מהו בכל מקום בעזרה . אמר ליה
והכתיב אתם וביתכם ואשה נכנסת לעזרה
רבי בא הוה משתעי הדא עובדא רבי
לעזר בן עזריה הוה יליף מיכב מעשרא
רחדא גינה והיה לאותה גינה שני פתחים
אחד למקום טומאה ואחד פתוח למקום
טהרה. נפק רבי עקיבה לגביה אמר ליה
פתח הדם וסתום הדם . אין אחא אמר
לה בא בדרך הזו אמר ליה אין שלח
תלמידיה אמור ליה אתם כתיב שמע רבי
לעזר בן עזריה ואמר מרצעת דעקיבה
בן יוסף בא לכאן . באותה שעה החזיר
רבי לעזר בן עזריה כל המעשרות שנטל·
אמר רבי יצחק בר לעזר בשרוהה בעיא

cima ſacerdotio: Si iſte dicat: Talis filius meus accipiat per talem, & reliquas facultates hæreditent mei filii, fortaſſe non accepit cum illis. R. Jona dedit de ſuis decimis τῷ R. Acha bar Ula, non eo quod eſſet ſacerdos, at quia laborabat in lege: Quænam eſt ratio? Quia ſcriptum eſt: *Præcepit etiam populo habitantium Hieruſalem, ut darent partem ſacerdotibus & Levitis, ut confirmarentur in lege Domini*. R. Huna non accepit decimam. R. Acha non accepit decimam. Rabi Chijah bar Ba docuit ejus cauſa, ut educerentur extra terram, quia non accepit decimam. Quæſivit quidam a R. Samuele bar Nachman, quæſivit a R. Jonathan, quia erit ſi accipiat? Reſpondit: Accipe, & quod ceſſit tuæ tribui, ceſſit tibi. R. Inai præcepit proximis ſuis: Quando facietis ſocietatem accidentalem, non facite ſocietatem niſi cum Chalonijah: Licet tu dicas: Non dant decimam ſacerdotio: Conſentit, quod non educant quod eſt ex ejus manu; qua de cauſa? Quia dictum eſt: *Quando accipietis a filiis Iſrael decimam quam dedi vobis ex illis in hæreditatem veſtram ſeparabitis ex ea ſeparationem Domino, decimam ex decima*. Ex filiis Iſrael tu educes, at non educet a juvenibus ſacerdotii & Levitarum: Adducitur juxta illud, quod dicit R. Elieſer: *Quando accipietis a filiis Iſrael decimam*. A filiis Iſrael tu educes, at tu non educes ex gentili. R. Abau dicit: Diſſentiunt Rabi Jehoſua ben Chananjah, & R. Elieſer ben Azaria. R. Jehoſua ben Chananjah dicit: Non dant decimam ſacerdotio: Et R. Elieſer ben Azaria dicit: Dant decimam ſacerdotio. Objecit Rabi Jehoſua ben Chananjah τῷ R. Elieſer ben Azaria: Atqui ſcriptum eſt: *Et comedetis illam in omni loco:* Veniat & comedat cum eo in ſepulcro. Reſpondit illi: Quid *in omni loco*? In atrio. Reſpondit illi: Atqui ſcriptum eſt: *Vos & domus veſtræ*. Num fœmina ingredietur in atrium? R. Ba narrabat hoc factum: R. Elieſer ben Azaria, docebat innixus portæ cujuſdam horti, cui erant duæ portæ, altera aperta in locum immundum, & altera aperta in locum mundum; Ingreſſus ad eum Rabi Akiba dixit; Aperi hanc, & claude illam. Si dicas: Ingredere per hanc viam: Reſpondit: miſit ſuum diſcipulum: Dic illi: *Vos* ſcriptum eſt: Audiens R. Elieſer ben Azaria dixit: Ligula Akiba bar Joſeph huc perveniebat: Eo tempore reſtituit R. Elieſer ben Azaria omnes decimas, quas abſtulit. Dicit R. Iſaach bar Elieſer: In principio implen-

סוליי סבא דקיסה סינית וכית כל נטרה
רלא כויה בשעתה לא בויה.

הלכת ו הכל כורים בפת ושמן
שהוא צריך לבער ביין ובתבלין שהוא
בסבוער סה פלינין בתבשיל בית שמאי
אוסרים צריך לבער. ובית הלל אוסרים
אין צריך לבער. סה טעמא דבית שמאי
וצרת הכסף בלבד בירך. סה טעמא דבית
הלל אפילו סחללו מהו סועיל. ולא טבל
הוא. רבי הילא בשם שמואל זאת אוסרת
שהטבל קרוי קודש. אמר רבי יורה מעשה
ברבן גמליאל והזקנים שהיו יושבים על
מעלות האולם בהר הבית והיה יותנן הכהן
הסופר הלז יושב לפניהם אמרו לו צא
וכתוב אחינו בני גלילא עילאה בני גלילא
ארעיתא שלמכון יכנא מודענא לכון
רמטא זמן ביעורא תפקון מעשריא מן
מעטני זיתאי לאחנא בני דרוסא עילאה
ובני דרוסא ארעיתא מודענא לכון
רמטא זמן ביעורא חפקון מעשריא
מעמרי שיבליא. לאחנא בני גלותא דבבל
ובני גלותא רמדי ובני גלותא ריון ושאר
כל גלוותהון רישראל שלמכון יכנא מודע
אנא לכון ראימריא רביכן וגוזליא רקיקין
ושפר באנפוי ובאנפי חברייי מוספא על
שתא זת הלתין יומין. הרא אמרה שאין
נותנים מעשר לכהונה. שנייא היא שהיה
רבי יהושע בן חנניה חסן. אמר רבי חנניה
הרא אמרה שהיה רבן גמליאל צריך לזכות
אמר רבי יהושע בפירות מחוברין לקרקע
אילו קופתו של רבן גמליאל נתונה לתוך
ביתו של רבי יהושע ואומר יזכה למעשר
שבה כלום עשה עד שיסיים. רבי רדיפה
אמר איתפלגון רבי ירמיה ורבי יוסי חד
אמר הראוי ליטול זכה. וחרנה אמר הראוי
ליתן זכה. מה ראמר הראוי ליטול זכה
כל שכן ראוי ליתן. ומה ראמר הראוי
ליתן הא ליטול לא. הא מתניתא פליגא
על מה ראמר הראוי ליטול זכה. ותמן
תנינן האומר תן גט זה לאשתו שכן ראוי
הוא לקבל גט בתו ושטר שחרור זה
לעברי שכן הוא ראוי לקבל שטר שחרורו.

plendum est vino poclum ex eo, & in eo, & omnis pruna, quæ non adurit statim, non adurit amplius.

Constitutio VI. Omnes consentiunt in pane, & in oleo, quod sint pollucenda; in vino & in condimentis, quando sit quasi polluctum in hoc dissentiunt: Si fuerint in decocto, schola Schammai dicit, debet pollucere; & schola Hillel dicit; Non debet pollucere. Quænam est ratio scholæ Schammai? *Et alligabis argentum tantummodo in manu tua.* Quænam est ratio scholæ Hillel? vel si profanaverit, quid proderit? Nonne est indecimatum? R. Ela nomine Samuelis: Quod dicis, intelligitur quod indecimatum vocetur sanctum. Dicit R. Jehuda: Narratur de Raban Gamaliel, & senioribus, qui considebant in gradibus vestibuli in monte domus, & erat Jochanan sacerdos, scriba sedens coram illis: Dixerunt illi: Exi & scribe fratribus nostris Galilææ superioris, & Galilææ inferioris: Pax vestra multiplicetur. Significo vobis advenisse tempus polluctura, educite decimas vestras ex cupa olivarum: Fratribus plagæ australis superioris & inferioris; significo vobis advenisse tempus pollucturæ; educite decimas ex manipulis spicarum: Fratribus captivitatis Babylon, & captivitatis Mediæ, & captivitatis Græciæ, & reliquarum captivitatum Israel: Pax vestra multiplicetur: Significo vobis agnos adhuc esse tenellos, & pullos esse parvos: & placeat coram illis, & coram sociis addere anno triginta dies. Hoc dicit, quod non dent decimam sacerdoti. Diversum est, quod ibi docet Rabi Jehosua ben Chananjah. Dicit R. Chananjah: quod dicit; quod Raban Gamaliel obliget ad acquirendum: Dicit R. Jehosua de fructibus terræ adhærentibus, si sporta Raban Gamaliel posita sit in domo R. Jehosua, & dicat; Acquirat decimam quæ in illa est; nihil facit, nisi definiat: R. Radipha dicit: Dissentiunt R. Hieremia, & Rabi Jose: Alter dicit: Qui dignus est sumere, acquirit; & alter dicit: Qui dignus est dare, acquirit: Qui dicit: Qui dignus est sumere, acquirit, multo magis, qui dignus est dare: & quid est quod dicit? Qui dignus est dare; at non quis dignus est sumere. At Misna contraria est illi, qui dicit; qui dignus est sumere, acquirit; At ibi legimus: Si dicat: Da hunc libellum repudii ejus uxori, quia conveniens est ut accipiat libellum repudii filiæ suæ; & chirographum quo libertate donetur servus meus. Quia conveniens est ut accipiat chiro-

gra-

ותנינן התקבל גט זה לאשתי או הולך גט
זה לאשתי אם רצה להחזיר יחזיר. והעבר
ראוי להוליך את הגט. פתר לצדדים היא
מתניתא פליגא על מאן ראמר הראוי ליתן
זכה דתנינן תמן עישור אחד שאני עתיד
למוד נתון לעקיבה בן יוסף כדי שיזכה בו
לעניים ומושכר לו מקומו . ורבי עקיבא
ראוי הוא ליטול. פתר לה עד שלא העשיר
ואפילו תימר משהעשיר תיפתר שהיה
פרנס ויד הפרנס כיד העני. מילתיה דרבי
יהושע בן לוי אמרה הראוי ליטול זכה
דרבי יהושע בן לוי אמר בבעל הבית עשיר
נחלקו. אבל בבעל הבית עני מאחר שהוא
ראוי ליטול זכה.

הלכה ז ויתודה כיום טוב הראשון
של פסח כדי שיהא לו מה לאכול ברגל.
ויתודה בשחרית עד כאן מצוה הוא לאכול
תני והביכורים. מאן תנא ביכורים רבנים.
מאן לא תנא ביכורים. רבי שמעון דתנינן
וחייבין בביעור ורבי שמעון פוטר. נתתיו
ללוי מיכן שאין נותנים מעשר לכהונה.
אמר רבי יונה זאת אומרת נשרף טיבלו
אינו יכול להתודות. אית תניי תנו כל
המצות שבתורה מעכבות. אית תניי תני
כל המצות שבפרשה מעכבות. רבי אחא
בר פפא בעא קומי רבי זעירא אפילו
הקדים תפילה של ראש לתפילה של יד.
אמר ליה אוף אנא סבר כן. אמר רבי
יוסי כי רבי כה צריך לומר חלה על כל
תרומה על הכל ליהוה. זה שם המיוחד.
מנין לא עשה כלום עד ששייר מקצת
תלמוד לומר מראשית ולא כל ראשית
מנין שהוא עובר בעשה רבי לעזר כשם
רבי סימיי לא נתתי ממנו למת מה נן
קיימין אם להביא לו ארון ותכריכין דבר
שהוא אסור לחי. לחי הוא אסור לא כל
שכן למת. אלא איזהוא רבר שהוא
מותר לחי ואסור למת הוי אומר זו
סיכה

הלכה ח רבי הונא בר אחא
בשם רבי אלכסנדרא בוא וראה כמה גדול

graphum, quo libertate donatur. Atqui legimus. Accipe hunc libellum repudii pro mea uxore; aut defer hunc libellum repudii uxori meæ; si velit pœnitere, poterit pœnitere. Et servus conveniens est, qui deferat libellum repudii: Si exponat pro lateribus, Misna contraria est illi, qui dicit: Qui conveniens est ut det, acquirit. Etenim ibi legimus: Decimam unam, quam ego mensurabo, detur Akibæ ben Joseph, ut acquirat illam pauperibus, & locus ejus conductus sit ei; & R. Akiba conveniens est ut accipiat: Exponit, donec ditescat: Vel si dicas; postquam fuerit ditatus; poterit exponi, quod sit gubernator, & manus gubernatoris est ut manus pauperis: R. Jehosua ben Levi dicit: Si conveniens est ut accipiat, acquirit; Etenum R. Jehosua ben Levi dicit: De patrefamilias divite dissentiunt; At si paterfamilias sit pauper; postquam est conveniens ut accipiat, acquirit.

Constitutio VII. Et confitebitur in die primo festo Paschatis, ut habeat, quod possit comedere in festo: Et confitebitur mane; Usque huc præceptum est, ut comedat: Traditio: Et primitiva: Qui docent de primitivis, sunt sapientes; qui non docet de primitivis, est R. Simeon: Etenim legimus: Et debent pollucere, & R. Simeon absolvit: *Dedi Levitæ:* Hinc probatur, quod non detur decima sacerdotio: Dicit R. Jona: Quod dicis; Si comburatur ejus indecimatum, non poterit confiteri: est qui docet, quod omnia præcepta legis impediant; est qui docet, quod omnia præcepta, quæ sunt in sectione, impediant. R. Acha bar Papa quæsivit coram Rabi Zehera: Vel si induat Thephilin capitis ante Thephilin manus. Respondit: Ego quoque ita sentio. Dicit R. Jose discipulus R. Bon: Dicendum est: Placenta super toto separatio: super toto *Domino?* Hoc est nomen peculiare. Unde probatur quod nihil faciat, nisi reliqua sit ejus pars? Ex eo quod dictum est: *A principio:* At non omne principium. Unde probatur, quod transgrediatur præceptum affirmativum? R. Eliefer nomine R. Simai: *Non dedi ex eo pro mortuo:* Quomodo nos explicabimus? Si ad afferendum pro illo arcam, & involucra, quod est vetitum vivo; si vivo vetitum est, nonne multo magis mortuo? At quodnam est quod est licitum vivo, & vetitum mortuo? Dicendum est, quod sit unctio.

Constitutio VIII. R. Huna bar Acha nomine R. Alchasandra; Veni & vide, quam magna sit virtus facientium præ-

כותך של עושי מצות שכל השקפה
שבתורה ארורה וזה בלשון ברכה . אמר
רבי יוסי בן חנינא ולא עוד אלא שכתוב
בה היום הזה . תניי יוסא . רבי יודה בר
פזי פתח בה אבוא בגבורות יהוה אלהים.
כתיב אלה שני בני היצהר על אדון כל
הארץ . רבי אבהו אמר איתפלגון רבי
יוחנן ורבי שמעון בן לקיש חד אמר אילו
שהם באים בטרוניא לפני הקדוש ברוך
הוא. וחרנה אמר אילו שהם באים מכח
המצות ומעשים טובים לפני הקדוש ברוך
הוא. רב הוה ליה כיתן ולקת. שאל לרבי
חייא רובא מהו מיכוס צפר ומנבלא אדמיה
בזרע ביתן . אמר ליה נבילה . ולמה לא
אמר ליה טריפה בגין דרבי מאיר דרבי
מאיר אמר טריפה חייבת בכיסוי . לא כן
אמר רבי משם רבי שמעון בן לקיש
משעלו מן הגולה לא לקת פשתן ולא
החמיץ יין ונתנו עיניהם בזכות רבי חייה
הגדול ובניו . ורב כהדא שמעו אלי אבירי
לב הרחוקים מצדקה . רבי אבהו אמר
איתפלגון רבי יוחנן ורבי שמעון בן לקיש
חד אמר שכל באי העולם באים בצדקה
ואילו באים בזרוע . וחרנה אמר שכל טובות
ונחמות הבאות לעולם בזכותם והם אין
נהנין מהם בלום . בגון מר זוטרא דמצלי
על חורנין ומתעני ועל נפשיה לא מתעני.
תנו למחלוקת . ניתנו דברי רבי יהודה .
רבי יוסי אמר לבית דירה ניתנו . אתיא
דרבי יודה ברבי יוסי . ודרבי מאיר כדעתיה
דתנינן מעלות היו שכר ללוים דברי רבי
יודה . רבי יוסי אומר לא היו מעלות להם
שכר .

הלכה ט רבי ירמיה רבי חייה
בשם רבי שמעון בן לקיש מתניתא
משנחשדו להיות נותנים מעשר לכהונה
חדא מסייעא לרבי יוחנן בחדא ופליגא
עלוי בחדא עלוי דתנינן וכן בת כהן ללוי
לא יאכלו בתרומה ולא במעשר . ניחא
בתרומה לא תאכל במעשר מה נפשך
כהנת היא תאכל לויה היא תאכל. רבי
אילא בשם רבי יוחנן כמאן דאמר אין

cepta ; quod omnis aſpectus qui eſt in lege ſit maledictus , & hic ſit in phraſi benedictionis . Dicit Rabi Joſe Chanina: Et præterea ibi ſcriptum eſt: *Die iſto:* Traditio: Die: Rabi Jehuda bar Pazi exponit: *Introibo in potentia Domini Dei:* Scriptum eſt : *Iſti ſunt duo filii olei , qui aſſiſtunt dominatori univerſæ terræ* . R. Abau dicit: Diſſentiunt R. Jochanan , & R. Simeon ben Lakiſch : Alter dicit : Iſti ſunt qui adducunt cum tyrannide coram Deo S. B. & alter dicit : Iſti ſunt, qui veniunt ex virtute præceptorum , & bonorum coram Deo S. B. Rab habebat linum & fuerat læſum . Quæſivit a Rabi Chijah magno : Quid erit, ſi tegat avem , & commiſceat terram cum ſemine lini ? Reſpondit : Cadaver eſt . Et cur non dixit diſcerptum ? Propter Rabi Meir : Etenim R. Meir dicit : Diſcerptum requirit tectionem . Non ita dicit R. Amme nomine R. Simeonis ben Lakiſch : Poſtquam adſcenderunt ex captivitate , non percuſſum eſt linum, neque acidum factum eſt acetum , & dederunt oculos ſuos propter meritum R. Chijah magni , & filiorum ejus : Et Rab juxta illud quod dictum eſt : *Audite me duro corde, qui longe eſtis a juſtitia.* R. Abau dicit: Diſſentiunt R. Jochanan, & Rabi Simeon ben Lakiſch : Alter dicit : Omnes qui veniunt in mundum , veniunt in miſericordia , & iſti veniunt in brachio ; *ſc. in violentia.* Et alter dicit , quod cuncta bona & conſolationes veniant in mundum propter eorum merita , & ipſi ex illis nullam utilitatem percipiant : Sicut Mor Zuthra orabat pro aliis, & affligebatur, at pro ſe non affligebatur: Explicatur de diſſenſionibus: Tradiderunt: verba R. Jehuda: R. Joſe dicit . In domo habitationis ponantur : Conſentit R. Jehuda cum R. Joſe; & R. Meir juxta mentem ſuam : Etenim legimus . Gradus erunt merces Levitis : Verba R. Jehuda . R. Joſe dicit : Non erant gradus illis merces.

Conſtitutio IX. R. Hieremia , Rabi Chijah nomine Rabi Simeonis ben Lakiſch : Miſna : Poſtquam ſuſpecti facti ſunt, quod darent decimam ſacerdotio : Hoc ſavet τῷ R. Jochanan in altero, & in altero adverſatur ; In altero adverſatur : Etenim legimus ; *Et ſimiliter filia ſacerdotis ſi nubat Levitæ , non comedet de ſeparatione , neque de decima :* Recte de ſeparatione non comedet; Ex decima num putas , quod ſacerdos fœmina comedat , & Levitis non comedat ? R. Ela nomine R. Jochanan conſentit cum eo qui dicit : Non dant decimam

נותנים מעשר לכהונה . הוה הוא אומר
נותנים מעשר לכהונה . מסייעא ליה דו
אמר כולם לשבח ראמר רבי יוחנן כהן
גדול שלח ובדק בכל ערי ישראל ומצאן
שלא היו מפרישין אלא תרומה גדולה
בלבד . אבל מעשר ראשון ומעשר שני
מהם היו מפרישין ומהם לא היו מפרישין
אמר הואיל ומעשר ראשון במיתה. ומעשר
שני בעון טבל יהא אדם קורא שם לתרומה
ולתרומת מעשר ונותנו לכהן ומעשר שני
מחללו על המעות והשאר מעשר עני
שהמוציא מחבירו עליו הראיה. ויתודה .
אמר רבי הילא כעס הוא לפני המקום מי
שהוא אומר עשיתי והוא לא עשה . מעתה
מי שהוא מפריש מתודה . מי שאינו
מפריש לא יתודה' כהדא דתני עד
השקיפה היו אומרים קול נמוך . מיכן ואילך
היו אומרים קול גבוה . את המעוררין .
אותם שהיו אומרים עורה למה תישן יהוה
הקיצה ואל תזנח לנצח. וכי יש שינה לפני
המקום. והלא כבר נאמר הנה לא ינום
ולא ישן שומר ישראל . ומה תלמוד לומר
ויקץ בישן יהוה. אלא כביכול באלו לפניו
שינה בשעה שישראל בצרה ואומות העולם
ברווחה . וכן הוא אומר ובהמרותם תלן
עיני. את הניקפים. אותם שהיו מכין על
גבי העגל בין קרניו. אמר להם יוחנן כהן
גדול עד מתי אתם מאכילים את המזבח
טריפות . ועמד ועשה להם טבעות . רבי
בא בשם רב יהודה טבעות עשה להם
טבעות רחבות מלמטן וצרות מלמעלן.
עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם . עד
תחילת ימיו . ובימיו אין אדם צריך לשאול
על דמאי שהעמיד זוגות . מילתיה דרבי
יהושע בן לוי אמרה מהם לגנאי ומהם
לשבח. דאמר רבי יוסי בשם רבי תנחום
בר חייה . רבי חזקיה רבי אלעזר בי רבי
יוסי רבי תנחום בר חייה בשם רבי יהושע
בן לוי בראשונה היה מעשר נעשה לשלשה
חלקים שליש למכרי כהונה ולויה . ושליש
לאוצר . ושליש לעניים ולחברים שהיו
בירושלם . אמר רבי יוסי בי רבי בון מן
דהוה סליק למדין בירושלם עד דהלת

cimam facerdotio: Qui dicit: Dant decimam facerdotio; confirmat quod dicit; Cuncta in laudem: Eteoim dicie R. Jochanan: Jochanan fummus facerdos mifit, & inveftigavit de cunctis urbibus Ifrael, & invenit, quod non fepararent nifi feparationem magnam duntaxat: At decimam primam & decimam fecundam alii ex iis feparabant, & alii non feparabant; Dixit; quoniam propter decimam primam rei funt mortis, & decima fecunda requirit eft in delicto, indecimatum homo infigniet nomine feparationis, & feparationis decimæ, & dabitur facerdoti, & decima fecuuda profanabitur fuper nummis, & quod fpectat reliquam decimam pauperis, qui vult repetere a focio fuo, ipfi incumbit probatio. *Et confitebitur*: Dicit Rabi Ela: Indignatio erit coram Deo fi dicat; Feci; & ipfe non fecerit. Hinc qui feparat, confitebitur; qui non feparat, non confitebitur: Etenim extat traditio: Ufque ad *: Afpice :* dicebant voce demiffa; hinc & ulterius dicebant voce alta. Expergefacientes: Ipfi erant qui dicebant: *Exurge, quare obdormis Domine? Exurge & ne repellas in finem:* Num eft dormitatio coram Deo? Atqui jam dictum eft: *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuftodit Ifrael*: Et cur dictum eft: *Et excitatus eft tanquam dormiens Dominus*. Quafi dicat, quod fit dormitatio coram eo, quaudo Ifraelitæ funt in tribulatione, & natiooes mundi in recreatione: Et fimiliter dictum eft: *Et in amaritudinebus moratur oculus meus;* Et laniones: Ipfi funt, qui percutiebant vitulum inter ejus cornua. Dixit illis Jochanan fummus facerdos. Hactenus vos cibaftis altare difcerptis; & conftituit, & fecit illis annulos. R. Ba nomine R. Jehuda: Annulos illis fecit, annulos infra latos, & fupra anguftos. Ufque ad dies ejus malleus percutiebat Hierofolymis; Ufque ad principium ejus dierum. Et diebus ejus non erat neceffe, ut homo rogaret de re dubia; quia conftituit copulas. R. Jehuda ben Levi dicit: Hoc ad ignominiam, & illud ad laudem. Etenim dicit R. Jofe nomine R. Tanchum bar Chijah, R. Ezechia, R. Eliefer difcipulus R. Jofe, R. Tanchum bar Chijah nomine R. Jehofua ben Levi: Olim decima dividebatur in tres partes; tertia pars juvenibus facerdotii, & Levitarum; tertia pars cedebat cellæ, & tertia pars pauperibus, & fociis, qui erant Hierofolymis. Dicit R. Jofe difcipulus Rabi Bon: Qui adfcendebat ad difcendum Hierofolymæ, ufque ad tres fafciculos

Aaa 2 ipfe

אינרן הוה יהב מידידיה מכן ואילך משדי אוצר. משבא אלעזר בן פחורה ויהודה בן פתירה היו נוטלים אותם בזרוע והיו ספיקן בידם למחות ולא מיחה. והעביר הוריית המעשר. וזו לגנאי. את המעוררין לשבח. ואת הנוקפין לשבח. עד ימיו היה פטיש מכה בירושלם. עד תחילת ימיו. רבי חסידא שאל לרבי חזקיה לא מסתברא עד סוף ימיו. אמר ליה אוף אנא סבר כן. דמאי רבי יוסי בשם רבי אבהו. רבי חזקיה בשם רבי יודה בן פזי דמאי דמי התקן. דמאי לא תיקן.

ipſe dabat de ſuo; hinc & ulterius ex horreo: Poſtquam venit Elieſer ben Pechura, & Jehuda ben Pethira, auferebant cum violentia, & ipſi præbebant manibus ſuis, & cum poſſent impedire non impedierunt. Et abrogavit confeſſionem decimæ: Et hoc in dedecus: Expergefacientes in laudem; & laniones in laudem: Uſque ad dies ejus malleus percutiebat Hieroſolymis: Uſque ad principium ejus dierum. R. Chaſida quæſivit a R. Ezekia: Probabiliter non uſque ad finem ejus dierum: Reſpondit; Ego quoque ita puto. De re dubia: R. Joſe nomine R. Abau: R. Ezekia nomine R. Jehuda ben Pazi; Res dubia eſt; Num præparata eſt? Res dubia non eſt præparata.






JOHANNIS SPENCERI*

DISSERTATIO

DE SOLUTIONE PRIMITIARUM, ET DECIMARUM.

CAPUT PRIMUM.



E sermonem jam faciam ancipiti sensu laborantem, in ipso limine monendum censeo, me sensu paulo laxiore *primitiarum* vocem hic usurpare: ita nempe, ut (1) πρωτότοκα, πρωτογεννήματα, & ἀπαρχὰς proprie sic dictas, sensus sui ambitu comprehendat. *Hæc* autem *tria*, quod ait (2) *Augustinus*, *ita discernuntur : πρωτότοκα sunt primitivi animalium fœtus, etiam hominum : πρωτογεννήματα vero, primi fructus de terra sumpti, vel de arbore, vel de vite : ἀπαρχαὶ autem, de fructibus quidem, sed — redactis ab agro sicut de messa, de dolio, de lacu, de cupa, quæ primitus sumebantur*. Quibus verbis ne hilum discessit S. Pater a Græcorum aut Hebræorum sensu : nam πρωτογεννήματα (3) Græcis dicuntur, quæ Hebræis בכורים munera nempe, quæ de frugibus integris, necdum elaboratis, festo primitiarum, præ frugibus aliis, offerebantur. At ἀπαρχαὶ, Hebræis תרומות dictæ, eæ fuerunt quæ de frugibus universis jam elaboratis, (id est, in massam aut liquorem redactis) sepositæ, sacerdoti tradebantur. Hunc accuratum loquendi modum probasse videtur (4) *Origenes*, cum dixit, μετὰ τὰς πάντας καρποὺς ἀναφέρεται ἡ ἀπαρχὴ, πρὸ δὲ πάντων τὸ πρωτογέννημα· *Post omnes fructus* collectos *dedicantur primitiæ, ante omnes vero prima genitura*. Nec (ut institutum prosequar) novum aut mirum haberi debet, quod *primitiarum* voci sensum tam amplum tribuam, cum *Donatus* ei testimonium præbeat : nam, (5) eo teste, *primitiæ proprie dicuntur, quæ Diis offeruntur de fructibus novis aut fœtibus gregum*.

Ut autem a vocibus ad res ipsas gradum faciamus : tot leges de primitiis Deo solvendis ideo ferebantur, ut Israelitæ

* Hæc quæ hoc loco referuntur a *Spencero* de primitiis & decimis, jam confutata sunt in cl. *Witsii* Ægyptiacis, quæ edita sunt in primo volumine Antiquitatum Sacrarum.

litæ donis illis, quibus aliæ gentes, & ipsi forsan in Ægypto, fictitios Deos colebant, eosque frugum inventores aut patronos agnoscebant, Deo vero honorem exhiberent; & cœli terræque Domino (non Soli, Isidi, vel Cereri) se terræ fruges debere testarentur. Ut assertionis hujusce veritas ex antiquitatis tam remotæ nebulis eo clarius eluceat, probabo 1. Gentes antiquas, Diis suis, ritu solenni, primitias obtulisse. 2. Morem illum, legibus de primitiis Deo sacrandis occasionem & materiam præbuisse. 3. Objectionibus potioris notæ satisfaciam.

Id primo probari debet, nempe gentes ethnicas Deos eorum primitiarum oblatione coluisse. Hic autem, ne sermo meus in immensum excurrat, ostendam tantum, gentes olim famæ clarioris, Ægyptios, Græcos, Romanos, id moris observasse. Hoc apud Ægyptios usurpatum testatur (6) *Diodorus Siculus*: eorum enim ceremonias in Isidis festo referens, κατὰ τὸν θερισμὸν, inquit, τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς, &c. *Messis tempore, oblatis spicarum primitiis, juxta manipulos Isidem invocare solent*. Ex Ægypto ritus ille, ni fallor, in Græcorum mores ivit: nam illi τῇ Δήμητρι vel Cereri (quæ (7) eadem cum Iside) post comportatas fruges, θαλύσιας, i.e. (8) primitias, cœca gratitudine tribuerunt: unde & festum, cum primitiarum oblatione conjunctum, θαλύσια nomen accepisse, testatur (9) *Meursius*. Huic affine erat festum Ὡραῖα dictum: nam ὡραῖα θύειν, inquit *Hesychius*, τελεῖν τι ἐν ὥρᾳ τῶν ὡραίων ἀπόντων ἐγένοντο ἀπαρχαί. Huic etiam familiæ accenseri debet festum Apollini & Dianæ sacrum, (10) cui Θαργήλια nomen: in eo enim ἧψων τὰς ἀπαρχὰς τῷ Θεῷ τῶν πεφηνότων καρπῶν (Θαργηλίῳ) ὀνομαζομένῳ, ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, τῷ αὐτῷ ὄντι τῷ ἡλ. *Coquebant frugum primitias quæ provenerant*, in *Dei* honorem *qui nomen habuit* Θαργήλιος, (*quod terram calefaciat*) *qui & idem cum Sole*. Romanos etiam primitias obtulisse, (11) Poetæ Romani testimonio nixus, assero:

> —— *Ut primas Cereri dare cultor aristas*
> *Posset, & intacto Bromium* (i. e. Bacchum) *perfundere vino*,

Quanta vero religione primitias offerendi ritum observarint Romani veteres, e *Plinio* (12) discimus: *ne degustabant quidem novas fruges aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent*.

Gentes autem quas dixi, duabus inductæ rationibus, primitias obtulisse videntur. 1. Ut dignas Isidi vel Cereri grates persolverent, ob fruges inventas aut productas. Nam Ægyptii, (13) *Diodoro* teste, *primitias Isidi*, μαρτύριον τῆς εὑρέσεως τῶν καρπῶν, *in testimonium frugum ab ipsa repertarum*, afferebant. *Et apud alias urbes, cum festum Isidis agitur, tritici & hordei vascula circumferri* dicit, ἀπομνημόνευμα τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ Θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων· *frugum Deæ industria primo repertarum monimenta*. Hac etiam ratione ducti frugum ubertim productarum laudem & honorem Cereri tribuebant. Hoc evincunt illa (14) *Theocriti*.

> —— ἁ δ' ὁδὸς, ἅδε θαλυσιάς· ἦ γὰρ ἑταῖροι
> Ἀνέρες εὐπέπλῳ Δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
> Ὄλβω ἀπαρχόμενοι· μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ
> Ἁ Δαίμων εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.
>
> —— *En viam, en ad Thalysia! nam amici*
> *Homines frugiferæ Cereri solennia peragunt*,
> *Fortunarum primitias offerentes: eis enim valde cumulata mensura*
> *Dea frugibus abundantem replevit aream*.

Hinc apparet ethnicos primitias Isidi, tanquam χαριστήρια gratique animi testimonia obtulisse. 2. Primitias etiam offerebant ethnici, ut ea religione fertilitatem & alia beneficia procurarent. Hoc, duplici testimonio fretus, fidenter assevero. Primum (15) *Eustathii* sit, his verbis conceptum: Θαλύσια δὲ αἱ ἀπαρχαὶ, —— ἤγουν αἱ μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι Θεῷ, ὑπὲρ τοῦ καὶ εἰς ἔπειτα θάλλειν τὰς ἀρούρας· *Thalysia vero primitiæ sunt*, — *quæ post collectionem frugum Deæ penduntur, ut in posterum quoque arva florescant*. Alterum, nec minus amplum, est (16) *Celsi* testimonium: Δαίμοσι τοῖς τὰ ἐπὶ γῆς εἰληχόσιν εὐχαριστητέον, καὶ ἀπαρχὰς καὶ εὐχὰς ἀποδοτέον, ἕως ἂν ζῶμεν, ὡς ἂν φιλανθρώπων αὐτῶν τυγχάνοιμεν. *Gratiæ sunt agendæ Dæmonibus rerum terrenarum præfecturas sortitis, eisque preces offerendæ & primitiæ, quoad vivimus, ut ipsos habeamus præsentes ac propitios*.

Cum itaque sic gentium usu factum esset, ut primitias, gratitudinis indicandæ & fertilitatis procurandæ causa, Numinibus exhiberent, & hac superstitione Israelitæ forsan inficerentur; Deus omnis generis primitias sibi dicari jussit, ut ritu illo se a Dei benignitate *areas*

fru-

frugibus abundantes accipere testarentur; nec Isin, Osirin, Bacchum, Cererem, aut alia fictitia frugum Numina, in partem aliquam laudis & gloriæ Deo soli debitæ vocare viderentur. Sunt autem argumenta, nec pauca, nec levia, quæ in hanc cogitationem animum meum induxerunt.

Primum ita se habet: quantum Veterum testimoniis & aliis argumentis assequi licet, primitias offerendi ritus Legem antiquitate superavit, & ab ultima vetustate religionis ethnicæ partem non obscuram fecit. Nam Ægyptios in festo Isidis (quo nomine nihil antiquius habet ethnicorum theologia) primitias obtulisse, docet modo laudatus (17) *Diodorus*, & ritum illum τὸ τηρούμενον παρ' αὐτοῖς ἐξ ἀρχαίων νόμιμον *institutum a seculis antiquioribus observatum* vocat. *Triptolemus*, Isidi vel Ceteri coætaneus, hanc legem inter alias, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν *Deos fructibus placare*, dedit Athenienfibus; uti refert (18) *Porphyrius* ex *Hermippo*, qui & legem illam per ἀπαρχὰς τοιεῖσθαι, tanquam voces synonymas, interpretatur. Et (19) alibi, de hoc ritu loquens, ἀπ' ἀρχῆς μὲν, inquit, αἱ τῶν καρπῶν ἐγίνοντο τοῖς Θεοῖς θυσίαι. *A rerum exordio quidem Diis primitiæ de fructibus solvebantur*. Nec ritui huic antiquitatem multo minorem tribuit *Aristoteles*: ex omnibus enim conventibus in Deorum honorem agi solitis, iis maximam antiquitatem vindicat, quos homines, conditis in horreum frugibus, celebrabant; quibus etiam, otium jam nacti, Diis suis collectarum frugum primitias offerebant. Sed ipsa (20) *Philosophi* verba audiamus: αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. *Prisca sacrificia & conventus habiti videntur post fructuum collectiones, quasi primitiæ quædam. Nam illis maxime temporibus*, post exactos nempe vertentis anni labores, *a negotio rustico feriabantur*. Pluribus testimoniis haud opus esse sentio, ut probem Gentiles, deos eorum primitiis oblatis, ante datam Legem coluisse: cum præsertim moris illius antiquitas sola suipsius probabilitate non parum confirmetur. Cum enim simplicioribus mundi seculis, non tam verbis officio & obsequio plenis, quam rebus & donis honorem exhiberent; & inter dona, (21) fructus, inter fructus autem primitiæ, usu & dignitate antecedere crederentur; rationi convenit gentes antiquissimas numinibus suis primitiarum honorem tribuere voluisse. Hanc conjecturam adjuvat mos ille perantiquus, festa omnia libatione aliqua numini facta auspicari; qui manavit proculdubio e nativo illo justi & decori sensu, quo homines ad rerum suarum primitias Numini tantum solvendas efferebantur.

Secundo: Hoc etiam argumentum inducit animum, ut antiquiorem gentium morem legi de primitiis occasionem fecisse censeam; quod Hebræi primitias offerentes, ritus eorum plurimos, non e Dei lege, sed seculi moribus hauserint; & festorum suorum ceremonias ad mores passim receptos, qua per legem licebat, conformarint. Nam,

1. Gentes antiquæ, primitiis offerendis occupatæ, θαλλοὺς, i. e. ramos lana obvolutos, unde panis, ficus, aliique fructus omnigeni, circumpendebant, ovantium ritu circumferebant: ramus autem in hunc modum exornatus, εἰρεσιώνη vulgo dicebatur. Huic mori *Scholiastes* (22) *Aristophanis* hoc testimonium perhibet: Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ἡλίῳ καὶ Ὥραις ἑορτάζουσιν Ἀθηναῖοι· φέρουσι δὲ οἵ τε παῖδες θαλλοὺς ἐρίοις περιειλημμένους, ὅθεν εἰρεσιώνας λέγονται. Cum etiam Judæi festum συντελείας aut *collectionis frugum* agitarent, εἰρεσιώνην, ramum elaboratum, (id est, lana & fructibus inde pendentibus ornatum) more vitulantium circumgestabant. De hac autem ceremonia, inter Hebræos olim obtinente, de testibus etiam e quorum fide jam loquor, (23) alium mihi sepono dicendi locum.

2. Gentiles primitias Numini suo tribuentes, se tripudiis & choreis oblectare solebant. De Sichemitis enim, a Rep. Israelis alienis, (24) legimus, quod, *euntes in agros, vindemiarunt vineas, calcarunt uvas*, καὶ ἐποίησαν χορὰς *& choros instituerunt*; more forsan e civili in sacrum temporis progressu transeunte. Hoc enim natum videtur ex usu veterum agricolarum, qui frugibus collectis, & vini flore venis incalescentibus, saltare, aut verius ad numeros inconditos pedes movere, solebant: adeo ut chori, oblectamenti gratia primo, postea vero religionis, in primitiarum festis usitati censeantur. Hanc conjecturam firmiorem faciunt (25) Auctoris egregii verba: Δοκοῦσι δέ μοι μηδὲ τὴν ἀρχὴν συστήσασθαι ἑορτὰς καὶ τελετὰς Θεῶν ἄλλοι τινὲς ἢ γεωργοί· πρῶτοι μὲν ἐπὶ ληνῷ στησάμενοι Διονύσῳ χορούς. i. e. *Mihi vero nulli alii Deorum solemnitates & ceremonias primitus instituisse videntur, quam agricolæ: primi in Bacchi honorem, cum vina prelo exprimerent, choros indicen-*

centes. Judæos etiam choreas exercuisse, cum olei, vini, & aliorum fructuum primitias Deo donarent, testes (26) alibi in medium adducti dubitare non sinunt.

3. Gentes aliquæ, collectis in horreum frugibus, mensas dapibus & frugibus, ad oculorum gulæque fastidium, solenniter instruebant. Hoc Ægyptiis aliisque in more fuisse, (27) *S. Hieronymi* testimonium extra dubium ponit: *est in cunctis urbibus, & maxime in Ægypto & -- Alexandria, idololatriæ vetus consuetudo; ut ultimo die anni & mensis* ejus *qui extremus est, ponant mensam refertam varii generis epulis, & poculum mulso mixtum, vel præteriti anni vel futuri fertilitatem auspicantes*. Hoc etiam exemplum ab Ægyptiis ad Judæos antiquitus traductum videtur: sic enim (28) *Plutarchus* eorum mores in festo Tabernaculorum vel collectionis habuisse refert: ἀκμάζοντι τρυγητῷ τραπέζας προτίθενται παντοδαπῆς ὀπώρας, ὑπὸ σκηναῖς, &c. *Maxime fervente vindemia, proponunt mensas, in quibus expositæ sunt omnis generis fruges sub tabernaculis*. E quibus hoc inter alia colligit *Plutarchus*, Judæos nempe Bacchum venerari, quem scil. ethnici, tanquam fructuum tutelare numen, tali aliquo ritu coluisse videantur.

4. Ethnicis solenne fuit, multa cum pompa & negotio primitiarum festa celebrare. Nam (29) *Diodorus Siculus*, *Iseia*, primitiarum festa quædam in Isidis honorem agitata, memorans, *apud urbes aliquas, cum Iseia celebrantur*, ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι πυθμένας πυρῶν καὶ κριθῶν, *in pompa tritici & hordei vascula, inter alia, circumferri* refert, *ad* frugum *primitus Deæ industria repertarum memoriam*. Cum etiam Judæi primitiarum oblationi vacarent, fructus in vasculis ponebant; facto insuper agmine, & pompa Gentilium feriantium ritus imitante, se ad Hierosolymam conferebant. Hoc aperte probatur e celebri Misnæ testimonio, cujus explicationi, cum (30) occasio vocabit operam non perfunctoriam dabo.

5. Gentiles, in luxum omnem soluti, vitis & agri primitias offerebant, ludis, comessationibus, epulis, canticis insuper ebriosis, seipsos oblectantes. Nihil eo tempore reliquum fiebat luxuriæ dissolutæ, quo Bacchi, fructuum & ebrietatis dei, se gratiam inituros existimabant. Inde factum, quod homines Bacchi orgiis occupatos (31) Σάβους appellarent, voce ab Hebr. סבא *ebrius fuit* originem petente, ni fallat (32) *Casauboni* conjectura. Judæos etiam in Paschate, primitiarum festo, prope nimis ad ethnicorum mores accessisse, suspicandi causam non levem præbent *S. Petri* (33) verba: *non enim sicut vos existimatis, ebrii sunt hi: cum sit hora tertia diei*. Quasi dixisset, " nullum
" adhuc oblatum est sacrificium, nec
" festum inchoatum, unde suspicari quis
" possit, homines hosce poculis immo-
" deratius indulsisse. Nondum advenit
" illa festi hora, qua solent homines
" ita se vino mergere, ut nec mens
" nec lingua satis officium præstet. Sed
" huic suspicioni locum ampliorem facit Canon ille quem (34) *Josephus Scaliger* ex antiquissimo Judæorum Rituali citat: אין מפטירין אחר פסח אפיקומן ab eodem auctore sic Græce redditus; μετὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἀπολύετε τὸ δεῖπνον ἐπικώμιον· Hic autem splendide hallucinati sunt *Scaliger*, & recentiores Judæi, qui אפיקומן ** vocem unam esse, de bellariis in cœna Paschali vetitis intelligendam existimarunt. Nam in *Talmude*, cap. de *Paschate*, duæ omnino sunt voces; & Canonem his verbis expressum legimus, אין מפטרין אחר פסח *** אפי קומן i. e. Μετὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἀποπέμπουσιν ἐπὶ κῶμον. *Post Pascha non dimittunt*, id est, *non sinunt ire comessatum*. Hic autem Canon e pravis Judæorum moribus oriri videtur, qui postquam epulum Paschale domi peregissent, solebant ἐπὶ κῶμον βαδίζειν, noctu ad vicinas domos se catervatim conferre, & ibi, Gentilium ritu, epulas luxuriæ plenas instaurare. Sic morem gentilium antiquitus habuisse, docent *Epicharmi* verba, ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, ἐκ δὲ θοίνης πόσις, ἐκ δὲ πόσιος κῶμος· *Sacrificium epulum sequitur, epulum compotatio, & compotationem comessatio*. De ritus hujus usu & antiquitate, plura, si cupiant, e (35) *Casaubono*, (36) *Simpl. Verino*, (37) *Petavio*, (38) *Cunrado Dieterico*, (39) *Hammondo*, aliisque petant studiosi.

Quæ jam dixi satis clare probant, Hebræos primitiarum festa ceremoniis haud paucis a gentium usu traductis excepisse. Inde vero colligere pronum est, Hebræos antiquos existimasse, primitiarum oblationem non tam juris scripti quam moris inveterati ritum fuisse, & in legem e gentium consuetudine transiisse. Neutiquam enim verisimile est, antiquos Hebræos, cum primitias dedicarent, tot ritus originis ethnicæ observare voluisse, nisi ipsum primitias offerendi ritum e gentium moribus in legem cultumque suum fluxisse credidissent.

Ter-

Tertio: Hinc etiam ſententiæ noſtræ pondus accedat, quod Hebræorum ritus, in primitiarum oblatione ex præſcripto legis obſervandi, cum Gentilium primitias offerentium ceremoniis apprime convenirent. Nam 1. Judæi, cum Deum primitiis honorarent, ſpicarum manipulum offerre debuerunt. Lege nempe ſtatutum eſt, ut, primitiarum loco, את עמר quod LXX. (40) δράγμα interpretantur, Jehovæ dedicarent: Ægyptii etiam, meſſe ineunte, δράγμα, ſpicarum recentium manipulum, Iſidi *frugiferæ*, gratitudinis ergo, conſecrabant. Sic enim (41) *Diodorus Siculus* eorum morem literis conſignavit: *meſſis tempore, ſpicarum primitiis oblatis, incolæ κόπτεσθαι πλησίον τῦ δράγματος, &c. juxta manipulos plangere, & Iſidem invocare, ſolent*. Et (42) *Callimachus*, de Pelaſgis primitias Apollini dantibus loquens, ait,

> Οἱ μέντοι καλάμην τε καὶ ἱερὰ δράγματα πρῶτοι
> Ἀσταχύων φορέουσι, ——

2. Judæi præcepto adſtricti ſunt, primitias בטנה *in caniſtrum*, id eſt, vaſculum e viminibus aut materia pretii grandioris, mittere; quod & multa cum religione ſemper obſervatum teſtatur (43) *Maimonides*. Apud Ægyptios etiam, *Diodoro* teſte, receptum erat, πυθμένας πυρῶν καὶ κριθῶν *hordei & tritici vaſcula*, in Iſidis aut Oſiridis honorem circumferre. Græcis etiam ſolenne fuit in feſto Cereris, opes cibarias in caniſtro repoſitas circumgeſtare: atque inde pompa illa κανηφορία, & illius feſtum κανηφόρια, nomen traxit, (44) Virgines etiam quæ caniſtra ferebant, quibus omnium fructuum primitiæ Deo ſacratæ claudebantur, Κανηφόροι dicebantur. 3. Judæi ſpicarum, quem dixi manipulum igne torrere ſolebant. (45) *Joſephus* enim de Judæis agens circa primitias occupatis, ait, quod φρύξαντες τῶν σταχύων τὸ δράγμα, *ſiccantes* vel *torrentes ſpicarum manipulum* eum altari admoverent. Hoc legis præſcripto factum, quæ Mincham, teneram ſpicam toſtam in igne (46) vocat. Hunc morem inter ethnicos obtinuiſſe docet (47) Plinius: *Numa inſtituit Deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare, atque (ut auctor eſt Hemina) far torrere*. In hunc finem Numa *Fornacalia*, vel farris torrendi ferias, indixiſſe dicitur. 4. Judæi manipulum illum a ſpicis & paleis purgatum, hoc eſt, ipſa grana furfuribus eorum nudata ad aram deferebant. Hoc (48) *Joſephus* aperte dicit: Καθαρὰς πρὸς ἀλεσιν τὰς κριθὰς ποιήσαντες, τῷ βωμῷ προσάγουσι· i. e. exponente Rufino, *munda ad coquendum hordea facientes, aræ Dei admovent*. Hoc lex ipſa poſtulavit, *Levit.* 2. 14. quæ ad verbum ſic habet; *ejectionem ſpicæ viridis offeres mincham primitiarum tuarum*. Gentiles etiam fruges puras & glumis ſpoliatas, primitiarum loco, numini conſecrabant: & ab eo more, frugum Dea nomen *Ceres*, vocabulo a (49) *Geres* paulatim corrupto, accepiſſe creditur. Nam *Geres* a radice גשר *ejicere, extrudere, expellere*, ſignificat: adeo ut feſtum Cereris *feſtum ejectionis* importet, quo ſcilicet fruges; involucris ſuis ejectæ extruſæque, Numini tradebantur.

Ritus alios in primitiarum oblatione Judæis & ethnicis communes enumerare poſſem, ſi rebus tritis & in media luce poſitis immorari liceret. Ex hac autem rituum convenientia, ſententiæ noſtræ firmitatis haud parum advenit: unde enim ille rituum conſenſus ortum duxit, haud facile conjiciendum eſt, niſi primitiarum oblationem, & ritus eo ſpectantes, a gentibus antiquioribus ad Hebræos manaſſe cenſeamus.

Quarto: Ingens illa primitiarum varietas, lege memorata, argumento non levi eſt, ſeculi morem primitiarum oblationi cauſam & originem tribuiſſe. Nam varia fuere primitiarum genera: aliud novalium, quod in (50) cartallo; aliud (51) manipuli, quod altero die Paſchæ offerendum fuerat. Aliud (52) panum duorum fermentatorum in feſto Pentecoſtes: aliud (53) placentæ e nova maſſa. Aliud granulorum e recentium (54) ſpicis igne parumper aduſtis excuſſorum: aliud frumenti in farinam (55) commoliti, & in molam ſale conſperſam facti. Neque vini (56) & olei primitiæ hic ſilentio prætereundæ. (57) Alia primitiarum genera commemorari poſſent, ſed nolo ad faſtidium uſque decantata lectori obtrudere. Quid autem Deus tam variarum primitiarum oblatione Judæos exercere, ne dicam fatigare voluit; niſi quod Moſis ævo, negotioſa ſuperſtitio tam varii generis primitias excogitaſſet, quod tota pene gentium religio in perpetuam primitiarum, hujus aut alterius generis oblationem abiiſſet? Notum enim omnibus, Ethnicos, primitias (58) hordei, tritici, pulmenti, graminis, gregis, arboris, olei, vini, capitis, convivii, imo cibi cujusvis, Diis ſuis conſecrare ſolitos. Neque victimarum tantum, ſed & (59) dapum partem aliquam decerpentes, in ignem conjiciebant epulum Diis ſuis hoc

ritu consecrantes. Ritu consimili circa potum utebantur: (60) vini, lactis, aquæ, parte aliqua in terram vel ignem effusa, mensam auspicantes, quod etiam *Diis libare* dicebatur. Notatum itaque *Porphyrio*, primitias delibandi studium eousque tandem invaluisse, ut antiqui, *deorum sacrificiis* πελάνων ἤδη καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἀπαρχὰς, *placentarum & reliquorum omnium primitias adjungerent*, (61) *nempe si quid pulchrum haberent, & propter odorem divino sensui accommodatum*. Cum itaque sic gentium antiquarum usu factum esset, Deus tam varia primitiarum genera sancivit, nec e frumento solummodo, sed & (62) farina subacta, partem aliquam sibi sacrari jussit; ut superstitioni tam late diffusæ occurreret, & Israelitæ ea omnia quæ Dæmonibus olim offerebant, sibi ipsi in posterum consecrarent.

Quinto: Hoc etiam sententiæ meæ non leve præbet argumentum, quod lex Dei de primitiarum oblatione, præ ritu quovis alio, curasse videatur, & omni ratione prospexisse, ne huic officio deessent Israelitæ. Notum enim omnibus qui sacram paginam vel per transennam aspexere, Deum (63) omnia primitiarum genera sibi seponere, primitias impense (64) desiderare, earum solutionem (65) frequentius inculcare, bona solventibus (66) prolixe promittere, primitiarum commutationem diserte (67) prohibere, ad primitias etiam offerendas festinare. (68) Sed observatu dignius est, primitiarum oblationem festorum omnium partem non exiguam fuisse, quanquam Deus tria solummodo Judæis indixisset. Nam in Paschate primitias hordei, Pentecoste primitias tritici, Tabernaculorum solennitate vitis & arborum omnium primitias, sibi dari jussit. Non est autem proclive dictu, cur Deus Israelitas ad primitias Ei reddendas tam setio tamque frequenter hortaretur, & ad id officium præstandum, tot legibus & promissis eos obligaret, & circa rem non adeo tanti pretii tam sollicite versaretur; nisi quod Mosis ætate, primitiarum solutio animum religionis cura tactum indicare crederetur; e contra vero, primitiarum detentio, vel in usum profanum conversio, hominis ab omni religione, saltem a Dei veri sacris, alieni, signum haberetur. Opinionis hujus antiquæ vestigium aliquod in verbis (69) *Porphyrii* mihi videre videor: οἱ μὲν ἄθυτοι φαίνονται γενέσθαι τῆς ἐθίμου ἀπαρχῆς τῶν ὑπαρχόντων ποιούμενοι τοῖς Θεοῖς· *A sacris alieni videntur nonnulli, facultatum suarum primitias Diis nunquam exhibentes*. Et statim diro exemplo docet, hujusmodi homines, utpote religionis omnis incurios, Atheismi sui pœnas quandoque gravissimas persolvisse. Nempe (70) inquit, *Thoes qui Thraciæ confinia incolebant*, μηδεὸς ἀπαρχόμενοι, *cum neque rei cujusquam primitias solverent, neque sacrificarent, de medio hominum erepti sunt; & derepente nec incolas, nec urbem, nec ædium fundamenta quispiam invenire poterat*. Cum itaque seculis antiquioribus, primitiarum solutio vel retentio personæ bene vel male in Deum animatæ κριτήριον haberetur; consentaneum erat, ut Deus populum suum ad primitias Ei tribuendas omni ratione devinciret: & sollicite cavendum erat, ne munere illo vel penitus omisso vel perperam præstito, porta aliqua vel Atheismo vel idololatriæ panderetur.

Sexto: Hinc etiam sententia nostra firmari possit, quod leges illæ, de primitiis arborum & agrorum Deo sacrandis, cum lege aliqua ritum ethnicum prohibente conjungantur. Cum enim lege præceptum esset, ut arboris cujusque fructus, anno a plantatione quarto (71) provenientes, Deo consecrarent; una cautum est, ne anni primi, secundi, vel tertii, fructus ederent, (72) sed igni traderent. Nempe ut hac ratione obviam iretur ethnicorum mori, qui, teste (73) *Maimonide*, *id observabant in primitiis fructuum cujusvis arboris fructus comestibiles ferentis, ut nempe pars illorum offeratur, pars in idoleio comedatur*. Legi etiam de primitiis agrorum Deo ferendis, lex hœdi in lacte matris coctionem prohibens non (74) semel annexa reperitur. Erat autem coctio illa (quod (75) alibi dixi) ritus ethnicus quo veteres idololatræ, post collectas fruges, ad felicitandum culturæ vel arationis opus utebantur. Ex his aperte satis efficitur, primitias offerendi ritum, diu ante Mosis ætatem inter Gentes obtinuisse, & e gentium moribus in Legem transiisse. Non est enim res expedita, rationem vel comminisci, cur Deus eodem quasi spiritu primitias offerre præciperet, & ritus eos ethnicos prohiberet; nisi quod Gentes illæ sub primitiarum tempora, hujusmodi ritus in usu haberent, & Dei mos esset ritus omnes a Gentibus acceptos emendare, & ab iis omnia merum ethnicismum olentia removere.

Ne hæc omnia veritate prorsus invita dixisse videar, necesse est ut objectioni uni & alteri satisfaciam.

Ex iis prima sic urget: ritus hujusce dignitati magis consultum fuisset, modo illius

illius originem a Patriarchis aut communibus generis humani patribus potius quam Ægyptiis aut aliis e Gentilium fæce deduxiſſem. Nam ſuadet ratio, ut victimarum & primitiarum oblationes ejuſdem antiquitatis ritus exiſtimemus. Deinde: cum (76) *Abel* ἐκ πρωτοτόκων *e gregis primogenitis*, quidni & Cainum ἐκ πρωτογεννημάτων e frugum primitiis, Deo munus attuliſſe credamus?

Hunc nodum non adeo moleſtum experiemur. Quod enim primitiarum oblatio in morem tam frequentem abierit, hoc equidem Patrum primorum exemplis inſtitutis tribuendum videtur: quod autem primitiarum & victimarum oblationes, in Legem poſtea & cultum inſtitutum venerint, hoc profectum conjicio a gentium conſuetudine; cui Judæi tam pertinaciter adhærebant, quod non minus primitiis quam victimis Dæmona coluiſſent, ſi Deus accipere recuſaſſet. Interea temporis, ab eorum opinione longe abſum, qui plane omnia primitiarum genera Lege memorata primitus a Patriarchis inſtituta ſentiunt. Multo credibilius eſt, eorum non pauca Gentibus originem debuiſſe, eaque Deum, una cum primitiis agri & gregis, in Legem cultumque ſuum recepiſſe, ut ſuperſtitioni porta, imo rima quævis occluderetur.

Secundo: Nonnullos ex adverſo dicturos auguror, Deum Judæos ad primitiarum ſolutionem tam arcte tenuiſſe, non quod ſeculi mores ita poſtularent, ſed quod frugum manipulo Deo ſolenniter oblato, Deum unum ſoli dominum, & terræ proventum illius benignitati debitum grati profiterentur. Judæos etiam hac mente primitias Deo ſeparaſſe, teſtatur (77) *Joſephus*, hæc de Paſchate & frugibus demeſſis habens: *ſecunda azymorum die*, — *frugibus demeſſis & hactenus intactis incipiunt frui*, καὶ τὸν Θεὸν ἡγούμενοι τιμᾷν δίκαιον εἶναι, &c. *æquumque rati Deum hujus ubertatis auctorem per gratitudinem honorare*, *hordei primitias offerunt*. *Joſepho* conſentit (78) *Philo*, cui primitiarum manipulus dictus eſt τῷ πρὸς ἀλήθειαν αἰτίῳ τῆς εὐκαρπίας ἀμοιβὴ δικαιοτάτη· *Vero fertilitatis auctori juſtiſſima remuneratio*.

Sed neque hæc objectio nobis officit: Deus enim nec primitiarum oblationem, nec ullum alium ritum, e Gentiliſmo ſumptum, ceremoniis ejus aſcripſit; ea ſola de cauſa, quod nempe gentium aliarum mori conveniret; ſed plerumque ut eidem uſui in ſuis, cui olim in Diaboli ſacris inſerviret. Satis autem e jam dictis innoteſcat, idololatras olim primitias, tanquam χαριστήρια gratique animi teſtimonia Dæmonibus obtuliſſe. Gentes, Iſidi, Oſiridi, Baccho, & Cereri, fruges curandi provinciam aſſignarunt, eoſque, primitiis oblatis, ubertatis omnis auctores agnoverunt: Deus itaque, ut ſuperſtitioni viam obſtrueret, & Iſraelitæ Se unum omnis boni fontem agnoſcerent, omnia primitiarum genera Sibi ſoli conſecrari juſſit. Niſi Gentibus in morem abiiſſet, omnia vitæ bona Diis ſuis auctoribus attribuere, iiſque, primitiis omnigenis oblatis, gratias agere; nil opus erat ut Deus Iſraelitas ad varia illa (quæ dixi) primitiarum genera offerenda devinciret; cum ſolis decimis aut agri primitiis oblatis, ſe omnia Dei præſidio & benignitati accepta referre profiteri poſſent.

Sed forſan oleum perdere videar, dum rei tam claræ & perſpicuæ lucernam accendo.

(1) *Nehem.* 10. 35. 36. 37.
(2) *Quæſt.* 32. in *Numer.* T. 3. P. 1. col. 541. D
(3) *Exod.* 23. 16. 19. *Lev.* 23. 10.
(4) *Comment.* in S. *Johan.* p. 4. A
(5) Not. in lib. 11. *Æneid.* col. 1591. C
(6) *Biblioth. Hiſt.* lib. 1. p. 13. B
(7) *Herodot.* l. 2. c. 59.
(8) Θαλύσια, αἱ τῶν καρπῶν ἀπαρχαὶ· *Heſych.* in voc.
(9) *Græc. feriat.* lib. 4. pag. 142.
(10) Vid. *Suid.* in Voc. Θαργηλ.
(11) *T. Calphurn. Bucolic. eclog.* 4.
(12) *Hiſt. nat.* lib. 18. c. 2.
(13) Ub. ſupr.
(14) *Idyl.* 7. v. 31.
(15) In *Homer. Iliad.* 9. v. 530. p. 680. 20.
(16) Ap. *Orig.* cont. *Celſ.* l. 8. p. 399.
(17) Ub. ſupr. 9. 13. B
(18) De *abſtin.* l. 4. §. 22.
(19) Lib. 2. de *Abſtin.* §. 27.
(20) Lib. 8. *Ethic.* cap. 11.
(21) Vid. *Porphyr.* de *abſtin.* l. 2. §. 12.
(22) In *Equit.* vid. etiam *Meurſ. Græc. Fer.* in πυανεψ. & Θαργηλ.
(23) Vid. Lib. 4. c. 5.
(24) *Judic.* 9. 27.
(25) *Max. Tyr. Differt.* 14.
(26) Vid. Lib. 4. c. 4.
(27) *Comment.* in *Iſa.* 65. Tom. 3. col. 486.
(28) *Sympoſ.* lib. 4. *Quæſt.* 5. pag. 671. D
(29) *Bibliothec.* l. 1. p. 13. C
(30) Vid. Lib. 4. c. 21.
(31) Σάββα νῦν ἔτι πολλοὶ τοὺς βάκχους καλοῦσι· *Plut.* *Plut. Sympoſ.* lib. 4. p. 671. F
(23) De *Satyric. Poeſ.* l. 1. p. 56.
(33) *Act.* 2. 15.
(34) De *emend. temp.* l. 6. p. 572.
(35) Lib. 1. de *Sat. Poes.* p. 151.
(36) *Ep.* ad *Juſt. Pac.* p. 336. 342.
(37) *Not.* in *Synes.* p. 31.
(38) *Antiq. Biblic.* p. 183.
(39) *Not.* in *Rom.* 13. 13.
(40) *Lev.* 23. 10. 11. 12.
(41) Ub. ſupr. p. 23. B
(42) *Hymn.* in *Delum.*
(43) In *Biccur.* c. 3. §. 7. 8. & *Mor. Neb.* P. 3. cap. 39.
(44) Vid. *Pet. Caſtellan.* de *feſt. Græc.* p. 90. 91.
(45) *Antiq.* l. 3. c. 10. p. 124. 20.
(46) *Lev.* 2. 14.
(47) *Hiſt. Nat.* l. 18. 2.
(48) Loc. jam citat.

(49) Vid. *Bolduc.* in *Og. Chrift.* l. 2. c. 2.
(50) *Deut.* 26. 2.
(51) *Lev.* 23. 10.
(52) *Lev.* 23. 16. 17.
(53) *Num.* 15. 20.
(54) *Lev.* 2. 14.
(55) *Lev.* 23. 13.
(56) *Num.* 18. 12.
(57) Vid. *Montacut. Diatrib.* contr. *Seld.* cap. 2. p. 299. 300. &c.
(58) *Porphyr.* περὶ ἀποχ. l. 2. §. 5. 6.
(59) Id. ib. l. 2. §. 20.
(60) *Macrob. Sat.* l. 3. c. 11.
(61) Εἶτα καλὸν ἄλλον ἐν θεῷ καὶ τρίτον ἱερῷ τρὶς θύειν αὐτόθεν. Ub. sup. pag. 55.
(62) *Ezech.* 44. 30.
(63) *Nehem.* 10. 35. 36. 37.
(64) *Mich.* 7. 1.
(65) In *Ex. Lev. Num.* & *Deut.* passim.
(66) *Prov.* 3. 9.
(67) *Ezech.* 44. 14.
(68) *Exod.* 22. 29.
(69) Περὶ ἀποχ. lib. 2. §. 7.
(70) Ib. *Sect.* 8.
(71) i. e. *Primos qui alicujus sunt pretii.*
(72) *Lev.* 19. 23.
(73) *Mor. Neb.* P. 3. c. 37.
(74) *Exod.* 23. 19. & 34. 26.
(75) Lib. Secund. cap. 9.
(76) *Gen.* 4. 3. 4.
(77) *Antiq. Jud.* l. 3. c. 10. p. 124. 20.
(78) Lib. de *numer. septen.* & *fest.* p. 1192. B
* Vid. *Scholiast.* in *Equit.* Act. 2. Scen. 2. v. 725. & in *Plut.* Act. 4. Scen. 5. v. 1055.
** *Maimonides* Juxta decisionem *R. Jose*, reddit אפיקומן *bellaria*: Bartenora, אפיקו מניכו *educite vasa vestra hinc*: nonnulli Gemaristæ, אפיקו מיני מתיקה *educite species dulces*. Vid. Cap. 10. de *Paschate*: §. 8.
*** Eadem est mens auctoris *Gemaræ Babylon*, qui recte interpretatur illas voces de *translatione* & *traductione* cœtus in cœtum, מחבורה לחבורה *ἀπὸ φρατρίας ἐπὶ φρατρίαν*: ad paschale epulum comedendum in duobus locis; quod est ἐπὶ κῶμον ire.

C A P U T II.

CUM de primitiis jam dixerim, ad Hebræorum Decimas convertendus est sermo, quæ primitiis arctissimo nexu jungebantur. Hæc enim in Scriptura sacra non raro consociata reperiuntur: proxima naturæ cognatione evincta sunt, cum primitiæ (quod statim evinco) minores quædam decimæ, decimæ vero majores tantum primitiæ fuerint: & solutio decimarum eidem occasioni & origini, cui solutio primitiarum (gentium nempe moribus) institutionem suam debuisse videatur. Ut autem hac de re luculentius & apertius agam, ostendam, *primo*: Decimas solvendi morem inter Gentes antiquas obtinuisse: *secundo*: hunc gentium morem in causa præcipue fuisse, cur Deus tot leges de decimis Ei sacrandis Hebræorum genti dedit.

S E C T I O I.

UT eo felicius primam pensi mei partem absolvam, tribus hisce quæstionibus præfatorie respondendum est: 1. Quænam illæ Decimæ fuerunt, quas gentes antiquæ persolvebant? 2. Cui gentes illæ Decimas persolvebant? 3. Cui bonorum suorum partes decimas, non septimas aut undecimas, exhibebant?

Id dubii nobis occurrit primo, quænam illæ decimæ fuerunt, quas gentes aliquæ, Mosis ductu destitutæ, solvere solebant? Huic autem quæstioni veterum monumenta facile responsum suggerunt, Gentes aliquas *proventuum* & *manubiarum* aut spoliorum decimas dedicasse, non obscure referentia.

1. Gentes aliquæ *proventuum*, h. e. bonorum e grege vel agro provenientium, decimas dedicare solebant. Hoc apud Orientales usitate factum fuisse, docet historia Jacobi patriarchæ, (1) qui Deo proventuum decimas voto solenni sacravit, passim recepta (ni fallor) inductus consuetudine. Hoc eo similius est vero, quod *Plinius*, de Arabibus agens, Thuris: (2) inquit, *decimas deo, quem vocant Sabin, mensura non pondere, sacerdotes capiunt. Nec ante mercari licet.* Hunc morem apud Græcos etiam obtinuisse, discitur e celebri fano Dianæ sacro, similitudinem Ephesini referente; in cujus vicinia (3) *Xenophon* columnam his verbis inscriptam stetisse refert: ΙΕΡΟΣ Ο ΚΩΡΟΣ ΤΗΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. Τὸν δ' ἔχοντα καὶ καρπούμενον, τὴν μὲν δεκάτην καταθύειν ἑκάστου ἔτους, —— FUNDUS DIANÆ SACER. *Eum qui possidet, & fructus ex eo percipit, quotannis consecrato decumam. De reliquo fanum sartum tectum conservato.* Romanos insuper, & alios, agrorum decimas non raro persolvisse, testimonia statim producenda manifestum facient.

2. Gentes *manubiarum*, aut prædæ bello captæ, decimas plerumque reddiderunt. Moris hujus exemplum non vulgare præbet (4) *Pausanias*, lib. 5. ubi clypeum Jovi dicatum sic inscriptum memorat:

> Δῶρον ἀπ' Ἀργείων, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Ἰώνων,
> Τὸν δεκάταν νίκας ἕνεκα τῶ πολέμω·

> *Donum ab Argivis, Athenienfibus, & Jonibus acceptum,*
> *Qui prædæ bello partæ decimam, victoriæ monumentum, dedicarunt.*

Diodorus Siculus Græcos haud absimile pietatis exemplum, hostibus bello Persico fugatis, edidisse (5) refert: οἱ δ' Ἕλληνες, ait ille, ἐκ τῶν λαφύρων δεκάτην ἐξελόμενοι, κατεσκεύασαν χρυσοῦν τρίποδα, καὶ ἀνέθηκαν εἰς Δελφούς· *Græci vero, e*

spo-

ſpoliis decimam partem detrahentes, aureum tripodem confecerunt, cumque Apollini *apud Delphos dedicarunt*. Sed quid ad exteros confugimus, cum hujuſce moris exemplum pene domeſticum habeamus? Nam *Cedwalla*, rex occiduorum Saxonum, cum nondum ethniciſmo renunciaſſet, manubiarum, quas jure tantum prædatorio ſibi acquiſiverat, (6) decumam, Deo, licet ignoto, ſacraſſe dicitur. Si quis in hac materia plura deſideret, adeat (7) *Herodotum*, (8) *Xenophontem*, (9) *Petrum Fabrum*, (10) *Deſiderium Heraldum*, (11) *Jacobum Tomaſinum*, & (12) *Dougteium* noſtrum; e quibus intelliget, hunc morem, non heri vel nudiustertius inter gentes enatum fuiſſe, nec ſoli Syrorum genti cognitum.

Secundo: Quæſtio proxima quæ reſponſum meum præſtolatur, hæc eſt: cui Gentes antiquæ Decimas tribuebant? Ut itaque quæſtioni propoſitæ ſatisfaciam, hæc duo dicenda cenſeo:

1. Gentes antiquæ Deo cuique decumam tribuiſſe videntur. Hic (13) *Feſtum* teſtor; *veteres decima quæque Diis ſuis obtuliſſe*, fidenter aſſerentem. Hæc equidem *Scaligeri* bilem commoverunt, ſic ungue critico Paulum Diaconum, Feſti abbreviationem, lacerantis: (14) *vide quantum iuris Barbarus ille ſibi ſumpſerit in hoc loco mutilando: uni enim tantum Herculi hoc fiebat*. At, *Scaligeri* pace, Veteres non minus Diis ſingulis, quam de rebus ſingulis, decimas ritu olim conſtituto reddidere. Nam decimas Apollini datas legimus, *Diodor. Sic.* lib. 11. Decimas manubiarum Marti ſolutas, *Lucian. dialog.* de *Saltatione*: Decimas Palladi ſacratas, *Herodot.* lib. 5. c. 77. Decimas Dianæ tributas, *Xenophon.* ub. ſup. Thuris decimas Deo *Sabi* donatas refert *Plinius*, lib. 12. c. 14. Hoc interim *Scaligero* largiendum, Veteres Romanos Herculi præcipue decimam partem (15) *pollucere*, i. e. vovere & offerre, ſolitos; quæ & inde (16) *Herculanea* dicebatur.

2. Decimæ gregis & terræ quandoque Regibus & Magiſtratibus olim, tributi loco pendebantur. Huic mori verba (17) *Samuelis* teſtimonium non obſcurum perhibent: *hoc erit jus regis qui imperaturus eſt vobis: filios veſtros tollet*, &c. *Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis ſuis. Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſervi*. Hæc autem indicio ſunt, Reges antiquiores exactionem decimarum, cum agri tum gregis, ad jus regium pertinere crediſſe; Gentes etiam generis utriuſque decimas iis ab antiquo perſolviſſe. Ita cenſuit Rex *Demetrius*, qui Judæis partes ejus foventibus, (18) *remittere* promiſit, *quæ ipſi debebantur decimarum nomine & vectigalium, ad jus Regis pertinentium*. Et ſi profana monumenta curioſis oculis perſpiciamus, non minus expreſſa moris hujuſce veſtigia ſæpe reperiamus. Meminit enim (19) *Ariſtoteles*, νόμου ἐν Βαβυλωνίᾳ παλαιοῦ, δεκάτην εἶναι τῶν εἰσαγομένων· *Statuti veteris in Babylonia, Regi decimam pendi debere, de iis quæ importarentur*. Cum autem lex ea, ſub Alexandri tempora, pene in deſuetudinem abiiſſet, Antimenes Rhodius, procuratione regionis ei delata, τὴν δεκάτην, inquit, ἔπραξε κατὰ τὸν νόμον τὸν κείμενον· *Decimam exegit ſecundam legem quæ extabat*. *Diodorus Siculus*, inſulæ cujuſdam maris Arabici morem (20) referens, inter alia, ὁ βασιλεὺς inquit, τῶν καρπῶν τῶν γινομένων ἐν τῇ νήσῳ δεκάτην λαμβάνει. *Rex fructuum in inſula naſcentium decimas accipit*. Apud (21) *Strabonem*, de rebus Indicis agentem, inter alios Regis ſubditos & officiarios, memorantur οἱ τὰς δεκάτας ἐκλέγοντες τῶν πωλουμένων, *qui*, vectigalis loco, *rerum venditarum decimas exigebant*. Neque Reges tantum, ſed & Rerum publicarum rectores, jure regio uſi, decimas olim accipiebant. Aſſertionis meæ fidem confirmat (22) *Ariſtophanes* ait, καί σε φανῶ πρυτάνεσιν, ἀδεκατεύτους τῶν Θεῶν ἱερὰς ἔχοντα κοιλίας· *At referam ego prytanibus, non decimatos te Deum ſacros poſſidere ventriculos*. Quæ verba ſic illuſtrat Scholiaſtes: ἔθος δὲ εἶχον τὰς δεκάτας τῶν θυομένων τοῖς πρυτάνεσιν οἱ μάγειροι διδόναι. *Mos erat coquis*, Athenienſibus, *ut rerum ſacrificatarum decimas urbis Rectoribus offerrent*. Et e *Ciceronis* Orationibus, in *Verrem* & pro *lege Manilia*, cognoſcere licet, Romanos etiam a provinciis ſibi ſubjectis decimas exegiſſe. Ex eo more profectum eſt, quod Græci δεκατεύειν *decimare*, pro * τελωνεῖν *tributum ſolvere*, uterentur; & Romani cenſus hujuſce publici collectores, (23) *Decumanos* appellarent.

Diſcutiendum ſupereſt, cur gentes antiquæ partes decimas, non ſeptimas aut octavas, Deo & Regibus exhiberent? Hic autem in omnes partes ſe verterunt auctores, & moris hujuſce rationes diverſas excogitarunt. Ex iis duæ præcipue doctorum calculos obtinuerunt: nam ſentiunt aliqui, gentes olim decimas Deo & Regi reddidiſſe, conſuetudine ab Abrahami exemplo derivata,

qui

qui *decimas omnium* Melchisedecho (Sacerdoti & Regi) tribuisse dicitur. Visum est aliis, gentes exteras, cacozelia ductas, decimandi ritum e Judæorum legibus in eorum mores accepisse: & ad hanc sententiam inclinat consensus longe plurimorum. Cum autem nec hæc nec illa sententia vel probabili nitatur argumento, cum etiam e statim dicendis eluceat decimas solvendi morem Abrabami temporibus usitatum fuisse; aliam ritus hujus antiqui rationem & originem exquirendam sentio. Si quis autem illius rationem accuratius investigaverit, haud facile (nisi perperam judico) solidiorem repertures est, ea quæ a peculiari natura & circumstantiis numeri denarii petitur.

Nam 1. Fuit iste numerus, præter cæteros, honoratus, memoratu facilis, & ad ævi prisci simplicitatem & usum accommodatus. Hoc e (24) *Grotii* verbis fidem satis amplam hauriat: " numerus denarius gentibus ferme cunctis numerandi finis est. Qui enim sequuntur numeri composita habent nomina, aut sono, ut undecim, duodecim; aut significatu, ut centum, mille. Nimirum per digitos numerare mos antiquissimus, qui homini decem. Quare & his [Decalogi] præceptis, quæ supra cetera memoriæ infigenda erant, hunc numerum elegit Deus, in quo omnes numerorum diversitates, omnes ἀναλογίας, omnes quæ ad numeros referuntur figuras geometricas reperiri, late ostendit Philo de decem præceptis: & Martianus Capella: *Decas vero ultra omnes habenda, quæ omnes numeros diversæ virtutis ac perfectionis intra se habet*. Neque alia de causa, in decem classes, quæ vulgo categoriæ vocantur, rerum genera Pythagorici & eos secuti Peripatetici retulere. Tum vero, non in lege tantum, sed & ante legem, decimæ Deo votæ, qui mos ad gentes etiam transiit. His *Grotii* verbis, *plura* (non *plus* autem) facile superaddi possent, si quæ habent (25) *Philo* (26) *Petr. Bungus*, (27) *Johannes Meursius*, (28) *Wallisius*, aliique viri docti, de numeri denarii capacitate, perfectione, vel honore quo apud Antiquiores habebatur, huc transferre liceret.

2. Numerus ille symbolicus erat, & nonnulla, scitu maxime necessaria, cuivis τῶν ἔχων (sed mystice) significavit. Est enim numerorum finis simul & exordium perfectissimum: cum numeri simplices in Decade (29) finiantur, & a Decade ad unitatem (est etiam decas unitatum maxima) revertantur, & inde iterum ordiantur. Adeo ut numerus ille, summi Dei (qui principium & finis est omnium) imaginem gerere videretur. Deinde, Denarius non tantum numeros simplices omnes, sed & eorum differentias, analogias, perfectiones, & species omnes, in se uno complectebatur. Hæc a *Philone* fusius illustrata verbis illis occasionem obtulerunt: (30) *quapropter impositores primi nominum viri sapientes, merito videntur appellasse hanc* δεκάδα, *quasi* διχάδα, παρὰ τὸ δέχεσθαι καὶ συγκεχωρηκέναι τὰ γένη πάντα τῶν ἀριθμῶν, καὶ λόγων τῶν κατ' ἀριθμὸν, &c. *quod capiat & comprehendat omnia genera numerorum, rationum & proportionum arithmeticarum, musicarum*, &c. Inde philosophiæ antiquioris consulti denarium sociis numeris longo intervallo præferendum censuerunt, eumque miris elogiis (a (31) *Meursio* recensitis) ad stellas evexerunt. Nil itaque vetat opiniari, gentes antiquiores partem bonorum decimam Deo superasse, quod numerus ille (32) *perfectionis symbolum esset*, & sapientibus indicaret, se facultates eorum Ei consecrasse qui summe perfectus est, & bona omnia in se uno comprehendit. Hoc in animos induxisse veteres, indicant *Platonis* illa: ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν ἁπάντων ἔχων·

3. Numerus ille, maxime purus, & ab omni superstitionis umbra remotus, fuisse videatur. Erat enim par numerus: cum idololatræ circa numerum imparem δεισιδαιμονέστεροι (33) fuerint, eum Deo maxime gratum, & multis nominibus pari præferendum existimantes. *Homerus* aliquid huic superstitioni cognatum habuisse putetur, qui (si (34) *Plutarcho* credimus) ἀεὶ τῷ περιττῷ ἀριθμῷ χρῆται, ὡς κρείττονι· *Semper impari numero utitur, tanquam meliori*. Deinde: veteres idololatræ numerum denarium rarius in sacris aliquibus usurparunt, eumque mysteriis eorum minus aptum & accommodatum arbitrati sunt. Ternarius equidem, sanctus, & religioni maxime conveniens, habebatur. Illius sanctitati testimonium perhibet (35) *Æmilius Macer*:

> *Hæc tribus, ut multum, dandum*
> *censemus amicis:*
> *Qui numerus sacer est*, ——

Quantum religioni convenire credebatur, e (36) *Nicomachi* verbis intellectum est: τρὶς δὲ καὶ σπένδουσι, καὶ τρὶς ἐπιθύουσι, οἱ τελειωθῆναι τὰς ἑαυτῶν εὐχὰς αὐτοῖ-

τις

τις παρὰ Θεῷ· i. e. *Ter vero etiam libant, & ter sacrificant, qui preces eorum perfici apud Deum petunt*. Huc spectant (37) *Aristotelis* illa, de numero ternario dicta: *quapropter tanquam acceptis ab ejus natura legibus*, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν Θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ, *ad sacra Deorum hoc utimur numero*. Veteres etiam, inani philosophiæ dediti, circa numerum quaternarium non minus superstitiose versabantur: nam ei (38) ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν δύναμιν inesse perhibebant: numerum illum (39) *Mercurio* potissimum dedicabant: per eum jurabant Pythagorici, eumque divinis honoribus afficiebant. Superstitiones quas Antiqui circa numerum quaternarium exercuerunt, longum esset explicare, & forte supervacaneum; cum hoc argumentum (40) *Nicom. Gerasenus*, *Pet. Bungus*, (41) *Joannes Meursius*, alii, satis exornarint. Quantum autem per antiquitatis caliginem percipere licet, numerus denarius in aliquibus idolorum ceremoniis minus usitatus erat; adeoque purior, & rebus Deo sacris accommodatior, haud immerito videbatur. In hanc sententiam libentius concedo, quod numerus ille, circa res Deo sacras, aut divinitus institutas, frequentius usurpetur. Nam Tabernaculum (42) decem cortinis, decem etiam columnis, instructum legimus: Templum (43) decem lavacris, decem basibus æreis, decem candelabris, & totidem mensis, ornabatur: omnes populi principes (44) decem siclos aureos Tabernaculo dedicabant. Et, ni longum faciam, si ad Tabernaculi, Templi Salomonis, aut Ezechielis, apparatum, structuram, supellectilem, oblationes, aliaque Deo sacrata, diligentius attendamus; pleraque numero denario definita, vel ad eum accommodata reperiamus.

His intellectis, non est difficile statuere, cur Gentes antiquæ decimas nunc Deo, nunc Regi dandas esse censuerunt. Cum enim numerus denarius præ cæteris insignis esset & (45) honoratus, ubi mores humaniores invaluerunt; cum etiam Summi rerum Principii, perfectionis insuper omnis, imaginem quandam exhiberet; & ille numerus alios puritate & sanctitate quadam superaret; Religionis & Sapientiæ Mystis antiquissimis æquum justumque videbatur, non ut hominum bona tantum, sed etiam bonorum decimæ, Deo redderentur. Nam decimis Deo datis, homines antiquitus, Ei honorem singularem tribuere, Eum rerum omnium principium & finem agnoscere, Sanctitati etiam divinæ testimonium exhibere censebantur. Ideo vero Regibus etiam, inter Gentes antiquiores, decimæ non raro pendebantur; vel quod Summi Dei locum in terris occupare crederentur, vel ut omnia, secundum Deum, se Regibus eorum debere tacite profiterentur, vel ut vectigal Regi solutum honoris egregii notam gereret, vel forte quod Reges aliqui divinos honores affectarent. Sed quicquid sit, ex *Aurelio Victore* discimus, hujusmodi tributum decumanum *Recarano* haud prorsus arrisisse. Nam, (46) eo teste, *cum ante moris esset, uti homines decimam fructuum regibus suis præstarent; æquius sibi videri* dixit, *Deos potius illo honore impertiendos esse quam Reges*.

(1) *Gen.* 28. 22.
(2) *Hist. Nat.* l. 12. c. 14.
(3) De *Expedit. Cyr.* l. 5. p. 351. A
(4) Cap. 10. p. 398.
(5) *Biblioth. Hist.* lib. 11. p. 26. D
(6) Vid. *Selden. Analect.* l. 2. c. 3.
(7) Lib. 5. c. 77.
(8) De *expedit. Cyri*, l. 5. p. 349. & *Hist. Græc.* l. 3. p. 493.
(9) *Semestr.* l. 2. c. 3. p. 42. 43.
(10) In *Tertul. Apolog. Digres.* l. 1. c. 13.
(11) Lib. de *Donar.* c. 4.
(12) *Analect. Sacr.* P. 1. *Excurs.* 8. & 123.
(13) In *Decim.*
(14) *Castigat.* in loc.
(15) Vid. *Plaut. Stich. Act.* 1. *Scen.* 3. n. 80.
(16) *Pet. Fab. Semestr.* l. 2. p. 43.
(17) 1. *Sam.* 8. 11. 15. 17.
(18) 1. *Mac.* 11. 35.
(19) *Oecumenic.* lib. 2. sub. fin.
(20) *Biblioth. Hist.* l. 5. p. 317. B
(21) *Geogr.* l. 15. p. 1034. C
(22) In *Equitib. Act.* 1. *Scen.* 3. v. 300.
(23) Vid. Cicer. l. 5. in *Verrem.*
(24) *Comment.* in *Decalog.* p. 36.
(25) De *Decalog* p. 746. 747.
(26) De *myster. numer.* X.
(27) Lib. cui tit. *Denar. Pythag.* cap. 12.
(28) *Oper. Mathemat.* P. 1. c. 5.
(29) Δεκὰς ἀριθμὸς ἐστὶ ἀπὸ μονάδος ἐπὶ τέρμα συγκείμενος· *Phil.* de *congr. qu.* &c. p. 437. C
(30) De *Decalog.* p. 747.
(31) *Denar. Pythagoric.* c. 12.
(32) Σύμβολον δὲ τελειότητος ὁ δέκα ἐστὶν ἀριθμός, παντελείας ὤν. *S. Cyril.* in *Hos.* c. 3.
(33) Vid. *Meurs. Denar. Pythag.* cap. 2.
(34) Lib. de *Superstit.*
(35) De *Gemmis*: lib. 5.
(36) Ap. *Meurs.* ub. sup. c. 5.
(37) Lib. 1. de *cœlo*, cap. 1.
(38) *Nicet.* ad *Nazianz. Orat.* 44.
(39) Ἑρμῇ δὲ μάλιστα τῶν ἀριθμῶν ὁ τέτταρες ἀνάκειται· *Plut. Sympos.* l. 9. Q. 3. p. 738. E
(40) Ap. *Phot.* in *Biblioth.* num. 187.
(41) Ub. supr.
(42) *Exod.* 26. 1. & 27. 12.
(43) 1. *Reg.* 7. 27. 38. & 2. *Chron.* 4. 7. 8.
(44) *Num.* 7. 14. 20.
(45) *Numerus octodenarius, neque quadratus est, nec e numeris claris & honoratis, ut Denarius.* Philostrat. de Vit. Apol. l. 3. c. 30.
(46) *Fragm.* de *Origen. Gent. Roman.* p. 10.
* *Montacut. Diatrib.* cont. *Seld.* pag. 519.

SE-

SECTIO II.

CUM Deus tot leges de solutione Decimarum tulerit, nec ullam earum rationem dederit; auctores in sententias varias de legum earum ratione discessere. *Philo* hujus instituti rationem a seculi sui philosophia petendam censuit: (1) *in novem partes*, inquit, *mundus distribuitur*, – *supremum orbem*, *& septem planetarum*, *nonam etiam terram cum aqua & aere. Vulgus autem has novem partes, & compactum ex his mundum colebat*: ὁ δὲ τέλειος τὸν ὑπερέχοντα τῶν ἐννέα τὸν δημιουργὸν αὐτῶν Θεὸν δέκατον· *At vir perfectus superiorem his novem, earum opificem Deum decimum.* His affinia sunt quæ statim subjungit: διὰ τοῦτο δεκάτην ἐνδελεχῆ τῷ δεκάτῳ μόνῳ καὶ αἰωνίῳ ὁ ἱερεὺς ἀνατίθησι, *ideo decimas perpetuas Decimo illi, soli & æterno dedicat sacerdos: hoc proprie animæ pascha dicitur, omnium affectuum & omnium sensibilium transitus*, πρὸς τὸ δέκατον, (τὸ) νοητὸν καὶ θεῖον· *dum properat ad Decimum illud, divinum & intelligibile. Scriptum est enim, Decima mensis decimi sumat unusquisque agnum per domos singulas: ut a decima illi Decimo consecrentur victimæ servatæ in anima*, &c. (2) *Petrus Burgus* decimarum solutionem ab alio fonte fluxisse censuit: *attende*, inquit, *quod creatura decima inter intellectuales creaturas est Homo, quia Angeli in novem ordinibus consistunt: decimus autem ordo est Hominum, & Hominis est decimam solvere, ut ruinam Angelorum valeat supplere, & decimum ordinem adimplere. Ad quod respiciens Legislator, & animalium & omnium terræ fructuum decimas Domino consecrat.* Ut autem ad hujus instituti rationem paulo propius collimemus: perquam simile est vero, Decimas persolvendi morem ætate Mosis antiquiorem fuisse, easque pios Deo vero, profanos Numini fictitio, plerosque Regibus aut Magnatibus (occasione data) reddidisse. Cum itaque hæc jam increbuisset consuetudo, summus Hebræorum Legislator leges de Decimis Ei sacrandis instituit; ut populus eo ritu Se unum Deum & Regem Israelis agnosceret, & Ipse populum a Decimis Deo vel Regi alieno pendendis avocaret & cohiberet. Ne vero quid lucis aut firmitatis huic opinioni desit, probandum est 1. Gentes quandoque Deo (Vero, vel Fictitio) quandoque Regibus, ante Mosis tempora, *bonorum decimas* tribuisse. 2. Veteres Hebræos Decimas Jehovæ, qua Deo & qua Regi Israelis obtulisse. 3. Deum hunc ritum e seculi moribus in leges Ejus transtulisse, ut populus Eum unum Deum & Regem suum factis agnosceret, & Ipse populum ab idololatriæ veteris exercitio cohiberet. 4. Ne quid hac in re scrupuli maneat, objectiones notæ præcipuæ diluere conabor.

Probandum est primo, Gentes, quandoque Deo (vero vel fictitio) quandoque Regibus, ante Mosis tempora, bona sua decimasse.

Gentes ante Mosis tempora, bona sua Deo alicui decimasse, proclivius est creditu, quo Historiæ fide constet, hunc morem ubique gentium obtinuisse. Persas id moris habuisse, ex historia Crœsi non difficulter intelligitur: nam ille, capta *Sardi*, *Cyrum* his verbis admonuisse (3) fertur; *siste ad singulas portas aliquot e satellitibus tuis custodes, qui vetent exportari urbis opes*, ὡς σφεα ἀναγκαίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διΐ, *quod necesse sit eas Jovi decimare. Ita neque tu odium eorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipsi agnoscentes te justa agere, non inviti facient.* Cyrus autem hac arte, milites ejus, urbis tam amplæ spoliis inhiantes, nunquam in officio continuisset; nisi quod scirent illi, decimam sacrum quoddam vectigal esse, quod more Majorum Deo peodere debuerunt. Hanc religionem, Arabes, Græcos, Romanos etiam incessisse, pateat e Veterum testimoniis jam adductis, iisque plurimis, quæ congessere (4) *Montacutius* & (5) *Seldenus*, Philologorum par nobile, præfiscine dicam, sine pari. Eorum omnium summam nobis exhibet modo laudatum *Festi* testimonium, *Decima quæque veteres Diis suis offerebant:* His enim aperte docet, πάντας, πάντα, πᾶσι, πάντοτε, Antiquos *omnes*, eorum *omnia*, Diis *omnibus*, & *omnino* vel ordinaria religione, decimasse. Huic testimonio tutius innitamur, quod (6) *R. Montacutius* illud a *Scaligeri* conviitiis tam docte vindicaverit, & famæ fideique suæ pristinæ restituerit. Positivis hisce, negativum unum, (7) auctoris illius, adjungam testimonium "nonnulli ἄθυτοι, *qui non sacrificarunt*, in
„ historiarum exemplis inveniuntur;
„ nulli vero, per omnium temporum
„ annales ἀδεκάτευτοι reperiuntur: nec
„ mirum, cum Decimæ non minus fre-
„ quentes apud ethnicos, quam Alta-
„ ria, Primitiæ, Vota, Oblationes, &
„ Simulacra, fuerint. Cum itaque Decimas Deo sacrare, gentium omnium usu receptum & sancitum esset; ratio suadet opinari, ritum illum Mosis tempora

pora

pora longe præcessisse, nec e legibus ejus, sed patrum communium institutis, ad Gentes ab iis propagatas effluxisse. Quid autem hoc argumento, summe licet probabili, contendo, cum argumentorum omnium instar sit exemplum Abrahami, Melchisedeco *decimas omnium*, seculi more, persolventis? Seculi more, dixi, nec inconsulto: cum enim nullo præcepto, quod scimus, ad decimas Deo vel Sacerdoti suo solvendas astringeretur; nil promptius est, quam ut ille, more gentium inductus, hoc officii præstitisse censeatur. Neque ego sum, qui solus, aut primus, in hanc sententiam veni: sic enim *Pererius* locum (9) illum Geneseos (10) explicat, *consentaneum erat pietati & religiosissimo animo Abræ, ob partam victoriam, de spoliis hostium partem* decimam *dicare Deo, enimvero fuit hic mos etiam apud ethnicos vetustissimus*. Huic opinioni plus probabilitatis inesse censeo, quam eorum, qui Abrahamum decimarum solutioni principium dedisse, Paganos etiam, exempli tam illustris æmulos, decimandi ritum observasse sentiunt. Nam qui fieri potuit, ut factum illud Abrahami adeo in vulgus emanaret, ut gentes tam multas, tam remotas; ad imitationem excitaret? Qui factum est, ut unum, unius etiam, Abrahami factum tam familiariter in exemplum ubique traheretur? Quis credat Antiquos, Abrahami decimantis exemplum imitatos fuisse, quum ille (11) *spoliorum* tantum *decimas*, easque sacerdoti dederit; Pagani vero (quod pueri norunt) *decima quæque*, eaque *Diis suis*, immediate consecrarint? Est itaque magis expeditum & promptum, ut censeamus Abrahamum patrum vestigiis insistentem decimam sacerdoti, Dei vice præstitisse; gentes etiam decimandi ritum ab origine, non Mosis tantum, sed & Abrahami temporibus antiquiore derivasse.

Non minus Ordinis quam instituti mei ratio jam postulat, ut ostendam, Gentes, ante Mosis tempora, Regibus etiam decimas quandoque persolvisse. Moris autem hujusce fidem haud obscuram facit exemplum Abrahami, qui Melchisedecum *Salemi* regem decima donavit, in subjectionis, inferioris certe conditionis & dignitatis, argumentum. Hoc e verbis Apostoli luculenter intelligendum: (12) *spectate vero quantus hic fuerit*, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκε, *cui vel decimam spoliorum dedit Abrahamus ille patriarcha*. Sic textum reddo, quod Apostolus, non hic tantum, sed & versu secundo, hunc ipsum ordinem loquendi servet, & ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ, non ᾧ καὶ Ἀβραὰμ δεκάτην, habeat: ut scilicet innueret, ipsam doni qualitatem, non minus quam donantis conditionem, Melchisedecum loci regii virum & Abrahamo superiorem indicasse. Interpretes itaque, qui sic locum reddere solent, *cui Abrahamus etiam patriarcha* (13) *decimam dedit*, vim & aculeum argumenti Apostolici non satis percepisse videantur. Huic argumento simul & assertioni meæ momenti nonnihil accedat e modo citatis Prophetæ verbis, 1. *Sam.* 8. 15. 16. 17. Nam ibi, de rege loquens Israeli præficiendo, *segetes* (inquit) *vestras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & servis ejus: Greges quoque vestros addecimabit*, &c. Hæc autem argumento sunt, ethnicorum reges antiquiores decimandi potestatem inter jura regia posuisse; quod id jam ageret Samuel, ut imperii regii more gentium administrati, mala populo in mentem redigeret; iisque frigidam suffunderet, qui *regem, sicut ceteræ nationes habent*, tam calide desideraſſent. Hæc omnia paulo firmiora reddit celebre *Recarani* dictum, qui sub *Judicum* tempora vixisse creditur. Ille vero, Decimas regibus impensas recolens, (14) *æquius sibi videri* dixit, *Deos potius illo honore impertiendos – quam Reges*. Ideo vero Reges antiqui Decimam vectigal regium esse voluerunt, quod Decimam dare subjectionis symbolum esset, & Decimam accipere (rationem dedi supra) dignitatis & præcellentiæ documentum haberetur. Ab hujus itaque solutionis intentione sensuque non longe absuit S. *Hieronymus*, cum dixit, (15) *Levitæ decimas accipiunt a populo, & illi rursum decimas decimarum offerunt Sacerdotibus: tanto illis minores, quanto illi majores populo*.

Probandum est proxime, non Gentes tantum, sed etiam Hebræos decima quæque Jehovæ, Eique qua Deo & qua Regi summo, tribuisse. Hic autem, in primo sermonis limine, monendum censeo, Judæos decima vix ulla Jehovæ, directe & ἀμέσως, attulisse, cum eorum pleraque Sacerdotibus & Levitis alendis inservirent. Id cuivis in scriptis sacris cum cura versato constat: nec opus est ut rei tam apertæ probatio nos, ad alia minus obvia properantes, vel tantillum remoretur. Utcunque decima Jehovæ data, verissime dictum est; quod eorum pleraque sacrorum suorum ministris, aut pauperibus, ex Illius præscripto tribuerentur. Cum autem hujus præscripti ratio, nondum satis exquisita, conjectu-

jecturis anxiis & incertis occasionem dederit; ostendam,

Primo: Judæos decimam Jehovæ, qua Deo Opt. Maximo, dedicasse. Rem paulo luculentius exprimo: Judæi decimam solvere tenebantur, quod sacrum & peculiare tributum esset, quo se Deum Summum colere, Eumque boni omnis auctorem & finem esse, (quamvis mystice & hieroglyphice) profitebantur. Sic me persuasum faciunt argumenta minime pœnitenda: 1. Ex Abrahami & Jacobi historia cognoscere licet, Patriarchas decimarum solutionem, religionis insigne, & cultus Deo vero præstiti σημεῖον, habuisse. Non patitur Lectoris nausea, ut hic iterum modo memoratum Abrahami exemplum ingeramus. Hoc itaque prætermisso, Jacobi decima voventis (16) verba perpendamus: *Si Deus fuerit mecum, & custodierit me in via, — & dederit mihi panem ad comedendum, & vestem ad induendum*, &c. *erit Jehova mihi in Deum, & ex omnibus quæ dederis mihi, decimas dabo tibi.* Hæc indicio sunt, homines, ætate Jacobi, Decimam partem Deo sacram & peculiarem existimasse; Jacobum etiam censuisse, nullo testimonio tam luculento probari posse, se Jehovam pro Deo habere, Eumque unum omnis boni fontem agnoscere, quam si Decimas omnium (gregis & agri) ei dedicaret. 2. Ex antiquissimo illo *Recarani* testimonio, jam adducto, facile colligendum est, ethnicos aliquos decimarum origini propiores, *æquius* existimasse, *Deos potius quam Reges honore* decimarum *impertiendos*. Verbis hisce *Recarani* (qui Græcorum Hercules) mores ejus apprime conveniebant: nam (17) referente *Diodoro*, *Palatinis* auctor erat, ut ei mortuo & in Deorum censum relato, facultatum decima voverent, quæ vivus accipere recusavit; quod solutionem decimarum honorem divinum haberet, eamque mortalibus minime convenientem existimaret. Eadem opinione fuere *Pisistratus* & Athenienses: hoc satis intelligitur e *Pisistrati*, rectoris Atheniensium, (18) literis ad *Solonem* datis, ut eum, in exilium sponte profectum, ad patriam revocaret. Hoc enim, inter alia regiminis in melius mutati signa, refert: ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην οὐκ ἐμοί, ἀλλὰ ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας τὰς δημοτελεῖς, &c. *Decumam quisque de suo patrimonio detrahit, non in usum meum, sed ut sit unde in sacrificia publica sumptus suppeditetur, aut si quid aliud ad Remp. spectat, vel si forte bellum nobis incidat.* Hæc autem *Pisistratus* nunquam scripsisset proculdubio, nisi quod hac in re omnium sententiæ convenirent, Decimas nempe tum solum alveo recto fluere, cum usibus sacris, aut admodum necessariis impenderentur. 3. Diabolus non minus decima, quam sacrificia, sibi dari postulavit. Nam, ut alia mittam testimonia, *Pausanias*, verba de *Siphniorum* aurifodinis habens, *de fructibus*, (19) inquit *earum Apollo sibi decimam offerri jussit*. Quid autem Diabolus cultores ejus hujusmodi mandatis oneraret, nisi quod olim Decima tributum divinum haberetur, & Ille sibi divinos honores arrogaret? 4. Deus Decimam sæpius in lege postulavit, & numerum denarium solutionis pene omnis ad religionem spectantis mensuram statuit. Erat enim, e (20) præscripto Legis, frugum omnium decima prima in Levitas conferenda: ea subducta, decima secunda in sacras epulas: tertio quovis anno, decima tertia in viduas & egenos: decimæ præterea Leviticæ decima Sacerdotibus impendenda. Lex etiam, cum primitiæ solvebantur, Omerum, decimam Ephæ partem, sacrare jussit: unde, (21) *Philone* notante, *primitiæ, quasi quædam sacræ decimæ, fuerunt offerendæ*. Populo præceptum est, ut decimam partem Ephæ similæ semper offerrent, cum sacrum facerent. Quamvis autem exemplis hisce constet apertissime, Deum numeri denarii rationem præcipuam habuisse; non possum tamen legem (22) illam insignem, gregem decimantibus impositam, calamo sicco præterire: *omne decimum, boum & ovium, & cujuscunque* animalis, *quod transit sub virga, sanctum erit Domino. Non quæret utrum bonum an malum sit: & non permutabit illud. Et si commutaverit illud, erit & illud, & ejus commutatio sanctum* Domino. Hic Summus Legislator homines a decimo vitulo vel agno commutando lege diserta cohibet, & agnum vilem aut macilentum, si forte decimus exiret, agno notæ potioris anteponit. Quid autem Deus, honore tam singulari numerum denarium impertiret, eumque pene semper in sacris usurparet, nisi quod, Mosis ætate, numerus ille Deum ipsum mystice denotaret; & quivis, bonorum decima sacrans, Illius perfectionem, providentiam & benignitatem agnoscere crederetur? Cuivis arguentis hisce probabile fiat, Israelitas Jehovæ, præcipue qua Summo Deo, decima persolvisse.

Secundo: Docendum est, Israelitas decima Jehovæ, qua Regi & politico ter-

terræ Domino persolvisse. Id autem huic sententiæ fidem astruit, quod solutio decimarum ante Mosis tempora, subjectionis & loci humilioris indicium esset; & exactio decimarum, inter jura regia & eximiæ dignitatis insignia censeretur. Cum itaque Deus inter Hebræos se pro rege civili gereret, & alia omnia Majestatis insignia tunc temporis usitata sumeret; haud iniquum est opinari, Eum decima quæque sibi jure regio vindicasse, populum etiam ad decimas Ei reddendas lege devinxisse, ut ipso suo tributo Dei majestatem agnoscerent, seque Deum unum pro rege habere testarentur. Hinc etiam probabilitatis aliquid acquirat assertio nostra, quod Deus ad morem regum decimas accipientium Seipsum accommodasse, & eorum ritus ad sacra transtulisse videatur: nam reges antiqui (quod innuit (23) *Samuel*) decimarum partem non minimam, ad *servos & eunuchos* eorum sustentandos, elargiti sunt; Deus etiam plerasque decimas ad alendos כהנים Sacerdotes, & Levitas, interioris admissionis famulos, accommodari voluit: Reges insuper illi decimas accipiebant, ut iis unctiorem mensam & uberiorem rerum apparatum suppeditarent; Deus etiam decima sibi dari jussit, ne (23) *domus* Illius regia *cibum* se dignum desideraret. Prætérea, dignitati regiæ congruum est, ut eos decimarum partem in viduas & egenos contulisse, partem epulis lautioribus, in palatiis eorum adornatis, impendisse sentiamus; Deus etiam decimas alias in viduas & egenos, alias insuper in sacras epulas impendi jussit. Ne vero quæ jam diximus ansam errandi faciant, addendum est, quod Israelitæ decimas simplices (Patriarcharum Gentiumque moribus approbatas) Jehovæ qua Deo; decimas autem secundas epulis, decimas etiam tertias (24) pauperi, destinatas, Jehovæ qua Regi tribuisse videantur. Quid enim decimandi ratio, nova, & a Patriarcharum usu aliena, Mosis temporibus instituta est; nisi quod Deus novam personam, regis nempe politici, jam sustineret, eique decimæ noviter inductæ maxime convenirent? Erat enim e dignitate sua regia, ut subditos suos omnes, in Palatii sui vicinia, epulis quandoque lautioribus exciperet, & subditorum rei familiaris inopia laborantium curam singularem gereret.

Tertio: Eo me jam vocat ordinis instituti ratio, ut ostendam, Deum Hebræorum gentem ad solutionem decimarum lege lata devinxisse; ut ritu illo, longi temporis usu præscripto, se solum bonorum omnium fontem agnoscerent, ut & eos ab idololatriæ veteris exercitio (decimarum Deo fictitio solutione) cohiberet & avocaret. Nihil autem necesse est, ut hæc provinciæ meæ pars mihi multum negotii facessat; cum e jam dictis eluceat, decimandi consuetudinem diu ante legem datam inter gentes increbuisse, veteres numerum denarium in honore præcipuo habuisse, decimarum solutionem Deum Opt. Maximum bonorum omnium fontem mystice denotasse, gentes etiam antiquiores, ad idola tandem deflectentes, non minus oblatis decimis, quam votis, altaribus, victimis, aliisque cultus antiquitus usitati ceremoniis, idola coluisse. Ne tamen in hac una pensi mei parte, diligentia mea plane desideretur, fidem assertioni meæ quatuor aliis argumentis astruere conabor.

Horum primum hujusmodi est: ex ipsa lege non obscure colligendum est, decimandi ritum, ante Mosis ætatem, populo familiater innotuisse; gentes etiam bonorum decimas Diis suis, usu passim recepto, præstitisse. Sic enim se habet locus ille, quo primo præceptum est ut decimæ Jehovæ redderentur; (25) *omnis decima — de semine terræ, & de fructu arboris, Domini est, sanctitas* est, *Domino: Et si quis de decima sua quid redemerit, addet quintam ejus partem super illud*. Quid autem Moses legem onerosam adeo tam inopinato traderet? Quid etiam de modo, vel causa decimandi, ne verbum adderet? Quid in omnem decimam jus Domino bis in lege tam brevi vindicaret? Quid etiam Judæos a decima redimenda conditione tam gravi cohiberet? nisi quod, ex usu longo, decimandi ritus & modus omnibus innotesceret; & id curaret legislator, ne decimarum redemtio superstitioni potius quam dolo malo portam aperiret. Huic argumento firmitatem non minorem præbent leges (26) illæ, quibus Israelitæ decimam secundam (δεκάτην τῆς εὐωχίας, uti vocat *Josephus*) & alias decimas, *coram Domino comedere* vel immolare tenebantur. Nam leges illæ sancitæ videntur, ut populum a decimis in idoleio comedendis, vel idolo sacrandis (quod moris antiqui fuit) avocarent; & ut ipsi Deum suum omnis boni fontem agnoscere, eumque solum revereri discerent. Institutionis hujusce causam eandem assignat Moses, *Deuter.* 14. 22. 23. Ex his itaque *Pentateuchi* locis apertissime colligo, decimandi ritum, Mosis ætate vetustiorem fuisse; eumque Deum in sacrorum suorum nu-

merum aſcripſiſſe, ut profanis ſeculi moribus obicem poneret, & Iſraelitæ providentiæ & benignitatis divinæ fidem, decimis ei ſoli ſacratis, indicarent.

Secundo: Veteres Hebræi hoſtium ſpolia Deo ſacrandi morem, a gentium antiquiorum uſu derivaſſe videantur. Nam gentes antiquiores hoſtium exuvias dicare ſolebant, ut realia quædam extarent χαριστήρια, quibus auctorem victoriæ Deum agnoſcerent, eumque exercitus ducem atque auſpicem grati profiterentur. Multa hic ingerere poſſem antiquorum teſtimonia, ſi ſermonem in longum protrahere, vel auctorum quos laudavi modo paginas expilare vellem. Hebræos etiam, re bello feliciter geſta, Deo manubias gratulabundos obtuliſſe, teſtimonia ſtatim producenda dubitare non ſinunt. Hunc autem ſpolia ſacrandi ritum, longa majorum manu traditum, Judæos a gentibus antiquioribus accepiſſe, me perſuaſum habeo. Nam primo, nullum in tota lege mandatum extat, quo Judæi, parta victoria, Jehovam in prædæ partem vocare, eique ſpoliorum primitias aut decimas offerre, tenebantur. Deinde, morem hunc ante Moſis tempora inter gentes invaluiſſe, ſuſpicari docet Abrahamus, qui (27) δεκάτην τῆς λείας *decimam prædæ* (28) Melchiſedecho, Dei vice, tribuiſſe dicitur: hoc enim officii ſacri, non præcepto (quod ſcimus) aliquo, ſed pietate tunc temporis uſitata, motus præſtitiſſe videatur. Præterea, veteres Hebræi, ſpolia bello capta dedicantes, gentium, pietatem conſimilem exercentium, mores imitati videantur: nam Scripturæ loca citata docent, Hebræos nunc (29) ſpolia omnia, eorum quandoque (30) primitias, quandoque (31) decimas, devote dicaſſe; nunc eorum partem inſignem, victoriæ monumentum, in Templo (32) ſuſpendiſſe: Gentes etiam, prædam hoſtilem devoventes, mores eoſdem incerta vice coluiſſe, cuivis apertum erit ad varia veterum teſtimonia mentem advertenti, quæ (33) *Sanctius*, (34) *Heraldus*, (35) *Montacutius*, (36) *Doughteius*, accumularunt. Ad ea vero ſufficiat in præſens digitum intendiſſe. Cum e jam dictis clare conſtet, Iſraelitas antiqui moris & pietatis æmulos, ſpolium hoſtile dicandi ritum in eorum religionem accepiſſe; rationi conſentaneum eſt opinari, decimas etiam Deo vovendi religionem ex antiquo gentium uſu in legem & cultum Hebræorum tranſiiſſe. Cum enim Deus additionem omnem religioni lege præſcriptæ vetuiſſet, quid Iſraelitæ ſpolia ſacrandi ritum, nullibi præſcriptum, adderent; niſi quod ritus eſſet ſolutioni decimarum (37) σύγχρονος, & pietatis antiquitus uſitatæ non minus illuſtre monumentum? Ut rem ſummatim abſolvam: Lege præceptum eſt, ut Iſraelitæ, ritu veteri, decimarum ſcilicet oblatione, Dei providentiam agnoſcerent, eumque bonorum omnium auctorem profiterentur: hoc autem in exemplum traxerunt illi quibus, hoſte victo, propitiam Dei potentiam, more paſſim recepto (ſpoliis nempe dedicatis) agnoſcere, non minus honeſtum videbatur & rationi conſonum.

Tertium argumentum ab ipſa numeri denarii natura & conditione petitur. Ea nempe numeri illius ratio & conditio eſt, quod ea ſola cauſam opinandi præbeat, decima Deo tribuendi ritum temporibus ante-Moſaicis increbuiſſe. Nam decas numerorum majorum exordium eſt, & minorum finis: numerus ille in quo minores deſinunt, & e quo majores oriuntur. (38) Adeo ut ſummum Deum, rerum omnium principium & finem, referat, ejuſque plenitudinem & perfectionem quodammodo repræſentet. Cum itaque natura doceat, Deum facultatibus noſtris oblatis honorandum, ſed quotam partem non definiat; haud iniquum eſt opinari, Veteres religionis & ſapientiæ magiſtros decimas omnium Deo ſacrandas inſtituiſſe: quod, obſervante (39) *Philone*, δεκάδος πρὸς Θεὸν (οἰκειότης ἐστι) *Decas aliquid cum Deo cognati* habeat, eumque, cui bona dabantur, tanquam in imagine quadam repræſentet; quod etiam moris antiqui fuerit, myſteria, religioſa præſertim, in numeris occultare. Rem totam paulo clarius explico: qui dierum ſuorum ſeptimas Deo ſeparabat, in moribus ejus Creationis ſymbolum quoddam exhibere, Jehovam etiam, a Creationis opere die ſeptimo quieſcentem, Creatorem agnoſcere, eumque unum pro Deo habere cenſebatur: & qui facultatem ſuarum decimas uſui ſacro dedicabat, in ipſo numero illo plenitudinis & perfectionis divinæ ſymbolum quoddam exprimebat; & ipſa doni ſui menſura, ſummum rerum omnium Principium & Finem, poſſeſſionem ſuarum omnium originem & auctorem gratus agnoſcebat. Cum itaque Judæi, a captivitate (40) reduces, idololatriæ nuncium remiſiſſent, & Deo vero firmius adhærerent; leges de ſeptimis & decimis illis multo religioſius quam antea ſervaſſe perhibentur. His addo, quod Iſraelitæ, per ſeptem decadas annorum, exilio mulctati videantur; ut leges de Sabbathis & deci-

mis

mis ſanctius in poſterum obſervantes, Creationem & Providentiam ſæpius in anno recolerent, & utriuſque fidem firmiorem retinerent.

Quarto: Gentes antiquæ, religionis cujuſcunque [Naturalis, Legalis, aut Paganicæ] profeſſores, numerum denarium, præter alios omnes, in pretio habuerunt, eumque rebus eorum pleriſque frequentius accommodarunt. Religionis naturalis profeſſores eum in honore præcipuo habuiſſe pateat, quod Abrahamus decima ſpoliorum, Jacobus decima proventuum, Deo devote dedicarint: Deus etiam (forſan ut ad hominum uſum Seipſum accommodaret) Omerum Mannæ, qui pars eſt (41) Ephæ decima, in perpetuam rei memoriam, ſervari juſſit. Hunc numerum apud religionis Moſaicæ profeſſores cumprimis honoratum probant *Philonis* (42) illa: τὸν δὲ περὶ δεκάδος λόγον ἐπιμελῶς μοὶ ἠκρίβωσαν μυστικῶν παῖδες, &c. *Rationem autem numeri denarii diligenter exquiſiverunt Muſicorum filii, laudatam non mediocriter etiam a Moſe ſacratiſſimo: qui ad hunc numerum refert res pulcherrimas, vota, primitias, oblationes ſacerdotum perpetuas, obſervationem Paſchatis, propitiationem, remiſſionem quinquageſimo quovis anno redeuntem, apparatum Tabernaculi diſſolubilis, aliaque plurima.* Quanti decadem fecerint religionis Paganicæ ſtudioſi, conjecturam e Græcorum & Romanorum moribus faciamus. Nam ille numerus in Græcorum myſteriis, ſpoliorum dedicationibus, tributis, & initiationibus, tam frequens erat & familiaris; quod καθιερῶσαι, λαφυραγωγεῖν, πλουτεῖν, & ἀρχηγεῖν, (43) per δεκατεύειν & δεκατεῦσαι, ſæpius exprimerentur. Frequentior uſus, in rebus ſacris & civilibus, non minorem huic numero claritatem apud Romanos peperit: hinc enim, obſervante (44) *Montacutio*, tituli celebres, *Decemviri*, *Decuriones*, *Decumani*, *Decani*, *Decadarchæ*, *Decateutæ*, *Decatologi*, *Decatoni*, prodiere. Nil opus eſt ut hnic Argumento ſermonem prolixiorem impendam ipſe: qualem enim hic numerus apud omnes gentes honorem obtinuerit, ex uno (45) *Philoſophi* problemate licet intelligere: διὰ τί πάντες ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, εἰς τὰ δέκα καταριθμοῦσι, καὶ οὐκ εἰς ἄλλον ἀριθμόν, &c. *Cur omnes homines, tam Barbari quam Græci, ad decem uſque enumerare conſuevere, non ad aliquem alium numerum; -- nec ultra numerum denarium ceſſantes, inde replicare incipiunt?* Cum itaque δέκας maxime ſemper inclaruerit, & numerum illum gentes omnes frequentius uſurparint; minime temerarium eſt opinari, decimarum ſolutionem vix ullis cultus antiqui ritibus antiquitate concedere. Cum enim a ſeculis antiquiſſimis, Deum facultatibus Ei dicatis honorare, & proculdubio facultatum earum partem quotam determinare, rationi conſentaneum videretur; cum etiam numerus denarius, apud omnes gentes, maxime clarus eſſet & uſu tritus; nihil proclivius eſt, quam ut decimas in uſum ſacrum ſeponendi ritus, a prima pene Religionis origine, receptus & inſtitutus exiſtimetur.

Penſi mei pars ultima jam abſolvenda eſt, & Objectionibus iis occurrendum, quæ potioris notæ ſunt, & reſponſi nonnihil expectare videantur.

Harum prima ſit hæc: cum Decimarum ſolutio tam ſacris uſibus inſerviret, & ritus eſſet a Deo tam frequenter & ſolenniter inſtitutus; illius ſanctitati repugnat, ut e Gentiliſmi lacunis in Dei legem cultumque fluxiſſe cenſeatur; vel ut opinetur quiſpiam, Deum ritum tam inſignem inſtituiſſe, tantum ut Decimas, olim idolo vel idoli miniſtro ſacrari ſolitas, Sibi Ipſi, bonorum omnium Origini, vindicaret. At hoc argumentum nihili faciamus, cum viri docti non pauci Decimarum ſolutionem, in Eccleſia Chriſtiana retentam, ad originem non abſimilem referant; eas ab idolorum ſacerdotibus, ad Chriſti miniſtros, translatas arbitrantes. *Muſculum* hic teſtem advoco, qui, doctorum ſententias de uſu decimarum in Eccleſia referens, (46) hæc habet; *illi rectius, meo judicio, ſentiunt, qui decimarum uſum*, ex largitione *Principum Chriſtianorum*, *ſacerdotibus falſorum Deorum ademptum, ad Eccleſias Chriſti tranſlatum eſſe judicant, ut hoc ſubſidio certa quædam eſſet -- miniſtrorum Chriſti -- ſuſtentatio*, &c. Interea vero, ne quis erret, addendum cenſeo, quod uſus Decimarum ab antiquis Dei veri cultoribus originem hauſiſſe, ab iis etiam ad profanas gentes, una cum altaribus, victimis, aliiſque cultus antiquioris inſtrumentis & indiciis, deveniſſe videatur. Cum autem id ageret Moſes, ut omnia in integrum reſtitueret, & quæ Diaboli fraude & ſacrilegio ad cultum profanum detorquebantur, ad uſum & puritatem priſtinam revocaret; Decimas ad uſum primævum reduxit, eaſque Deo jure vindicavit; quas olim gentes occœcatæ Diabolo tribuiſſent. Abſit itaque (& quidem abeſt longiſſime) ut ſentiam ipſe, Decimarum uſum e *ſolis* gentium profanarum ritibus in Legem fluxiſſe, vel eas Gentiliſmi *tantum*

tum institutis originem & sanctionem suam debuisse.

Secundo: Mihi forsan objicient aliqui doctorum sensum, opinioni meæ plane repugnantem. Sentit enim *Seldenus*, & cum eo togatæ gentis pars longe maxima, Decimandi ritum inter *gentium furta* numerandum esse, eumque primo, Syros, Phœnices, & Ægyptios, a Judæis vicinis accepisse; tandem etiam ritum illum gentibus iis ad Græcos, & alios remotiores effluxisse. Cum autem e Scriptura pateat, Abrahamum & Jacobum, more passim recepto, decima persolvisse; cogit historiæ sacræ fides, ut hic a doctorum sententia recedamus, & hunc ritum inter Syros & alios usitatum censeamus, diu antequam Judæi in gentium censum referebantur.

Hæc ea sunt quæ de Decimarum usu & origine in Ecclesia Judaica dicenda censui. Decimarum jus & usum, in Ecclesia Christiana, vix levi digito tactum præterii, quod hoc argumentum extra præsentis instituti pomæria situm sit, nec desint Auctores eruditi qui in eo studium & operam non pœnitendam collocarint.

(1) Lib. de congr. quær. erud. grat. p. 439. A
(2) De myster. numer. X. p. 366.
(3) *Herodot.* l. 1. cap. 89.
(4) *Diatrib.* cont. *Seld.* cap. 3.
(5) *Histor. Decim.* cap. 3.
(6) Ub. sup. pag. 412. 413. &c.
(7) Ibi p. 554. & 574.
(8) *Et Abrahamus dedit ei decimas ex omnibus.* Gen. 14. 20. p. 515.
(9) *Comment.* in loc. pag. 515. a.
(10) *Hebr.* 7. 4.
(11) *Hebr.* 7. 4.
(12) Prout & Anglicani nostri, qui sic vertunt, *unto whom even the Patriarch Abraham gave the tenth.*
(13) Vid. *Aurel. Vict.* Ub. supr.
(14) Tom. 4. in *Epist.* ad *Fabiol*,
(15) *Gen.* 28. 20. 22.
(16) Μετὰ τὴν ἱερὰν μοῖραν εἰς Θεὸς τὰς ἱδρυμένας ἐδεκάτευον Ἡρακλεῖ τὴν οὐσίαν, &c. *Bibl.* l. 4. p. 228. B
(17) Ap. *Diogen. Laer.* lib. 1. p. 13. D
(18) Καὶ αὐτοὺς τῶν προσιόντων ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀπαρχὴν δεκάτην εἰς Δελφούς. Lib. 10. cap. 11. p. 823.
(19) *Num.* 18. 24. 26. 12.
(20) Ἀπαρχὴν ἀπὸ ἱερᾶς δεκάτην. Lib. de *congres. erud. gr.* p. 438. E
(21) *Lev.* 27. 32. 33.
(22) 1. *Sam.* 8. 15.
(23) *Malac.* 3. 10.
(24) *Pauperis decima quid judiciale fuit, ad politiæ Judaicæ rationem accommodatum.* Montacut. ub. supr.
(25) *Lev.* 27. 30. 31.
(26) *Deut.* 12. 6. *Amos.* 4. 4. 5.
(27) *Joseph. Antiq.* lib. 1. c. 10. pag. 25. 10.
(28) *Hebr.* 7. 4.
(29) 1. *Sam.* 8. 12.
(30) LXX. in 1. *Sam.* 15. 21.
(31) *Hebr.* 7. 4.
(32) *Judith.* c. 16. 19. 1. *Mac.* 4. 57.
(33) Comment. in 1. *Mac.* c. 4. v. 57.
(34) In *Tertul. Apol.* l. 1. *Digres.* 16.
(35) *Diatrib.* de *Decim.* cap. 3.
(36) *Elect. Sac.* P. 1. *Excurs* 123.
(37) Vid. *Gen.* 14. 20. & 28. 22.
(38) Ὀρθῶς (τὴν δεκάδα) κλαδοῦχον ὀνομάζουσι, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀριθμοὶ ἐξ αὐτῆς φύονται. *Etymolog. Mag.* in voc. δίκαι.
(39) Lib. de *congres. Erud. gr.* p. 437. E
(40) *Neh.* 10. 31. 37. & 13. 12. 15.
(41) *Exod.* 16. 32. 36.
(42) De *congres. erud. grat.* p. 437. A
(43) *Etymolog. mag.* in voc. Δεκατεύειν.
(44) Ub. sup. c. 1. p. 248. 249. 250.
(45) *Problem. sect.* 15. *Quæst.* 3.
(46) *Comment.* in Gen. 14. p. 342.

JO.

JOHANNIS SPENCERI
DISSERTATIO
DE PROFESSIONE DECIMARUM.

CAPUT PRIMUM.

CUM in eo jam versetur industria nostra ut leges Zabiorum usui contrarias illustremus, locus ille perobscurus, *Deuteron.* 26. 13. 14. silentio minime prætereundus est. Ibi vero, solutis decimis & primitiis omnibus, Israelitæ ad hanc solennem professionem publice faciendam astringebantur: *sustuli quod sanctum est e domo mea*, *etiamque dedi illud Levitæ*, *peregrino*, &c. *Non comedi en eo in luctu meo*, *neque abstuli en eo* בטמא *in immundo*, *neque dedi en eo pro defuncto*. Qui sane locus multa passus est ab interpretibus, nihilo tamen illustrior factus: nec unquam loco tam obscuro lucis aliquid affulsurum censeo, nisi ad mores ethnicorum veterum, decimas aut primitias offerentium, studiosius attendamus; & loci sensum, non e conjecturis interpretum, commentariis Judæorum, aut ipsis verbis (in sensum alienum facile detorquendis) eliciendum statuamus. Circa rem hanc scrupulum omnem lectori forsan eximemus, si tria professionis hujusce membra sigillatim expendamus, iisque sensum suum germanum restituamus.

SECTIO I.

CUM omnia decimarum & primitiarum nomine Deo debita præstitisset Israelita; doli mali suspicionem omnem a seipso, verbis hisce removere tenebatur, (1) *non comedi ex* iis באני *in dolore meo*. Varietas opinionum de legis hujus intellectu simul & sanciendi caussa, doctis hic aquam hærere luculenter ostendit.

Siquid in tanta caligine mihi videre datum sit, Israelitæ post oblatas primitias & collectas fruges, ad hanc professionem publice faciendam devincti erant; ne quis aditus idololatriæ pateret, nec Israelitæ, frugibus collectis, ritus Ægyptios exercuisse crederentur. Nam ea, superstitione dicam an infania, fuerunt Ægyptii veteres, ut cum frugibus colligendis aut primitiis offerendis operam dedissent, dolori supra modum indulgerent, & omnia luctu planctuque miserrimo perimplerent.

Superstitionem illam ridiculam apud Ægyptios usitatam fuisse, locupletissimo (2) *Diodori Siculi* testimonio confirmatur: *κατὰ τὸν θερισμὸν τοὺς πρώτους ἀμηθέντας στάχυς θέντας τοὺς ἀνθρώπους, κόπτεσθαι πλησίον τοῦ δράγματος, καὶ τὴν Ἶσιν ἀνακαλεῖσθαι· καὶ τοῦτο πράττειν ἀπονέμοντας τιμὴν τῇ Θεῷ τῶν εὑρημένων κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς τῆς εὑρέσεως καιρόν*. *Tempore messis oblatis spicarum primitiis*, *incolæ*, *Ægyptii*, *juxta manipulos plangere*, *Isidemque invocare* solent: *hoc idcirco faciunt*, *ut honorem pro inventis*, *Deæ sub primæ inventionis tempus retribuant*. Ab his non multum dissentiunt quæ *Julius Firmicus* de moribus Ægypti refert: (3) *in adytis habent idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangunt*, *radunt capita*, *ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis*, *tundunt pectus*, *lacerant lacertos*, &c. His post nonnulla interposita, subjungit: horum funerum & luctuum *defensores eorum addere volunt rationem physicam*; *frugum semina Osirim dicentes esse*, *Isin terram*, *Typhonem calorem*: *& quia maturatæ fruges calore ad vitam hominis colliguntur*, *& a terræ consortio separantur*, *& rursus appropinquante hyeme seminantur*. *Hanc volunt esse mortem Osiridis cum fruges reddunt*. *Inventionem vero cum fruges genitali terræ fomento conceptæ*, *nova rursus cœperint procreatione generari*. Phœnicas etiam aliquid huic mori cognatum habuisse, ex (4) *Eusebio* discimus: nam refert ille, vetustissimos ex iis terræ fructus utilissimos Deorum instar coluisse, ac deficientes (quod fit certo anni tempore) cum lachrymis & ejulatu prosecutos. Auctoris verba sunt: *ἔλεον καὶ οἶκτον καὶ κλαυθμὸν βλαστήματα γῆς ἀπιόντα καθιέρουν*. *Misericordiam*, *commiserationem*, *fletum* & ejularum *senescenti terræ germini consecrabant*.

Cum itaque veteres Ægyptii, & alii forsan idololatræ, lachrymis luctuque squa-

ſqualidi primitias offerrent, & poſt collectas fruges ritus olerumque triſtes & funeri conſenraneos exercetent; qui Deum primitiarum & decimarum oblatione coluerat, ſancte coram Domino profiteri debuit, *ſe nihil ex iis in luctu ſuo comediſſe*; nempe ut hac ratione ſe a ſuperſtitionis illius Ægyptiacæ ſuſpicione liberaret, nec ritibus illis abſurdis clam præſtitis, Iſidem aut Terram fructuum largitorem agnoſcendo ſeipſum dehoneſtaſſe crederetur. Ad hanc ſententiam his inductus argumentis inclinat animus:

1. Hæc opinio cum genuino vocis אוני ſenſu maxime convenire videtur. Nam hac voce ſummam doloris acerbitatem indicari pateat, quod eam LXX. non ἐν λύπῃ, vel ἐν πένθει, ſed ἐν ὀδύνῃ μου, præter morem transferant. Præter morem dixi: nuſquam enim vocem און per ὀδύνην vertunt niſi (5) *Geneſ.* 35. 18. ubi mentio *Rachelis* incidit partus doloribus ad mortem excruciatæ. Conſtat itaque L X X. luctum acerbiſſimum & partus doloribus affinem hac voce denorari cenſuiſſe. Manifeſtum eſt autem hac vocis notatione nullam ſententiæ meæ magis aptam & accommodatam aſſignari poſſe. Nam ethnici Oſiridis ((6) aut Adonidis) obitum, i. e. feneſcentem & deficientem terræ fructum, dolore acerbiſſimo & ὀδύνης nomine digniſſimo proſequebantur. Quamvis hoc e jam dictis fidem accipiat, addam tamen (7) *Ammiani Marcellini* teſtimonium: *evenerat autem iiſdem diebus annuo ſolis curſu completo* Adonia *ritu veteri celebrari, amato Veneris ut fabulæ fingunt apri dente ferali deleto, quod in adulto flore ſectarum eſt indicium frugum. Et viſum eſt triſte, quod – urbem principumque domicilium introeunte imperatore nunc primum, ululabiles undique planctus & lugubres ſonitus audirentur.* Et alibi luctus ingentis imagininem exprimere ſtudens, exemplo mulierum in Adonidis aut Oſiridis feſto lamentantium utitur. Nam juvenem regium in ætatis flore extinctum memorans; (8) *feminæ*, inquit, *miſerabili planctu, in primævo flore ſucciſam ſpem gentis ſolitis fletibus conclamabant; ut lacrymare cultrices Veneris ſæpe ſpectantur in ſolemnibus Adonidis ſacris, quod ſimulacrum aliquod eſſe ſingunt adultarum religiones myſticæ docent.* At hæc: (9) *Lucianus*, ritus in ſacris *Adonidis Bybli* peractos referens, inter alia, μεγάλα, inquit, *πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵςαται, magni luctus per totam regionem inducuntur.* Cum itaque Gentes, Ægyptii præſertim, cum fruges colligerent aut primitias offerrent, dolori ſupra modum indulgerent; non male colligo, Deum poſt collectas fruges & oblatas primitias, hanc profeſſionem publicam inſtituiſſe, ne quis locus mori tam profano & ridiculo ſupereſſet: alias enim nulla conſtat ratio cur און voce dolorem acerbum (ὀδύνην) indicante hic uteretur.

2. Mos ille luctuoſus a cultus Iſiaci primordiis inter Ægyptios obtinuiſſe videatur. Refert enim jam laudatus Hiſtoricus, Ægyptios, Iſidem ſuam frugum inventricem hoc argumento probare ſolitos, quod ille, *juxta ſpicarum manipulos plorandi* ritus (10) *ab antiquo ſervaretur*. Cum itaque ritus ille, *κατὰ τὸν θερισμὸν meſſis tempore ſervatus*, Moſe vetuſtior eſſet, & non minus a ratione quam religione diſſideret; facile credi poteſt hac lege cautom eſſe, ne quis e gente ſancta mori tam ridicule proſano quid cognati retineret. Sic enim moris hujuſce cultores perſtringit (11) Julius Firmicus: *Cur plangitis fruges terræ, & creſcentia lugetis ſemina? Ad ſuſtentationem generis humani hæc omnia divina ſummi Dei liberalitate donata ſunt. Agendæ ſunt ſummo Deo gratiæ propter hoc, nec eſt ſummi Dei lugenda largitio. Deflete potius quod erratis, & quod errorem veſtrum reſtauratis ſemper luctibus plangite.*

3. Cum Hebræi collectionis feſtum agerent, lætitiæ cui ſimilem totus annus non vidit indulgere ſolebant. Sic enim e ſcriptis eorum antiquioribus feſti mores deſcribit auctor (12) ille, rerum Hebraicarum peritiſſimus; *ex lacernis veſtimentorum cingulorumque ſacerdotum, ellychnia fecerunt quibus accenderunt lampadas, & non erat in tota Hieroſolyma platea ulla, quæ non coruſcaret ex iſta irradiatione. Viri religioſi & devoti ſaltarunt coram iis, in manibus etiam habentes ardentes faces, & cantica decantarunt & doxologias. Levitæ cum cytharis, nablis, cymbalis, aliiſque inſtrumentis muſicis abſque numero ſteterunt in 15. gradibus*, &c. Hic ſe verſant & fatigant Hebræorum filii, tantæ jucunditatis & lætitiæ rationem reddituri: nuſquam enim præceptum legimus, ut feſtum illud præ aliis omnibus tanta cum lætitia & tam hilari ſolennitate celebrarent. Dicerem ipſe, ſi quis hic divinationi locus eſſet, antiquiores Eccleſiæ Judaicæ præſides feſtum collectionis lætitia tam ſingulari coli voluiſſe; ut populus eo longius abeſſet a gentilium uſu, qui ritibus plerunque triſtibus Deos coluere, cum præſertim a frugum collectione ceſſaturi. Ethnici (13) עצבים Deos mortuos & do-

dolore prosequendos coluerunt, ideoque ritus eorum sordidi plerumque tristesque fuerunt, ut Deorum suorum naturam exprimerent, & omnia luctus cujusdam funerei scenæ responderent. Ritus hosce tristes & funeri consentaneos (14) *Julius Firmicus* gentibus exprobrat, cum ait, *lugete mortuos vestros & ipsi simili morte morituri. Mittite regibus vestris, ut vultis inferias,* —— *Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Attin, lugete Osyrin, sed sine nostræ contumelia dignitatis.* Ethnici vero sacra hæc lugubria præcipue post collectas fruges obiisse videantur. Nam *Plutarchus*, de Græcis agens, καθ' ἣν ὥραν, (15) inquit, τοὺς (καρποὺς) ἀπὸ δένδρων ἑώρων ἀφανιζομένους — καὶ ἀπολείποντας. *Quo tempore fructus arborum omnino defecisse & abolitos esse cernebant*, πολλὰ δρῶντες ὅμοια καὶ πενθοῦσι πρέποντα, *multa in more sepelientium & lugentium agitabant*. Hic etiam non importune repeti possit quod *Eusebius* in Phœnicum theologia refert; eos nempe terræ fructus utilissimos Deorum instar coluisse, ac deficientes, quod fit certo anni tempore, cum lacrymis & ejulatu prosecutos. Cum itaque Judæi, *collectionis festum* agitantes, lætitiis omnibus incederent, & omnem luctus aut doloris alicujus speciem studiosus ablegarent, ut festum illud eo longius distaret a lacrymosis gentium ceremoniis, statim a collectione frugum usitatis; rationi consentaneum est opinari, Deum hanc professionem palam & aperte fieri voluisse, ne quis collectis frugibus tristes hosce ritus, in Isidis aut Osiridis honorem privatim exerceret.

Superest ut iis occurramus objectionibus, quæ non nemini forsan sententiæ meæ fidem infirmare videantur.

Harum prima sic se habet: Israelitæ se nihil e decimis aut primitiis *in luctu* comedisse, profiteri tenebantur, non ut superstitionis alicujus Ægyptiacæ sed legis divinæ violatæ, suspicionem omnem a seipsis amoverent. Nam Dei lege (16) semel iterumque statutum erat, ut eorum decimis & primitiis in lætitiam effusi, coram Domino vescerentur.

At hæc objectio nihil firmitatis habet, cum ipsæ leges illæ datæ fuerint ut Israelitæ diversi essent ab Ægyptiis aliisque populis, qui ceremoniis plerunque tristibus utebantur, cum præsertim, in cultu, terræ fruges spectante, præstando versarentur. (17) Plutarchus *sacra* quædam *tristia, risus experria, ac lugubria*, ab Ægyptiis & Græcis *obeunda* memorat. Ægyptios autem præter ceteros hæc sacra lugubria fecisse, notat (18) *Lucianus*: nam ille de Ægyptiorum & aliarum gentium ritu sacrificali loquens, αἱ δὲ θυσίαι, inquit, καὶ παρ' ἐκείνοις αἱ αὐταί. πλὴν ὅτι πενθοῦσι τὸ ἱρεῖον, καὶ κόπτονται παρεστεῶτες ἤδη πεφονευμένον· *Porro sacrorum peragendorum idem ferme apud illos ritus, nisi quod hostiam luctu prosequantur, eamque jam mactatam circumstantes defleant.* Sacra illa lugubria seculis antiquioribus apud Ægyptios obtinuisse, causam opinandi præbet (19) *Philo* qui Hebræos Ægypto nuper egressos, & loci moribus imbutos, in vituli cultu *hymnos lamentis similes concinuisse* refert. Hic mihi in mentem opportune venit Bacchus, (idem qui & Osiris Ægyptius) qui a בכה *lamentari*, flere vel *ululare* (20) dictus est, quod illius sacra gentes multo cum fletu & ululatu celebrarent. Deus itaque ritibus festisque suis nihil lætius aut jucundius esse voluit, ne cultus in ejus honorem peractus quicquam cum Osiridis, Isidis, aut Bacchi, cultu lugubri commune habere videretur.

2. Nonnemo forsan hic nobis opponet interpretum sensum, qui de luctu in amicorum funeribus, (non in Isidis, Adonidis aut Osiridis ritibus) usitato, locum illum interpretandum sentiunt. Nam inquiunt, si quis dolori funebri vacans e decimis comedisset, decimæ illæ pollutionem contraxissent, nec Levitæ, viduæ vel peregrino, mensæ suæ assidere licuisset. Nam (21) *panis lugentium* pollutus habebatur, nec cuiquam ex eo comedere fas erat nisi pollutionem lotione molesta expiandam subituro. Ne itaque cujusvis luctus funebris fraudi esset Levitæ, viduæ vel peregrino, quos ex præscripto (22) Legis ad anni tertii decimas participandas advocare debuit; præceptum est ut quisque fraudis illius suspicionem omnem a seipso removeret, & se nihil e re sacra dolentem comedisse, solenniter & Deo teste adhibito affirmaret.

At si quid hæc objectio momenti haberet, consultius erat ut Israelitæ solutis decimis, aperte profiterentur se nihil e portione sancta, *in immunditie* comedisse: cum immundities non luctu tantum funebri sed multis aliis modis contracta, pollutionem cibis affricaret, & homines a polluti mensa cohiberet. Deinde: ita Lege curatum est, ut nullus huic fraudi locus esse potuerit, cum anni tertii decimæ (de quibus inprimis hic locus intelligendus est) e privatorum (23) domibus efferri debuerint, & (24) *in portis* tanquam repositoriis publicis reservari. Eo itaque, Levita, vidua,

dua, peregrinus, omnes quibus res angusta domi, se (25) conferebant; non ad privatorum ædes luctu forte funebri squalentes & impuras. Præterea: cum Judæi quamplurimi nullos e necessariis suis, per multa annorum curricula desiderassent; hujusmodi professio sæpe ludicra foret & otiosa, si vox אוני luctum tantum funebrem denotaret.

Hoc & alii forsan in adversum dicent, quod vox ea באוני non stricte pro *dolore*, sed figurate pro *calamitate* vel necessitate, doloris causa sumenda videatur. Quasi sensus esset, " e decimis „ Deo & egeno sacratis, egestate licet „ pressus non comedi: nihil ex iis, et„ iam paupertate vexatus detraxi in „ usus meos. Non si miserum me fin„ xit egestas, sacrilegum etiam & in„ jurium finger.

At & opinionis hujusce patronos a loci sensu deviare censeo, quod Hebræorum plerique rerum omnium ubertate fruerentur, nec se decimas & primitias, re licet angusta vexatos, integre solvisse profiteri poterant. Deinde: professionis hujusce verba, sic intellecta, nulla cum sequentibus affinitate cohærere possunt: nam e jam dicendis apparebit, ea moribus idololatricis eo seculo receptis, frontem adversam gerere. Neutiquam autem probabile est, Deum plane dissona & hiulca, uno commate, una professione publica, contexere voluisse.

(1) Καὶ ἐκ ἔφαγον ἐν ὀδύνῃ μου ἀπ' αὐτῶν. *LXX.*
(2) *Histor.* lib. 1. p. 13. B
(3) De *error. prophan. relig.* p. 4.
(4) *Præpar. Evang.* L. 1. c. 9. p. 28. A B.
(5) Τῇ ὀδύνῃ μου. *LXX.*
(6) *Nam Osirin. non alium ab* Adonide probat *Heins.* Aristarc. sac. cap. 1.
(7) Lib. 22. Cap. 9. p. 322.
(8) Lib. 19. Cap. 1. p. 209.
(9) Lib. de *Dea Syr.* p. 1058. B
(10) Μυθολογοῦσι δὲ φανῆναι τὰς ἀρχαίους τὰς [illegible] [illegible] τὰ [illegible] παρ' αὐτοῖς ἐξ ἀρχαίων νομίμων. *Diodor. Sic. Hist.* L. 1. p. 13. B
(11) Ub. sup. p. 5.
(12) *Lightfoot.* in *S. Joh.* c. 17. vers. 2.
(13) *Jes.* 48. 5. *Hos.* 13. 2.
(14) Ub. supr. p 14.
(15) Lib. de *Isid.* p 379. A
(16) *Deut.* 12. 17. 18. & 14. 26.
(17) Χαίρειν ἐπὶ ταῖς [illegible] καὶ [illegible] καὶ [illegible] θυσίαις *&c.* Lib. de *Isid.* p. 378. D
(18) Lib. de *sacrific.* p. 187. B
(19) [illegible] &c. *Philo* lib. 2. de *Vit. Mos.* p. 677. D
(20) *Heins.* in *Non.* p. 7.
(21) *Hos.* 9. 4.
(22) *Deut.* 26. 12.
(23) *Deut.* 26. 13.
(24) *Deut.* 14. 28.
(25) *Deut.* 26. 12.

SECTIO II.

Ad professionis hujus partem secundam jam transeo, ab auctore *Vulgatæ* sic redditam, *nec separavi ea* (בטמא) *in qualibet immunditia*. Hic autem inter diversas interpretum sententias, longe operosius est sensum verum invenire, quam falsum refutare.

Synagogæ magistri veteres vocem בטמא per *immunditiem* explicant: ut hic sit sensus: " cum decimæ res sacræ sint, earum sanctitatem minime violavi, eas comedens cum immunditia aliqua laborarem. Hunc sensum magistrorum puncta olim tulisse, *Maimonidis* verba causam opinandi non levem præbent; (1) *qui decimas secundas comedit, in immunditie vapulat, quia dictum est*, non subduxi ex iis pro immundo, —— *præputiatus pro immundo* habetur, *& si ille decimas secundas comedit jure vapulat*.

Hic autem Judæis consentire nequeo, quod (si bene memini) nullibi cautum sit ne quis immundus ad decimas edendas admitteretur. Deinde: cum Deus decimas illas, Levitæ, peregrino, viduæ, servo, aliisque paupertate gravatis dari jusserit; vero prorsus absimile est, eum quempiam ex iis inedia forte perituris a decimis illis participandis inhiberi voluisse, tantum quod in præsens impuritate aliqua Legali laboraret. Præterea: solennis illa professio ideo præcepta videtur, ne quis in solutione decimarum dolose versaretur: nam præceptum est primo, ut unusquisque sancte coram Domino affirmaret, se penitus *abstulisse e domo sua quod sanctificatum est, & dedisse Levitæ*, &c. Et ne dolo malo, vel illius suspicioni, locus adhuc superesset; quod generaliter dictum erat, verbis specialibus exponere tenebatur, dicens, *non comedi ex eo in luctu meo*, *nec subduxi ex eo in immundo*, &c. Adeo ut apertum sit, hæc verba de fidelitate potius quam munditie offerentis intelligenda, eaque deviationem a præscripto Legis in oblationis materia spectare, magis quam offerendi modo. His accedat quod vox in Hebræo, non sit בטמאה *in immunditia*, sed בטמא *in immundo*. Hanc esse germanam vocis illius potestatem, norunt omnes qui leviorem aliquam literaturæ Hebraicæ tincturam imbiberunt. Huic etiam notationi vocis & Græci suffragantur, qui בטמא non per ἐν ἀκαθαρσίᾳ, sed εἰς ἀκάθαρτον interpretantur.

Cum Judæorum interpretatio non quadret in legis hujusce sensum grammaticalem

calem eamque aliis nominibus fuſpectam habeam; duas alias adducam, rationi ſimul & legis verbis (ni me fallat opinio) magis conſentaneas.

Harum prima ſit hæc: *non ſubduxi furtim aliquid ex eo in immundum locum:* quaſi profeſſionis hujuſce pars hæc mori Gentilium frugum collectarum partem aliquam in locis immundis (domibus nempe privatis, aut idolorum templis) comedentium, ἐκ διαμέτρου opponeretur. Nam gentes antiquas Deos ſuos, *ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν bonis verbis & frugum primitiis, privatim oblatis, pro facultatum modulo* coluiſſe, conſtat e *Draconis* lege quæ apud (2) *Porphyrium* legitur. *Maimonides* etiam, Zabiorum ritus circa primos arboris cujuſque frugiferæ fructus referens, id eos obſervaſſe (3) dicit, *ut pars illorum offerretur, pars in idoleio comederetur.* * Idololatras antiquos a frugum collectione vacantes, hujuſmodi ritibus Deos ſuos (Iſin & Oſirin præcipue) coluiſſe, teſtimonia ſtatim producenda fidem ampliorem facient. Cum itaque Gentes in ædibus privatis aut idoleiis, frugum collectarum partem aliquam Iſidi vel Oſiridi conſecrare ſolerent; omnes decimis & primitiis exolutis ſancte profiteri tenebantur, ſe nihil e portione ſacra, *in loco tam immundo* comedendum ſubduxiſſe. Hæc interpretatio eo pulchriorem veri ſpeciem præ ſe fert, quod hic verſus præcedentis interpres eſſe, ejuſque ſenſum explicatius reddere videatur. In verſu vero præcedente, quiſque ſolutis decimis ſe fidelem præſtitiſſe, verbis hiſce teſtari tenebatur (4) *penitus abſtuli ſanctificatum e domo mea, & dedi Levitæ*, &c. Quinetiam ſemel atque iterum lege juſſum eſt, ne (5) decimæ, vel res aliæ Deo ſacratæ, in domibus privatis, ſed (6) loco ſancto, quem nempe Deus electurus eſſet, ederentur: conſtat autem e poſtrema commatis (7) hujuſce clauſula, verba hæc (*non abſtuli* בטמא) ideo dici debuiſſe, ne qui primitias aut decimas obtuliſſet, legem aliquam de rebus tam ſacris latam violaſſe crederetur.

Quamvis autem hæc interpretatio probabilitate ſua non careat, nequeo tamen temperare mihi quo minus & aliam afferam, Textus verbis (forſan & intentioni) non minus conſentaneam. Eſt autem hujuſmodi: *non abſtuli ex eo, in* uſum *immundum*, h. e. plane profanum, impurum, ſuperſtitioſum, aut idololatricum. Hunc ſenſum firmare videtur illa Græcorum verſio, οὐκ ἐκάρπωσα ἀπ' αὐτῶν εἰς ἀκάθαρτον. *Non abſtuli*

fructus illius *partem, ad immundum aliquod:* eo enim ſenſu vox affinis ἐκαρπίσαντο (8) alibi a Græcis uſurpatur. Hic ſenſus Anglicanis etiam interpretibus arriſit, qui ſic verba tranſtulerunt; *I have* not *taken away* ought *thereof for* any *unclean* uſe. Non eſt autem cur hæc profeſſio, ſenſu jam dicto ſumpta, ſupervacanea vel inutilis habeatur: nam idololatræ veteres, cum primum fruges collegiſſent, earum partem aliquam ad uſus idololatricos, magicos, & (carnaliter) impuros ſeparabant. Hoc e *Julii Firmici* verbis intelligi datur: poſtquam enim cultores Iſidis & Oſiridis, *terræ fructus plangere* ſolitos, ſermone ſatis acri perſtrinxiſſet; addit, (9) *pone propter fruges vota reddi numinibus* illis, *quid addis inceſtum, quid adulterium, — quid errantibus hominibus & ſimpliciter peccare cupientibus de ſacris tuis malum monſtras exemplum?* Ex his non difficulter intellectum eſt, idololatras illos Deum ſuum *Frugiferum* (ſic enim (10) Oſiridem vocabant) oblatis frugibus honorantes, ritus obſcœnos & immundos exercuiſſe, & Cererem & Bacchum Veneri miniſtrare coegiſſe. Ne quis itaque rem *ſanctificatam* uſu tam vili & immundo polluiſſe crederetur, omnem criminis tam tetri ſuſpicionem hac ſolenni profeſſione coram Domino facta, a ſe ipſo amoliri tenebatur.

(1) In *Maaſer. Schens.* cap. 3. §. 2. 4.
(2) De *abſtin.* l. 4. §. 22.
(3) *Mor. Neb.* P. c. §. 37.
(4) בערתי i. e. *Ignis inſtar e medio ſuſtuli, removi.*
(5) *Deut.* 12. 18.
(6) Ez. 14. 22. 23.
(7) *Deut.* 26. 13.
(8) Vid. *LXX.* in *Joſh.* 5. 12.
(9) Lib. de *error. prof. relig.* p. 4. 5.
(10) —— *Seu te roſeum Titana vocari, — ſeu præſtat Oſyrin Frugiferum.* Stat. Thebaid. 1. *ſub fin.*
* Cum perceperant fruges, antequam veſcerentur, Dis libare inſtituerunt: & cum agros atque urbes Deorum munere poſſiderent, partem quandam templis, ſacelliſque ubi eos colerent, dicaverunt. *Cenſorin. de die natal.* Cap. 1. p. 3.

SECTIO III.

UTqui decimas & primitias ejus exolviſſet, fidem ſuam ab omni doli mali ſuſpicione liberaret, nec quicquam e devotis fructibus in uſum alienum ſacrilege pervertiſſe crederetur; ſe nihil ex iis למת *mortuo dediſſe*, ſancte coram Domino ſolenniter affirmare tenebatur.

Hebræi hæc verba de impenſis funebribus interpretari ſolent: quaſi ſenſus eſſet: " nihil e rebus Deo ſacris in rem " funebrem expendi, nempe loculum

" fe-

„ feralem , (1) convivium funebre , „ pompam, linrea fepulchralia, erectionem fepulcbri , vel alios eliquos funerum fumptus , in quos alii forfan „ facra hæc expendi poffe cogitarent. Hunc fenfum probat *Jonathan* , fic locum illuftrans , *neque dedi de eo involucra pro anima mortui* . Confentis auctor *Vulgatæ* , fic verba transferens , *nec expendi ex his quidquam in re funebri* .

At hic etiam a magiftris Hebræorum diffentire cogor : nam Ifraelitæ proculdubio verba hæc tam folenniter efferebant , ut fufpicionem peccati alicujus eo feculo frequenter edmiffi , a feipfis propulfarent. At res eft a fide omni remotiffima , Ifraelitas decimas & primitias (res Deo feparatas) tam frequenter ad mortuos honefte fepeliendos furtim fubtraxiffe , ut opus effet hac folenni profeffione , qua feipfos ab omni fraudis illius fufpicione liberarent: Deinde: fi quis decimas Deo & fanctis ejus debitas furto furripere voluiffet : verifimile eft , eum vivorum potius quam mortuorum caufa tanti facrilegii reetum fubire voluiffe . Præterea : vocis hujufce fenfui (2) grammaticali , & legis fimplicitati confonum eft , ut hæc verba de re aliqua mortuo vete data, potius quam de impenfis mortuorum caufa factis interpretemur.

Cum itaque Judæorum interpretationi nil fani ineffe compertum fit , ne muneri meo deeffe videar , genuinum loci fenfum (quantum vetuftatis nebulæ patiuntur) inveftigare conebor . Sat fcio me negotium operofum & plane lubricum fufcepiffe , cum vox ea למת fenfus tam varios admittat , & fententiis diverfis occafionem præbeat . Nam,

Primo : vox ea *generaliter* fumi poteft , ita ut quemvis mortuum aut neceffarium morte nupera fublatum denotet . Quafi fenfus hic effet , “ nullam „ primitiarum aut decimarum partem „ fubtraxi, ut eam tanquam cibum ἐν- „ τάφιον , ad amici alicujus mortui lo- „ culum collocarem . Notum eft enim, idololatras antiquos in eo errore fuiffe , ut mortuorum animas circa fepulchra vegari, iifque cibos neceffarios effe crederent ; eofque pie facere , qui panem & vinum fepulchris imponerent , ut ea guftarent mortui, vel iis oblectarentur. Errorem illum a primis ufque Gentilifmi feculis , ad * *S. Auguftini* sempora propagatum fuiffe , probant fencti Patris, (3) verba : *miror cur apud quofdam infideles bodie tam perniciofus error increverit , ut fuper tumulos defunctorum cibos & vina conferant ; quafi egreffæ de corporibus animæ carnales cibos requirant.* Ne vero tam peftiferi moris & dogmatis improbitas invalefceret , lege curatum eft , inqniunt aliqui , ut quivis decimas folvendi munere perfunctus, ferio fancteque affirmaret , fe nibil ex iis ut mortuo cœnam patentalem faceret detraxiffe. Hnic opinioni favet modo laudatus (4) *Auguftinus* : nam bæc verba explicans, (non dedi ex iis mortuo) *an per boc*, inquit, *probibet parentalia, quæ obfervare folent gentes?* Ei (5) *Malvenda* confonat , fic locum exponens , *fortaffe bic profitetur Ifraelita , fe nibil ex facratis illis trietericis decimis in cœnas defunctorum impendiffe , aut filicernia feciffe*. Ea mente fuiffe videtur interpres *Syrus*, qui fic textum reddit ; אנא לא כסת מנה למיתא *Nec propofui ex eo mortuo* .

Hanc autem fententiam ipfe rejiciendam arbitor , quod nulla ratione vel idoneo teftimonio fuffulciri poffit. Quemvis enim hujufmodi περίδειπνα vel epula feralia, fæpius occurrant in gentium antiquiorum monumentis; nufquam tamen legitur ethnicos cibos eorum fepulchrales paraturos, decimas aut primitias ad hunc ufum fepofuiffe. Cibo & potu vulgeri defunctorum Manibus parentabant, nec fas & jura finebant , ut portio aliqua Deo facra fepulchris imponeretur.

Secundo : vox ea למת *fpecifice* fumi poteft , ita ut certam mortuorum fpeciem , heroas nempe , vel mortuos in Deorum numerum relatos , indicet . Quafi fenfus effet : “ primitias & deci- „ mas , Deo vivo facras , mortuis aut „ heroibus divinitate donatis , ethnico- „ rum ritu, nequaquam obtuli; ut eo- „ rum gratiam inirem , & terræ fructus „ eorum benignitati vel folertiæ me ac- „ ceptos habere profiterer . Neque hæc interpretatio nova cuiquam aut infolens videri poffit , cum gentium numina *mortuorum* nomine in Scripturis innotefcant; *Pfal.* nempe 106. 28. *Et comederunt facrificia* מתים *mortuorum*, h. e. idolorum, quæ τῶν Baalim aut Heroum defunctorum fimulacra fuerunt . Huc forte fpectat locus ille infignis, *Jef.* 8. 19. quem fic Græci transferunt, τί ἐκζητοῦσι περὶ τῶν ζώντων τοὺς νεκρούς ; *quare de vivis mortuos interrogant?* Ex eo mortuorum cultu factum eft , ut ethnica religio ceremoniis triftibus & funebribus fcateret edeo ; quod (6) *Tertullianus* idololatriam *parentationis fpeciem* haud inepte appellaverit . Mortuos hos in Deorum ordinem cooptatos , gentes antiquas primitiis oblatis conciliare folitas, res per fe credibilis eft , & veterum teftimoniis

con-

confirmata. Morem illum lege lata sancivit *Triptolemus:* cum autem vetus illud *Triptolemi* statutum temporis injuria collapsum esset, restituit (7) *Draco* lege his verbis concepta; Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, &c. *Sanctio æterna esto viris Atticam incolentibus, eaque in perpetuum rata sit:* Θεὺς τιμᾷν ϗ ἥρωας ἐγχωρίους, &c. *Dii & Heroes indigenæ publice secundum ritus patrios colantur, privatim vero bonis verbis & frugum primitiis, pro facultatum modulo.* Cum itaque gentibus usitatum esset, τὸς Baalim vel (8) mortuos Heroas fructuum primitiis venerari, & Israelitæ προτεινῶς ethnicorum morem sequerentur; promptum est opinari, Deum ideo verba hæc, post oblatas triennii fruges tam solenniter efferri voluisse, ut ipsa professionis hujus solennitas & religio populum illum a *mortuorum* cultu, & frugibus in eorum honorem offerendis coerceret. Fatendum est itaque sententiam hanc rationibus suis non carere: quanquam si textus verba & idololatriæ veteris consuetudo pressius expendantur, sententia proxima me judice probabilior invenietur: nam

Tertio: Vox ea *signanter* & *emphatice* sumi potest, ut Heroem aliquem fato functum notet, præ ceteris insignem, & frugibus & solenniter oblatis coli solitum. Quasi sensus esset: " sancte pro-
" fiteor, me fructus omnes Deo sa-
" cros Deo obtulisse, nec eorum par-
" tem minimam Isidi dedisse vel Osiri-
" di, quorum funus Ægyptii mœsti ce-
" lebrant, & quibus fructuum suorum
" primitias consecrant; proventum ube-
" riorem futurum existimantes, si fru-
" gum datores (uti vocant) munuscu-
" lo aliquo demereri studeant. Huic opinioni fidem non defuturam censeo, si paulo exactius argumenta sequentia perpendantur.

1. Et *Septuaginta* non obscure favent, qui vocem למת sic emphatice transferendam censuerunt; ὐκ ἔδωκα ἀπ' αὐτῶν τῷ τεθνηκότι· *non dedi ex iis illi mortuo:* quasi voce illa notari crederent Heroem aliquem nominatissimum, quem Ægyptii *mortuum* κατ' ἐμφασιν appellarunt, quem etiam, præ ceteris e מתים *mortuorum* Deorum numero coluerunt. Hoc & eo probabilius, quod Ægyptii aliique multos Deos (9) mortuos, Osirin autem præcipue, colerent, eumque terræ fruges elargiri crederent.

2. Gentes, Ægyptii præsertim, Osirim suum ritu tam tristi coluerunt, ut aperte constaret eos Deum illum fictitium, qua *mortuum*, (sub ea ipsa notione) venerari. Ægyptios Osiridis sacra ritu lugubri coluisse, *Julii Firmici* testimoniis evinci possit. Ille vero, de moribus Ægypti loquens, hæc (10) habet: *in sacris suis (quæ mysteria vocant) addunt tragica funera & funesta calamitatis metuendæ certamina.* Et statim postea, *in adytis habent idolum Osiridis sepultum: hoc annuis luctibus plangunt, radunt capita, ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, — lacerant lacertos,* &c. Dein, paucis interpositis, hæc addit: *sic annuis sacris cum honore terræ funeris istius pompa componitur; & cum persuadetur hominibus quod colant terram, miseri funeris venerantur exitium.* Eosque ritus lugubres, Syros, Byblios, aliosque cognato Adoni persolvisse testatur (11) *Lucianus.* Postquam enim ritus lugubres in illius cultu peractos retulisset, addit, ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, ϗ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νεκυϊ. *Postquam autem se tondendi ac deplorandi finis factus est; primo quidem inferias Adoni peragunt, perinde ac mortuo tum existenti, & capita radunt, quemadmodum Ægyptii mortuo Api.* Quin, ut eo clarius & apertius indicarent, se Adoni vel Osiri qua mortuo, cultum exhibere; cum illius festiva solennitas ageretur, gentes aliquæ simulachra mortuorum cadaveribus similia fingebant quæ more funerum efferebant, & sepulchro condebant. Huic mori *Plutarchus* testimonium perhibet: (12) Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκόντων, εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προὔκειντο ταῖς γυναιξὶ, ϗ ταφὰς ἐμιμοῦντο κοπτόμεναι, ϗ θρήνους ᾖδον. *Adonidis sacris in hos dies incurrentibus, mulieres simulachra quasi mortuorum cadavera frequentes efferebant pro more festivitatis, funeraque & sepulturas imitabantur plangebantque, & feralia carmina concinebant.* Et ut omnia huic scenæ luctuosæ convenirent, sacrificium pro more festivitatis *Adoni* oblatum, Καθέδρα (13) vocabatur: *quod inde reor esse deductum,* inquit (14) Petrus Castellanus, *quod* πένθους ἡμέρας ἐπὶ τετελευτηκόσι, *luctus dies super defunctis* ethnici καθέδρας appellarent. Cum itaque Ægyptii, aliique Adonidis aut Osiridis ritus obeuntes, id enixius agerent ut eum qua mortuum colere crederentur; suadet ratio ut vocabulum למת de numine illo, *mortui* nomine culto & celebrato interpretemur.

3. Ut eo magis cohæreant omnia, non est hic tacite prætereundum, quod ethnicis in more esset omne genus fructuum offerre, cum Adonidis aut Osiri-
dis

dis sacra solenniter observarent. Religionis hujusce testem adduco *Theocritum*, sic ritus Adonios describentem, *Idyl.* 15. v. 111.

> Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀτιτάλλει Ἄδωνιν·
>
> Πὰρ μὲν οἱ ὥραια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέροντι.
>
> *Arsinoe multifariis bonis ornat Adonim.*
>
> *Juxta enim matura jacent, quæcunque arborum apices ferunt.*


Si hæc omnia sedulo conferantur, aperte constabit opinionem meam textus hujusce verbis adamussim convenire, nihil coactum aut male cohærens continere; professionem etiam illam, post oblatas decimas & primitias institutam, ad arcendam idololatriam medium fuisse cumprimis aptum & accommodatum.

(1) *Jerem.* 16. 7. 8. *Ezec.* 24. 17.
(2) Non enim dicitur למתים *mortuis*, sed למת *mortuo*.
(3) *Serm.* 15. de *sanctis*.
(4) *Quæst.* in *Deut.* L. 5. *Qu.* 47. Tom. 3. part. 1. Col. 574.
(5) *Comment.* in *Deut.* 26. 14.
(6) Lib. de *spectac.* cap. 12. p. 78.
(7) Ap. *Porphyr.* περὶ ἀποχ. l. 4. §. 22.
(8) *Psal.* 106. 28.
(9) *Lugete mortuos vestros, — Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Attin, lugete Osyrin,* &c. Jul. Firm. Ub. sup. p. 14.
(10) Ub. sup. p. 3. 4.
(11) Lib. de *Dea Syr.* p. 1058. B
(12) In *vit. Alcib.* pag. 200. C
(13) Vid. *Hesych.* in καδίσμα.
(14) *Sym.* de *fest. Græc.* p. 8.

* Sermo iste ad quem *Spencer.* provocat, judicio Lovaniensium, incerti est auctoris; licet hodie sub *Augustini* nomine legatur in *Romano Breviario*. *Augustino* abjudicant etiam *Verlinus* & *Vindingus*: usum enim conferendi cibos & vinum super tumulos defunctorum, quem *Sermonis* hujus auctor mirari se dicit, in Africa frequentem viderat *Augustinus*, ut patet Tom. 1. in Lib. *Confess.* 6. c. 2. De *moribus Ecclesiæ*, c. 34. &c. Vid. *Appendicem* Tom. 5. *S. Augustini*; & *Præfata* in *Serm.* 190.



TRA-



ADDITAMENTA AD TRACTATUM

De Placenta

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק ראשון

א רבי יוחנן בן נורי אומר אף הקרמית חייבת בחלה רבי ישמעאל ברבי יוסי אומר משם אביו איזהו חלוט הניהן קמח לתוך חמין המעיסה חמין לתוך קמח וחכמים אומרים אחד זו ואחד זו הנעשית באלפס ובקדירה פטורה הנעשית בתנור חייבת.

ב המליי של ישראל ופועלי גוים עושים בתוכו חייב בחלה המליי של גוים ופועלי ישראל עושים בתוכו פטור מן החלה העשה עיסה לרבים חייב בחלה העושה עיסה לאכלה בצק חייב בחלה קמח

CAPUT PRIMUM.

I. Rabi Jochanan ben Nuri dicit: Vel Karmit (*frumenti species*) obligatur ad placentam. Rabi Ismael bar R. Jose dicit nomine patris sui: Quodnam est collyrizatum? Quando inditur farina in aquam calidam. Meissa, quando inditur aqua calida in farinam: Et sapientes dicunt: Tam hoc quam illud, quando fit in sartagine, aut in olla, absolvitur; quod fit in furno obligatur.

II. Si merces sit Israelitæ, & operarii gentiles in ea operantur, obligatur ad placentam; si merces sit gentilium, & operarii Israelitæ in ea operantur, absolvitur a placenta. Si faciat pastam pro multis, obligatur ad placentam; si faciat massam ad comedendum in pasta, obligatur ad placentam: Farinam tostam si pinserit, & fecerit massam, obli-

קלי שנבלו ועשאו עיסה חייב בחלה עיסת ארנינה חייבת בחלה מפני שחייב באחריותה עד שעה שימסור.

ג עיסת מעשר שני מירושלם חייבת בחלה ספק מדומע חייב דברי רבי מאיר ורבי יוסי פוטר וחכמים אומרים מדומע פטור מן החלה ספק מדומע נאכל משום דמע וחייב בחלה.

ד אמר רבי אלעי שאלתי את רבי יהושע חלות תודה ורקיקי נזיר מה הם בחלה אמר אמר לי פטורות וכשבאתי ושאלתי את רבי אליעזר אמר לי עשאן לעצמו פטור למכור בשוק חייב וכשבאתי והרצתי דברים לפני רבי אלעזר בן עזריה אמר לי הברית אלו דברים נאמרו מהר חורב.

ה רבי יהודה אומר עיסת כלבים מעצמה נכרת עשאה כברים חייבת עשאה למודים פטורה כהן ששייר קמח בעסק עיסתו וכן האשה ששיירה קמח בעיסתה הקמח והשאור מצטרפים לחמשת רבעים לאסור את העסה.

ו אמר רבי יהודה מפני מה אמרו בעל הבית אחד מעשרים וארבע מפני שעינו יפה בעיסתו נחתום אחד מארבעים ושמנה מפני שעינו צרה בעיסתו וחכמים אומרים לא מן השם הוא זה אלא בעל הבית עיסתו מועטה ואין בה כדי מתנה לכהן נחתום עיסתו מרובה ויש בה כדי מתנה לכהן.

ז הלוקח מן הנחתום ומן האשה שעושה למכור בשוק צריך להפריש חלת דמאי מן בעל הבית ומן המתארחין אצלו אין צריך להפריש חלת דמאי ניטלת אחד מארבעים ושמונה רבי שמעון אומר אפילו לא עלה בידם אלא מששים יצא.

ח מי שאין יכול לעשות עיסתו בטהרה יעשנה קבין ואל יעשנה בטומאה רבי עקיבא אומר יעשנה בטומאה ואל קבין שכשם שקורא על הטהורה כך קורא על הטומאה על זו קורא חלה לשם ועל זו

obligatur ad placentam. Maſſa principatus obligatur ad placentam, quia tenetur cautione futuri damni, donec tradatur.

III. Maſſa decimæ ſecundæ Hieroſolymæ obligatur ad placentam; Dubium rei commixtæ ſeparatione obligatur ad placentam. Verba R. Meir: At R. Joſe abſolvit: Et ſapientes dicunt: Res infecta ſeparatione obligatur ad placentam; & dubium rei infectæ ſeparatione comeditur nomine rei infectæ ſeparatione, & obligatur ad placentam.

IV. Dicit R. Elai: Quæſivi a R. Jehoſua: Placentæ ſacrificii Euchariſtici, & lagana Nazyræi quid erunt pro placenta? Reſpondit mihi: Abſolvuntur; & quando veni, & quæſivi a R. Elieſer, dixit mihi: Si faciat pro ſeipſo, abſolvitur, ſi faciat ad vendendum in foro, obligatur. Et quando veni, & expoſui hæc coram R. Elieſer ben Azaria, dixit mihi: Propter pactum hæc dicta ſunt ex monte Horeb.

V. R. Jehuda dicit: Maſſa canum per ſe cognoſcitur, ſi faciat pro pane obligatur, ſi faciat in fruſta, abſolvitur: Si ſacerdos relinquat farinam, quando occupatur in ſua maſſa, & ſimiliter mulier ſi relinquat farinam in ſua maſſa; farina & fermentum conjunguntur in quinquies quarta parte ad prohibendum maſſam.

VI. Dicit Rabi Jehuda: Cur dixerunt: Paterfamilias dabat unam ex quatuor & viginti partibus? quia erat liberalis in ſua maſſa; & piſtor unam ex octo, & quadraginta partibus, quia erat avarus in ſua maſſa; & ſapientes dicunt; Non hac de cauſa; ſed quia maſſa patrisfamilias erat pauca, & in ea non erat ſatis pro dono ſacerdotis; piſtoris maſſa erat multa, & in ea erat ſatis pro dono ſacerdotis.

VII. Si emat a piſtore, atque ex muliere, quæ faciat ad vendendum in foro, neceſſe eſt ut ſeparet placentam rei dubiæ; ſi a patrefamilias, & ab iis, qui penes illum hoſpitantur, non eſt neceſſe ut ſeparet placentam rei dubiæ; ſumitur una ex octo & quadraginta partibus; R. Simeon dicit: Vel ſi non adſcendat in eorum manus niſi una ex ſexaginta partibus, ſatisfacit debito.

VIII. Siquis non poſſit facere maſſam ſuam in puritate, faciet eam Kabos, at non facier in impuritate. Rabi Akiba dicit: Faciet in impuritate, at illam non faciet kabos; Sicut nomine inſignit mundam, ita pariter nomine inſignit immundam; Super hac nominat placentam pro Deo, & ſuper illa nomi-

קורא חלה לשם אבל קבין אין בהם חלק לשם אמרו לפני רבי עקיבא אין אומרים לו לארם עמור וחטא בשביל שתזכה עמור וקלקל בשביל שהתקן.

ט רבי אליעזר אומר חלה ניטלת מן הטהור על הטמא אמרו לפני רבי ישמעאל הלוא פלוני יש בררום והיה מורה בהוראה הזאת אמר להם לבוש שלבש בו אבא וציץ שנתן בין עיניו אם לא אלמד בו לכל מירה הוראות אמרו לו בשם רב, אליעזר אמר להם אף הוא יש לו במה יתלה.

י האשה שהפקידה עיסתה או שמכרתו או שנתנהו במתנה פטורה עד שתתגלגל בחטים ותטמטם בשעורים אין הייבת בחלה עד שיהא כרגן בשיעור נילגלה בחטים וטימטמה בשעורים אף על פי שאין בכל אחר ואחר אלא כזית חייבת בחלה.

יא נולד לעיסה ספק טומאה עד שלא נילגלה תעשה בטהרה משגלגלה תעשה בטימאה והלתה הלויה באיזה ספק אמרו בדבר הספק לחלה וכן פירות שנולד להם ספק טומאה עד שלא נגמרה מלאכתם יעשו בטהרה משנגמרת מלאכתם יעשו בטומאה ותרומתם תלויה באיזה ספק אמרו בדבר הספק לתרום.

יב גר שנתגיר והיתה לו עסה נעשת עד שלא קרמו פניה חייבת משקרמו פניה פטורה דברי רבי עקיבא רבי יוחנן בן נורי אומר עד שלא תתגלגל בחטים ותטמטם בשעורים חייבת נלגלה בחטים וטמטמה בשעורים פטורת אחרים אמרו משם רבי יהודה בן בתירא משתעשה מקרצות.

פרק שני

א העושה עיסה מן החטים ומן האורז רבן שמעון בן גמליאל אומר אין חייבת בחלה עד שהיא כרגן בשיעור אין ארם יוצא בה ידי חובתו בפסח עד שיהא בה בשיעור. הנוטל שאור מעיסה שלא הורמה חלתה ונותן לתוך עיסה שהורמה

minat placentam pro Deo; at in kabis non est pars Deo. Dixerunt coram Rabi Akiba: Non dicunt homini: Surge & pecca, ut merearis: Surge & deprava, ut disponas.

